


A D  
S I S T V M V  
P O N T I F I C E M  
O P T. M A X.

Bartholomæi Vgolini ex Monte Scutulo Iurifconfulti,  
ac Misani Archipresbyteri

De Sacramentis nouæ legis Tabulæ perutilis.



A R I M I N I,

Typis Ioannis Simbenci M. D. LXXXVII.


*Superiorum permissis.*



A D  
S I S T V M V  
P O N T I F I C E M  
O P T . M A X .

Bartholomæi Vgolini ex Monte Scutulo Iurisconfulti,  
ac Misani Archipresbyteri


De Sacramentis nouæ legis Tabulæ perutiles.




A R I M I N I ,


Typis Ioannis Simbenei M. D. LXXXVII.

*Superiorum permissu.*





SISTO V.  
PONT.  
OPT. MAX.



*ANNI iam quinque sunt, Pater Beatissime, quibus de Sacramentis noua legis huiusmodi tabulas mihi conficiendas sumpsi; quas quòd, te sacrosanctæ Ecclesiæ gubernaculum tenente, prorsus absolui, feliciter planè id mihi contigisse opinor; nam, cum sacra hæc, diuinæq; mysteria unum in primis operentur, atque efficiant, ut nos culpis scelerum expiatis, piè, sancteque Deum Optimum Maximum colamus, ac veneremur; tu quoque, statim atque Christianæ rei publicæ gubernandæ summa tibi credita est, ad huiusmodi normam omnes animi tui vires, conatusque uniuersos dirigens à perditorum hominum improbitate, atque audacia, quibus grauius ubique locorum afflictæ iacebat, tam breui temporis spatio eam erexisti, atque recreasti, ut improbi quidem, qui modò reliqui facti sunt, Sisti nomen perhorrescentes, atque, ubi iam sistant, in tuo regno tutum locum se habituros non esse arbitantes grauius conflictentur; boni verò contra, cum è sceleratorum manibus elapsi, metuque liberati tranquillo animo vitam degant, quòdque te auctore pace hac fruantur, summe venerentur, atque ut è Cælo delapsum Deum intueantur, atque admirentur; quare, quòd, sicuti iam dixi, in felicissimo hocce statu has Tabulas ut absoluerem, mihi contigit, quòdque, cum vitia tam acriter oppugnes, ac persequare,*

ob eam rem virtutes non minus propensiori animo, ardentioriq; studio futurum esse, ut complectare, certo scio, mihiq; persuadeo; hos meos labores, quicumque sint, tibi vni dicandos, consecrandosq; esse meritò censui; leue igitur munus hoc à me tibi oblatum, Beatissime Pater, ne aspernere, at Deum, qui humilia non respuit, cuiusq; his in terris personam geris, imitatus benigno vultu, gratoq; animo id accipias, ac tueare.

Misani VII. Cal. Maij M. D. LXXXVII.

### SANCTITATIS VESTRAE,

et eius præstantissimarum virtutum,

studiosissimus

Bartholomæus Vgolinus.

Bartholomæus Vgolinus Lectori S.



VO tempore Ioannesbaptista Castellius vir doctrina, sanctitateq; præclarus Ariminensem Ecclesiam gubernabat, eo vnum hoc in primis studium in ipsa viguit, nuncq; mirifica Vincentij Torfanini, qui in eius locum successus est, vigilantia viget, ut, qui sacerdotij dignitate præditi curam animarum gererent; hi sapius vnum in locum conuenirent, atque de ijs, qua ad Parochi munus spectarent, inter sese colloquerentur, ac disputarent, prudens planè institutum, meaq; sententia admodum salutare; nam, cum vniuersi muneris eius ratio in sacramentis administrandis propemodum versetur, quædamq; in ipsorum administratione adeò necessaria sint, ut eorum omissione sacramenta suum munus non præsent, quædam verò huiuscemodi sient, ut, si prætereantur, etsi sacramenti ratio constat, grauius tamen offendatur, hæcq; neque pauca, neque in promptu cuique sint; his exercitationibus fieri posse vir ille prudentissimus existimauit, ut imperitia, rerumq; harum inscitia è sua ecclesia exturbata, & Parochi suum munus præstarent, & animarum saluti, quod potissimum studebat, eadem ratione consuleretur: huic autem muneri cum et me idem Castellius præfecisset, cumque pluribus conuentibus his de rebus habitis magnam in ipsis confusionem, ac perturbationem quasi quandam inesse animaduertentem (nemo enim ex ijs, qui hæctenus de sacramentis egerunt, qua singulis eorundem causis necessariò inesse deberent, ab ijs, qua non necessariò requirerentur, aut omnino seiunxit, aut suo in loco quaque collocauit; nemo, qua omnibus sacramentis itidem communia, quæve singulorum propria essent, dilucidè, atque apertè docuit; nemo denique, qui fructus per se, ac proprij sacramentorum sunt, dumq; his moramur in terris, percipiuntur, satis explicauit) hæc, inquam, cum anima duertentem, non autem, quò me plus quam alios intelligere, ac sapere arbitrarer, pro mei ingenij virium imbecillitate succurrendum mihi huic rei existimauit: quod consilium cum à multis, & in primis à reuerendo magistro Timotheo Barbaro eiusdem Castellij Theologo, viro doctissimo, hisq; in literis

literis multos annos summa cum laude versato, nec non à Demophoonte Parisano Iuriconsulto celeberrimo, eidemq; Castellio ob singulares eius animi dotes charissimo commendari, & à Ioannebaptista Vgolino amantissimo fratre meo, cuius eximiam in iure civili, ac pontificio scientiam cum alia, tum Ariminensium iudiciorum fora testantur, suaq; scripta, quæ propediem in lucem edentur, per se testatam relinquent, non improbari viderem, ad idemq; tandem Fulvius Pallotus cum illustri ingenio natus, tum omni liberali doctrina politissimus, mihiq; familiaritate summa coniunctissimus adhortaretur; tantorum virorum auctoritatem asperrandam mihi nequaquam existimavi; has igitur de sacramentis novæ legis tabulas, quod illis scilicet uniuersa, quæ in quotidiana eorum administratione versantur, palam, & ob oculos proposita, ac breuiter explicata conspiciuntur; quamobrem, ut his rebus pertractandis hanc quoque rationem sequerer, sum aductus, has, inquam, Tabulas confeci; in quibus, quando in uno quoque sacramento administrando efficiens causa, ac finis, nec non materia, atque forma requiruntur, ideo, quamam hac essent, docui; præterea, cum una quæque harum causarum multiplex siet, et eadem partim communes, partim propria habeantur; has quoque diuidendo, partiendq; explicavi; item, quoniam sicuti fructuum alij communes, alij proprij; hi per se, illi per accidens; proximi partim, remotiq; partim sunt, quorum nonnulli in vita hac, nonnulli in alia percipiuntur; ita & causa efficiens, nec non materia, atque forma quadam necessariò inesse, quædam minus necessariò debent, hæc q; itidem partim communia, partim propria sunt; ac denique ab eisdem causis accidentia quadam proficiuntur; ideo singula hæc, quamam essent, distributione explanavi simulq;, ut, quot numero essent (quod perpetuo à me hic obseruatum est) oculis ipsis cernerentur, vsitatis notis signavi; postremò, quoniam probatione, declarationeq; paulò vberiori cuncta hæc egebant, committiq; tabula, atque exponi commode non poterant; ob eam rem singulas diuisionum partes, quæ tabulis comprehenduntur cum ijs, quæ ipsis coniuncta sunt, suo, proprioq; capite collocatas pluribus declaravi, & aut rationibus, aut Romanorum Pontificum, aut generalium conciliorum, sanctorumq; patrum

patrum auctoritate eadem omnia comprobavi, atque munivi; hos igitur labores nostros, & doctis non ingratos mea sententia futuros humanissime lector benigno vultu accipere non grauaberis, atque à nostris studijs (si vita nobis contigerit) cum alia, tum de censuris Ecclesiasticis perutiles commentarios propediem expectabis. Vale.

Inscriptio

*Inscriptio capitulum eorum, de quibus in hoc opere agitur.*

<i>De genere uniuerso sacramentorum noua legis</i>	<i>pag. 1.</i>
<i>De Baptismo</i>	<i>pag. 19.</i>
<i>De Confirmatione</i>	<i>pag. 38.</i>
<i>De Eucharistia</i>	<i>pag. 48.</i>
<i>De Pœnitentia</i>	<i>pag. 66.</i>
<i>De Extrema Vnctione</i>	<i>pag. 94.</i>
<i>De Ordine</i>	<i>pag. 104.</i>
<i>De Matrimonio</i>	<i>pag. 117.</i>

**INDEX EORVM, QVAE IN  
hoc opere præcipua continentur.**

*A.*

**ABLVATIO** in baptisimi administratio-  
ne quot modis fiat cap. 2. num. 2. pag.  
20.; & qui modus, quæque ratio ad  
eam faciendam adhibeatur cap. 4. nu-  
mero 7. pag. 22. vers. 1.  
Absens an per alios sacramentum susci-  
piat cap. 10. num. 2. pag. 9.  
Absoluere statim poenitentem an sacer-  
dos debeat cap. 5. nu. 2. vers. 1. pag. 75.;  
& an supra caput manus imponere  
eod. num. vers. 2.; & an absentem ab-  
soluere eod. cap. num. 2.; & an se ipsum  
possit cap. 1. num. 2. pag. 66.  
Actio quænam detur ad uxorem peten-  
dam cap. 15. num. 2. pag. 124.  
Administratio sacramentorum casu fa-  
cta an operetur cap. 3. num. 4. pag. 3.  
Addam an uxorem ducere possit cap. 15.  
num. 5. pag. 25.  
Additio cuiuspiam ad formam sacramen-  
torum an fieri debeat, si forma tolla-  
tur cap. 13. num. 5. pag. 12.; & cap. 14.  
num. 1. pag. 13.  
Aegrè sacramenta suscipienti an ea con-  
ferenda sint cap. 4. num. 7. pag. 7.; & si  
conferantur, an ea suscipiat eod. num.  
Aetas quæuis ad baptismum suscipien-  
dum an apta sit cap. 30. num. 6. pagina  
36.; & qua ætate ad eucharistiam susci-  
piendam quis obligetur cap. 31. num.  
6. pag. 63.; & quæ ad poenitentiam ido-  
nea sit cap. 25. num. 6. pag. 92.; & quæ  
ad confirmationem cap. 25. numero  
6. pag. 46.; & quæ ad extremam vnctio-  
nem cap. 27. num. 6. pag. 102.; & quæ  
ad matrimonium cap. 30. num. 6. pag.  
137.  
Affinitas quod sit, quatenus pateat, ac ma-  
trimonium impediatur, & unde nascatur  
cap. 15. num. 4. pag. 124.  
Angeli an sacramentorum ministri esse  
possint cap. 3. pag. 2.; & si ea admini-  
strent, illa conferant eodem capitulo;  
& an matrimonium contrahere possint

sint cap. 1. num. 1. pag. 117.; & an omni-  
no sacramentorum capaces sint cap.  
10. pag. 9.; & cap. 14. pag. 78.  
Anima à corpore separata an sacramen-  
ta administrare queat cap. 3. nu. 3. pag.  
2. cum seq.; & quid, si apud inferos sit  
eod. num. 3. pag. 3.; & quid si in coelis  
eod. num.; & an sacramentorum par-  
ticeps fiet cap. 10. num. 1. pag. 9.; & cap.  
1. pag. 117.  
Annulus in matrimonio cur mulieri de-  
tur, cap. 26. num. 4. pag. 136.  
Aqua an corpus eius, qui baptismum sus-  
cipit, tangere debeat cap. 2. nu. 2. vers.  
1. pag. 20.; & quid eius claritas signifi-  
cet cap. 6. num. 3. pag. 24.; & quæ mate-  
ria baptismi sit; & quibus qualitatibus  
necessariò affecta esse debeat, ut bap-  
tisimi materia sit cap. 22. pag. 32.; & qui-  
bus qualitatibus non necessariò cap.  
23. pag. 32.; & quæ vino miscetur, dum  
Eucharistia conficitur, cuiusmodi, quæ  
taque esse debeat; & quid significet,  
cap. 22. num. 5. pag. 59.  
Ara, supra quam Eucharistia confici-  
tur, cuiusmodi esse debeat, cap. 5. num.  
3. pag. 51.  
Arctatio mulieris quando impediatur ma-  
trimonium, & quot modis contingat  
cap. 19. pag. 127.  
Archiepiscopus prouinciam uisens poe-  
nitentiæ sacramentum an administra-  
re queat subditis suorum suffraganeo-  
rum cap. 2. num. 4. vers. 2. §. 2. pag. 69.  
Afferens sacramenta à ministro peccato-  
re administrata non valere anathema-  
te damnatur, cap. 4. num. 1. pag. 4.  
Attento animo an esse debeat in sacramē-  
torum administratione cap. 4. num. 3.  
vers. 1. pag. 6.; & an peccet aliquando  
eod. vers.  
Attritus an vi clauium contritus efficia-  
tur perpetuò cap. 12. num. 1. pag. 77.  
Audire poenitentem sacerdos debet, quòd  
illum absoluat cap. 2. num. 6. pag. 71.  
Azimus panis an esse debeat is, ex quo  
Eucharistia conficitur cap. 20. pag. 58.

## B.

- BAPTISMVS** an multiplex sit cap. 30. pag. 35. & cap. 26. ead. pag. ; & an iterari possit cap. 15. num. 1. pag. 28. ; & cap. 17. pag. 29. ; & an necessariò institui debuerit cap. 29. num. 1. pag. 35. ; & an nobis necessarius sit eod. num. ; & an nobis liceat ipsum nõ nolle cap. 17. num. 4. pag. 16. ; & an sibi met ipsum administrare quis possit. cap. 3. num. 2. pag. 2. ; & an sacramentum nouæ legis sit cap. 15. pag. 28. ; & per aliũ suscipi queat cap. 16. num. 5. pag. 29. ; & an, qui ipsum non suscepit, alteri administrare eum queat, & qua ratione cap. 4. num. 1. pag. 22.
- Balsamum** est pars materiæ confirmationis, & cuiusmodi cap. 18. pag. 43. ; & an necessarium in eo sacramento omnino fiet cap. 19. num. 1. pag. 43.
- Beneficium Ecclesiasticum** habens an illud perdat matrimonium contrahendo capitulo 17. numero. 3. pagina 126.
- Benedictio in matrimonio** quando fieri debeat, & à quo cap. 17. pag. 136. , & cap. 17. num. 2. pag. 126.
- Bona matrimonij quot, & quamobrem** fient cap. 9. pag. 121.

## C.

- CALIX** cuiusmodi esse debeat, & quid significet cap. 5. num. 5. pag. 52.
- Capellani** an delegare facultatem poenitentiae sacramento administrandi possint cap. 2. num. 4. vers. 2. §. ab homine pag. 69.
- Caput apertum** an habere debeat sacerdos Eucharistiam conficiens capitulo 5. num. 8. pag. 52. ; & an necessariò in baptismo administrando abluere debeat cap. 21. pag. 32.
- Catechismo** omisso in baptismo, an minister irregularis fiat cap. 4. num. 6. pag. 22. ; & quinam fiet, & quamobrem adhibeatur cap. 28. num. 2. pag. 33.
- Causa adiecta sacramentorum formæ** an proferri debeant cap. 14. num. 1. vers. 2. pag. 14.
- Censura Ecclesiastica** irretitus an legiti-

mè administret sacramenta, si eius criminis eum poeniteat, cuius causa est ea poena affectus cap. 4. num. 2. vers. 3. pag. 5. ; & an quacunq; censura quis sit affectus, baptismum administrando eum conferat cap. 3. num. 2. pag. 20. ; & an, qui huiusmodi poena affectus est, baptismi capax sit cap. 18. num. 5. pag. 30.

**Cerimonia sacramentorum** an pratermitti à ministris possint cap. 4. num. 4. pag. 6. ; & an quis eas omittens peccet eod. num. ; & quotuplex sint cap. 15. pag. 15. ; & quid operentur eod. cap. ; & à quo instituat eod. cap.

**Character** an imprimatur per sacramentum ordinis cap. 10. pag. 106. ; & an per quemcunq; ordinem ; & an in baptismo quoque ; & an in confirmatione quoque imprimatur, & quamobrem in his, & non in alijs cap. 17. numero 3. pag. 16. ; & an baptismi character habilis ad sacramenta quis efficiatur cap. 12. pag. 27.

**Christus** quam potestatem, quatenus Deus, in sacramentis habeat cap. 1. pag. 1. ; & quam, quatenus homo capitulo 2. pag. 1. ; & quæ præcipua sibi tributa sint, quatenus homo in sacramentis ; & an sine sacramentis ipsorum effectum præstare possit eod. cap. , & cur sacramenta instituerit capitulo 16. num. 3. pag. 15.

**Christus** est materia ex qua sacramenti confirmationis, & ex quibus conficiatur cap. 18. pag. 43. ; & quæ necessariò ei inesse debent eod.

**Christianus** an matrimonium, sponsaliu cum infideli contrahat capitulo 19. num. 2. vers. 6. pag. 129.

**Clavis scientiæ** quæ dicatur in sacramento poenitentiae, & quamobrem cap. 1. num. 6. pag. 66. ; & quæ potestatis cap. 2. num. 3. pag. 67.

**Cognatio legis** unde nascatur, & quatenus matrimonium impediatur cap. 19. num. 2. vers. 3. pag. 128. ; & cognatio spiritualis an à confirmatione exoriatur cap. 11. pag. 41. ; & quæ necessariò requirantur ad eam contrahendam, & an inuitis nobis, ac per alios nobis acquiratur eod. ; & an contrahatur eum nõ susceptore, qui baptismo initiatus non est cap. 23. num. 1. pag. 44. ; & an matrimonium impediatur cap. 13. num. 1. pag. 27.

Con-

**Confessio** an necessaria pars poenitentiae sit ; & à presente fieri debeat, & an ab ipso met poenitente cap. 15. numero 10. vers. 1. ; & quorum peccatorum eod. num. vers. 2. pag. 82. cum duobus sequentibus ; & qua ratione fieri debeat eod. num. vers. 3. pag. 74. cum sequen. ; & coram quo fieri debeat eod. num. vers. 4. pag. 85. ; & an per interpretem fieri possit cap. 17. num. 3. pag. 87. ; & an quamprimum eod. num. vers. 1. ; & an peccata aliàs confessione explicata confiteri iterum possimus eod. num. vers. 2. pag. 87. ; & an leuiorum peccatorum sit eodem versiculo secundo ; & an ad sacerdotis pedes poenitens se prosternere eod. num. vers. 3. pag. 88. ; & an nudato capite, lachrymis profusus, veredidè, secreto, superuacaneis omisis eod. vers. ; an alteri sacerdoti confiteri quis debeat, quo cum minimè peccauit eodem num. vers. 4. pag. 88. ; & an, sanus dum est, necessariò confiteri quis debeat cap. 17. num. 1. pag. 86. ; & an facta sacerdoti prorsus imperito valeat cap. 1. num. 6. pag. 66.

**Confirmatio** an sit sacramentum nouæ legis cap. 12. pag. 41. ; & an iteretur eodè ; & an necessariò institui debuerit cap. 24. num. 1. pag. 45. ; & an necessaria sit ; & an confirmare quis se ipsum possit cap. 3. num. 2. pag. 2.

**Confiteri** non valens an sacramenti poenitentiae capax sit cap. 14. numero 3. pag. 79.

**Consanguinitas** quid sit, quomodo contrahatur, & quatenus matrimonium impediatur capitulo 15. numero. 5. pag. 25.

**Consentire** matrimonium contracturi an debeant, & quomodo, & cuiusmodi consensus hic esse debet cap. 2. num. 3. pag. 11. cum seq.

**Consuetudo** dandi aliquid pro sacramentorum administratione an excuset à sponsalia, facultatemvè det, id, quod tribui consuevit, vt in iudicio petatur capitulo 4. num. 3. pag. 6.

**Contritio** an esse debeat propter Deum, & quatenus conteri ; & an pro quouis peccato, & an de alieno, & an de poena, culpauè esse debeat ; & an propositum confitendi, & satisfaciendi, & post-hac cauendi non peccata tantum, sed

occasionem ; & an spem veniæ consequendæ in se contineat cap. 15. num. 9. pag. 79. cum sequentibus ; & an tacita contritio sufficiat ; & quid, si conteri quis non possit eodem cap. num. 9. vers. 1. cum duobus sequentibus ; & cuiusmodi esse debeat, quamuis non necessariò cap. 17. num. 2. pag. 86. cum sequentibus ; & an in quocunq; sacramento administrando, conficiendovè necessariò requiratur cap. 4. num. 1. pag. 4.

**Corporis infirmitates** an per baptismum tollantur cap. 14. num. 2. pag. 27.

## D.

**DAEMONES** an sacramenta administrare queant cap. 3. pag. 2. ; & quid, si iussu Dei ea administrarent ; & an sacramentorum capaces sint cap. 10. pag. 9. ; & an matrimonium contrahere possint cap. 1. pag. 117. ; & quid de poenitentia cap. 14. pag. 76. num. 1. vbi quoque de damnatis agitur.

**Debitum reddere** coniux coniugi quando debeat cap. 10. numero 2. pag. 122. ; & an vnquam peccet ipsum petès cap. eodem num. 4. pag. 123.

**Definitio sacramenti nouæ legis** vniuersi quænam sit cap. 9. num. 3. pag. 9. ; & itidem Baptismi cap. 15. num. 1. pag. 28. ; & confirmationis cap. 12. num. 1. pag. 42. ; & Eucharistiæ cap. 14. pag. 55. ; & poenitentiae cap. 13. pag. 78. ; & Extremæ Vnctionis cap. 12. num. 1. pag. 98. ; & sacramenti Ordinis vniuersi cap. 13. num. 1. pag. 107. ; & Matrimonij cap. 18. num. 1. pag. 127.

**Degradatus** sacerdos an Eucharistiam conficiat, & conficiendo qua poena afficiatur cap. 4. num. 2. pag. 50.

**Delegatus** an delegare queat cap. 2. num. 4. vers. 2. §. ab homine pag. 69. ; & cui delegatio fieri possit eodem, vbi de hac materia pluribus pertractatur.

**Delictum** quando impediatur matrimonium cap. 19. num. 2. vers. 8. cum seq. pag. 130. , & cap. 20. pag. 31. cum seq. ; & quatenus.

**Denuntiationes matrimonij** quales cap. 25. num. 2. pag. 135.

**Depositus** sacerdos an conficiat Eucharistiam  
† z ristiam

restiam, & an poena conficiens afficiatur cap. 4. num. 3. pag. 50  
 Deus an causa sacramentorum nouæ legis sit cap. 1. pag. 1. & quam potestatem hominibus quoad sacramenta conferre nequeat eod. cap.; & quam Christus in sacramentis habuit, quatenus homo, an hominibus condonare poterit, & quamobrem eam ipsis non condonauerit cap. 2. pag. 2.  
 Dignius sacramentorum an altero altero sit cap. 17. num. 5. pag. 16.  
 Diuisio sacramentorum quot modis fiat cap. 17. pag. 15.  
 Dormiens, si sacramentum conferat, an quicquam faciat capitulo 3. numero 4. pag. 3.  
 Dubitans an excommunicatione irretitus fiet, an à sacramentorum administratione se abstinere debeat cap. 4. num. 2. pag. 4.

## E.

**ECCLESIA** polluta, interdictiove subiecta an sit idonea, vt ibi Eucharistia conficiatur cap. 5. num. 2. versic. 3. cum seq. pag. 51.  
 Effectus sacramenti nouæ legis vniuersi quoniam sint cap. 5. cum tribus sequentibus pag. 7. cum sequentibus; & quo modo conferantur cap. 7. pag. 8. itidemque baptisimi qui, quot; & cuiusmodi sint cap. 5. cum 9. sequentibus pag. 23. cum 4. sequentibus; itidem & confirmationis cap. 5. cum 6. sequentibus pag. 39. cum duabus sequentibus; & Eucharistia sacramenti cap. 7. cum 6. seq. pag. 53. cum 2. sequentibus; & Pœnitentia cap. 6. cum 6. seq. pag. 76. cum 2. seq.; & Extrema vnctionis cap. 5. cum 6. sequentibus pag. 55. cum duabus seq.; & sacramenti Ordinis vniuersi cap. 5. cum 7. seq. pag. 105. cum duabus sequentibus; & Matrimonij cap. 5. cum 12. sequentibus pag. 121. cum quinque seq.  
 Effectus generis vniuersi sacramentorum nouæ legis qui, & quot sint habentur in cap. 5. cum tribus seq. pag. 7. cum sequentibus; & Baptisimi cap. 5. cum nouem seq. pag. 23. cum quatuor seq.; & Confirmationis cap. 5. cum sex seq. pag.

39. cum seq.; & Eucharistia cap. 7. cum sex seq. pag. 53. cum duobus seq.; & Pœnitentia cap. 6. cum sex seq. pag. 76. cum duabus seq.; & Extrema Vnctionis cap. 5. cum sex seq. pag. 95. cum duabus seq.; & Ordinis cap. 5. cum septem seq. pag. 105. cum duabus seq.; & Matrimonij cap. 5. cum duodecim seq. pag. 121. cum quinque seq.

Efficacitas sacramentorum nouæ legis quando esse capit idest, quando sacramenta nouæ legis operari ceperunt cap. 18. num. 2. pag. 17.

Efficiens causa diuina sacramentorum nouæ legis quoniam sit cap. 1. pag. 1. & quæ humana nobilior cap. 12. ead. pag. cum seq.; & quæ simplex humana, quæque necessariò ipsi inesse debent, ac non necessariò ipsi inesse debent; pag. 2. cum quatuor seq.; itidemque; Baptisimi cap. 1. cum tribus seq. pag. 19. cum quatuor seq.; & Confirmationis cap. 1. cum tribus seq. pag. 38. cum seq.; & Eucharistia cap. 1. cum quinque seq. pag. 43. cum quinque seq.; & Pœnitentia cap. 1. cum quatuor seq. pag. 66. cum nouem seq.; & Extrema Vnctionis cap. 1. cum tribus seq. pag. 94. cum seq.; & sacramenti Ordinis vniuersi cap. 1. cum quatuor seq. pag. 104. cum seq.; & Matrimonij cap. 1. cum tribus seq. pag. 117. cum tribus seq.

Episcopus sciens quem pœnitentia sacramentum administrare, ac tacens approbasse illum an existimetur cap. 2. num. 4. versic. 2. ab homine pag. 69.; & an cõcedens facultatem cuiuspiam pœnitentia sacramenti administrandi, casus, quos sibi reseruaui videatur ipsi concessisse §. eod. pag. 70.; & vbi dispenset in matrimonio cap. 20. num. fin. pag. 132.

Error circa personam an impediatur matrimonium cap. 2. num. 3. versic. 5. pag. 119.  
 Eucharistia an dignitate reliqua sacramenta antecedit cap. 17. num. 5. pag. 16.; & an confecta sacramentũ remaneat eod. cap. num. 6., & an nobis liceat eam non nolle eod. cap. num. 4.; & an iterari possit cap. 14. pag. 53.; & an, qui eam deglutire nequit, suscipere eam debeat cap. 10. num. 3. pag. 10.; & quæ poena eam euomens afficiatur cap. 16. num. 7. pag. 56.

Excom-

Excommunicatus an sacramenta administrare debeat cap. 4. num. 2. pag. 4.; & an conficiat eod. num.; & an suscipere sacramenta possit cap. 11. num. 5. pag. 11.; & an peccet, eavè suscipiat ibidem; & quid si matrimonium contrahat cap. 3. num. 2. pag. 119. cum seq.; & an minori excommunicatione irretitus, sacramenta conficiat, & si id conetur, an peccet cap. 4. num. 2. versic. 1. pag. 5.; & an suscipere ea possit, ac suscipiendo peccet cap. 11. num. 5. pag. 11.; & quid, si Eucharistiam conficiat cap. 3. num. 2. pag. 48.; cum seq.; & an excommunicato præsentè Eucharistia confici debeat cap. 4. num. 7. versic. 2. pag. 52.

Existimans hostias, quæ decem sunt, esse plures, paucioresve quas consecrat cap. 19. num. 6. pag. 58.

Exorcismi in baptisimi administratione si omittantur, quæ poena quis afficiatur cap. 4. num. 6. pag. 22.; & quamobrem adhibeantur, & quid operentur cap. 28. num. 3. pag. 34.

Extrema vnctio an sit sacramentum nouæ legis cap. 12. pag. 97.; & an liceat nobis eam non nolle cap. 17. num. 4. pag. 16.; & an necessaria sit cap. 26. num. 1. pag. 102.; & an vnum sacramentum sit cap. 27. pag. ead.; & quem locum teneat inter alia sacramenta cap. eod. num. 5. pag. 102.

## F.

**FORMA** sacramentorum nouæ legis an à Christo instituta sit cap. 12. numero 3. pag. 12.; & cap. 13. versic. 2. ead. pag.; & cur ex sensibilibus constat eod. numero 3. pag. 12.; & quæ uis ipsi insit eod. num. 3.; & quæ sit forma necessaria eorundem cap. 13. pag. 12.; & an verbis exprimi debeat cap. 13. num. 2. pag. 12.; & à quo cap. eodem. num. 3. pag. eadem; & forma Baptisimi necessaria quæ nam sit, & quibus qualitatibus affecta cum propriè, tum communiter esse debeat cap. 24. cum seq.; & quibus non necessariò cap. 26. cum duobus sequentibus pag. 32., & 33.; & Confirmationis cap. 20. cum tribus sequentibus pag. 43. cum sequentibus; &

Eucharistia scilicet cõsecrationis panis cap. 21. cū duobus sequentibus pag. 60. cum sequentibus; & cõsecrationis vini cap. 25. cū duobus sequentibus pag. 61.; & quæ non ne circa forma cap. 28. pag. 62.; & sacramenti Pœnitentia cap. 19. cum quatuor sequentibus pag. 89. cum sequentibus; & Extrema vnctionis cap. 21. cum quatuor sequentibus pag. 100. cum seq.; & Ordinis sacramenti cap. 19. cum tribus seq. pag. 110.; & Matrimonij cap. 21. cū quatuor seq. pag. 132. cum tribus seq.

Fratres pœnitentia sacramentum quando administrare possunt cap. 2. numero 4. versic. 2. in verbo minores pag. 62. vbi de hac ipsorum potestate agitur.

Frigiditas quot modis contingat, & an impediatur matrimonium cap. 19. num. 1. pag. 127. cum seq.

Furiosi an sacramenta administrarent cap. 3. numero 4. pag. 3.; & an furor impediatur, quò minus eo affectus sacramentum suscipiat cap. 10. numero 4. versic. 3. pag. 10.; & an furiosis Eucharistia administrari debeat capitulo 3. num. 7. pag. 49.

## G.

**GLACIES** an Baptisimi materia esse queat capitulo 22. numero 6. pagina 60.

Gratia sacramentalis quæ sit, & quare sic dicatur, & quæ ratione à gratia gratum faciente differat capitulo 6. numero 1. versic. 3. pag. 7.; & an conferatur per sacramentum nouæ legis cap. 1. pag. 1., & capitulo 6. numero 1. pag. 7.; & an vniuersis tribuatur capitulo 6. numero 1. versic. 1. pag. 7.; & an semper eodem capitulo, ac numero versic. 2., & an eadem eodem capitulo, ac numero versic. 3. pag. 7.; & an immediate conferatur capitulo 9. numero 3. pag. 9.



## H.

- HAERETICI** baptismum conferunt cap. 3. num. 2. pag. 21.  
 Homo est efficiens causa minus nobilis sacramentorum nouae legis cap. 3. pag. 2. de quo vide supra in verbo Efficiens; & sacramentorum tantum an ipse capax sit cap. 10. pag. 9.; & quae necessario ipsi generatim inesse, non necessario eod. cap. cum seq. pag. 10. cum seq.; & quoad baptismum suscipiendum cap. 16. cum tribus seq. pag. 28. cum duabus seq.; & quoad confirmationem cap. 13. cum tribus seq. pag. 42.; & quoad Eucharistiam cap. 15. cum quatuor seq. pag. 56. cum seq.; & quod ad Poenitentiam cap. 14. cum tribus seq. pag. 78. cum nouem seq.; & quod ad Extremam unctionem cap. 13. cum tribus seq. pag. 98. cum seq.; & quod ad Ordinem cap. 14. cum tribus seq. pag. 107. cum seq.; & quod ad Matrimonium cap. 19. cum seq. pag. 127. cum quinque seq.  
 Horarum septem preces an recitandae prius sint, quam ad Eucharistiam conficiendam quis accedat cap. 4. numero 7. pag. 50.

## I.

- IEIUNIVM** qua ratione in Eucharistia conficienda requiratur; & quando incipiat cap. 4. num. 6. pag. 50.  
**Incēstum** matrimonium impedit contrahendum cap. 20. numero primo pag. 131.  
 In facie Ecclesiae matrimonium contractum quando dicatur cap. 2. nu. 3. vers. Octauo pag. 119.  
**Infantes** baptismi susceptione an diuinis preceptis obligentur cap. 9. numero 7. pag. 25.  
**Infidelis** ad christianam fidem veniens, pluresque uxores habens quam retinere queat cap. 2. num. 1. pag. 118.  
**Intentio** in ministro, dum sacramentum conficit, quae necessario requiratur cap. 3. num. 8. vers. tertio cum duobus seq. pag. 3. cum seq.; & quae recta dicatur cap. 4. num. 3. pag. 5.; & an haec omnino re-

quiratur, & an eam non habens peccet eod.; & an intentio nouae formae inducendae formam tollat cap. 13. num. 11. pag. 13.

**Interdicto** subiectus an sacramenta administret cap. 4. n. z. vers. 3. pag. 5.; & an interdicto prohibitus, quominus sacramentum suscipiat, suscipiendo peccet, ipsumque recipiat cap. 11. numero 5. pag. 11.; & interdicto praesente an sacerdos sacra facere debeat cap. 5. num. 7. vers. 3. pag. 52.

**Irregularis** an fiat sacerdos baptismum sine caerimonijs administrando cap. 4. num. 4. pag. 22.; & an iterans baptismum ipsum administrando, suscipiendo uel irregularis fiat capitulo 15. num. primo pag. 28.

**Iterari** sacramenta quae non possint cap. 17. num. 2. pag. 16.

**Iurisdictionem** sacerdos non habens an sacramentum poenitentiae administret cap. 2. num. 4. pag. 67.; ubi pluribus haec materia pertractatur; & quotuplex sit iurisdicō ead. num. vers. 1.; & ordinaria quid sit, & a quibus conferatur; & delegata quid etiam sit, & a quo detur eod. num. 4. vers. 2. pag. 68.; & an iurisdictionem non habens administrans sacramenta peccet cap. 4. num. 5. pag. 6.; & an conficiat; & quid, si minus legitimam iurisdictionem quis habeat cap. 2. num. 4. vers. 3. pag. 70.

**Iudex** secularis an de matrimonio cognoscere possit, quod ad tori separationem cap. 17. num. 4. pag. 127.

**Iustitia** publica honestatis an matrimonium impediatur cap. 19. num. 2. vers. 7. pag. 130.; & capitulo 25. numero primo pag. 135.

## L.

**L A I C I** sub specie panis tantum an Eucharistia suscipiant cap. 16. numero 8. pag. 57.; & an laico facta confessio sacramenti vim habeat, profuturum capitulo 2. numero 3. pag. 67.; & an baptismum administret cap. 4. num. 3. pag. 22.

**Latina** lingua sacerdos an uti debeat, dum Eucharistiam conficit cap. 5. num. 10. pag. 52.

Locus

**Locus** administrationis sacramentorum quinam sit cap. 18. num. 8. pag. 17.; & quid si interdicto subiectus sit eod. num. vers. 2.; & quid si alienus eod. num. vers. 1.; & qui nam baptismi locus cap. 30. num. 7. pag. 36.; & qui confirmationis, & qui Eucharistiae cap. 5. nu. 2. pag. 51.; & cap. 31. num. 8. pag. 63.; & qui Poenitentiae cap. 26. nu. 8. pag. 92.; & qui Extremae unctionis.

**Luminibus** adhibitis an Eucharistia conficiatur cap. 5. num. 6. pag. 51.

## M.

**M A T E R I A** sacramentorum nouae legis uniuersa quae sit cap. 12. pag. 11.; & quae circa quam; & quae ex qua cap. 10. pag. 9. cum duabus seq., de quibus suo loco egimus, & de circa quam in verbo Homo.

**Matrimonium** contractus speciem habet cap. 2. num. 3. pag. 118.; & an inter infideles sit cap. 2. num. 2. pag. eadem, & an inter liberum, & ancillam ualeat num. 3. ead. pag.; & an in articulo mortis contrahatur cap. 1. num. 1. pag. 117.; & an metu contractum ualeat cap. 2. num. 3. vers. 3. pag. 118.; & quid, si magistratus ad ipsum contrahendum quem compellant eod. vers. pag. 119.; & an ad tempus contrahatur eodem num. 3. vers. 7. pag. 119.; & quam ob rem quis ad matrimonium non cogatur cap. 13. pag. 123.; & cap. 17. num. 4. pag. 16.; & an plures maritos habere eodem tempore mulier possit ead. cap. pag. 117.; cap. 19. num. 2. vers. 10. pag. 130.; & an contra legem hominum contractum ante baptismi susceptionem eo suscepto tolleretur cap. 13. num. 2. pag. 27.; & qua poena afficiantur contrahentes in casibus prohibitis cap. 19. num. 2. vers. 10. pag. 131.; & an ualeat contra interdictum ecclesiae cap. 20. num. fin. pag. 132.; & quotuplex sit cap. 29. pag. 136.; & an necessarium sit cap. 28. num. 1. pag. ead.

**Maxilla** eius, qui confirmatur, cur ab Episcopo percutiatur cap. 23. num. 2. pag. 45.

**Memoriter** ea, quae ad Eucharistiam conficiendam pertinent, an a sacerdote dici debent cap. 5. num. 11. pag. 52.

**Minister** quid operetur in sacramentis conficiendis cap. 3. num. 9. pag. 4.; & an nobilior causa, plusque operetur, quam ipsa materia, uel forma eod.; & an, si neque sacramentum conficere uelit, neque non nolit, ipsum conficiat cap. 3. num. 8. pag. 3.

**Missali Romano** uti debet sacerdos, dum Eucharistiam conficit cap. 5. num. 9. pag. 52.

**Modi** adiectione an sacramentorum forma proferatur, & quibus verbis idem concipiatur cap. 14. num. 1. vers. 4. pag. 14.

**Mortuus** an baptismum initiatur, & si dubitetur quid fiat cap. 16. num. 1. pag. 28.

**Mulier** an baptismum administret cap. 4. num. 1. pag. 21.; & an sacerdoti Eucharistiam conficienti inferuire possit cap. 5. num. 7. vers. 1. pag. 52.

**Mustum** an consecrari possit cap. 22. nu. 2. pag. 59.

**Mutatio** formae uerborum an fieri possit cap. 14. num. 5. pag. 14.; & cap. 13. num. 10. pag. 13.

**Mutus** an baptismum administrare possit cap. 1. num. 7. pag. 19.; & an matrimonium contrahat cap. 3. num. 7. pag. 3.

## N.

**N A T A L I** die Christi domini cur sapius a sacerdote Eucharistia conficiatur cap. 5. num. 12. pag. 52.

**Necessè** an fuerit sacramenta nouae legis institui cap. 16. num. 1. pag. 15.; & quae necessaria sint, quae uel non necessaria cap. 17. num. 4. pag. 16.; & an necessitatis tempore a quouis peccato, ac censura a simplici sacerdote quis absolui possit cap. 2. num. 4. vers. 2. pag. 68.

**Nomen** sacramenti uniuersi quotuplex sit cap. 18. nu. 10. pag. 17.; & quotuplex baptismi cap. 31. nu. 10. pag. 36.; & Confirmationis cap. 25. num. 10. pag. 46.; & Eucharistiae cap. 31. num. 10. pag. 64.; & Poenitentiae cap. 25. num. 10. pag. 92.; & Extremae unctionis cap. 27. nu. 10. pag. 10.; & quod nomen baptismum suscipienti imponatur cap. 4. nu. 8. pag. 23.; & matrimonij cap. 30. num. 10. pag. 137.

**Non consentiens**, nec dissentiens an sacramentum suscipiat cap. 10. nu. 4. pag. 10.

O B L I-

O.

- OBLIGARI** sacramento nouæ legis susceptione quando homines ceperunt cap. 18. num. 4. pag. 17.  
**Oleum** est pars materiæ ex qua sacramenti confirmationis necessaria; & quæ necessaria illi inesse debent, vel non necessario cap. 18. cum seq. pag. 43.  
**Ordo** est sacramentum nouæ legis non iterabile, cap. 13. pag. 107. & an nobis liceat ipsum non nolle cap. 17. nu. 4. pag. 16.; & an multiplex sit cap. 24. pag. 111.

P.

- PAL A**, qua calix tegitur, dum Eucharistia conficitur, cuiusmodi esse debeat cap. 5. num. 4. pag. 52.  
**Panis** est materia, ex qua sacramenti Eucharistia; & de ijs, quæ necessario illi inesse debent, uel non necessario cap. 19. cum seq. pag. 58.; separatim à vino consecrato cap. 22. num. 6. pag. 60.; & quid sub specie panis vi sacramenti post consecrationem contineatur cap. 23. pag. 60.  
**Parochia** aliena quam sit, & quando administrare sacramenta nobis non liceat cap. 18. num. 8. pag. 17., & quam sit parochia cuiusque cap. 2. nu. 4. vers. 1. pag. 67.  
**Parochus** proprius quinam sit cuiusque cap. 2. num. 4. §. ab homine vers. 2. pag. 69.; & quot modis proprius dicatur eodem num.; & quot quis parochos habeat cap. 2. nu. 4. vers. 1. pag. 68.; & quinam sit Summi Pontificis, atque Episcoporum eodem; & an assenti subiecto se peccato confessum esse parochus habere fidem debeat eod. num. 4. vers. 2. §. 1. pag. 69.  
**Patena** cuiusmodi esse debeat, & quid significet cap. 5. nu. 5. pag. 52.  
**Patefacere** peccatori, huius, illiusve peccati autorem facere, quod sibi confessus est, an sacerdos possit cap. 5. num. 3. pag. 75. cum seq.  
**Pax** ei, qui confirmatus est, cur ab Episcopo nuntietur cap. 23. nu. 3. pag. 45.  
**Pœna** baptismum susceptorum innuiri an

debeat cap. 4. num. 9. pag. 23.; & quomodo seu qua ratione arbitraria dicatur poena in foro penitentia cap. 5. nu. 1. vers. 8. pag. 74.

- Pœnitentia** est sacramentum nouæ legis iterabile cap. 13. pag. 78.; & an illud sibi ipse administrari queat cap. 3. nu. 2. pag. 2.; & eiusdem laudes cap. 24. nu. 3. pag. 91.; & an liceat nobis eam non nolle cap. 17. num. 4. pag. 16.  
**Pœnitens** an penam à sacerdote sibi iniunctam accipere debeat cap. 5. num. 1. vers. 8. pag. 74.  
**Peccata** materia propria sacramenti Pœnitentia; an sit, & quatenus, & qua ratione cap. 18. pag. 88. cum seq.  
**Peccatori** an sacramenta administranda sint in peccato mortifero perseveranti cap. 4. nu. 6. pag. 6.; & an ipse peccator necessitate urgente baptismum administrans peccet cap. 3. num. 1. pag. 20.; & an sacramentum suscipiat, ac peccet iterum cap. 11. num. 4. pag. 11.; & an, dum sacra sunt, interesse ipsis debeat cap. 5. num. 7. vers. 7. pag. 52.  
**Plures** unum, idemque sacramentum an conficiant cap. 3. num. 1. pag. 2.; & quid de pluribus hostijs; & quid, si plures simul baptismum cuiusque administrant eod.; & quid, si pluribus eodem tempore quis peccata confiteatur cap. 1. nu. 1. pag. 66.; uel plures uni eodem tempore cap. 16. pag. 86.  
**Pontifex** Summus an Eucharistia; semel in annu susceptione obligetur cap. 3. nu. 9. pag. 64.; & in matrimonio ubi non dispentet cap. 19. num. 2. vers. 10. pag. 131.  
**Promulgatio** sacramentorum nouæ legis quando facta est cap. 18. num. 3. pag. 17., & quando baptismi cap. 30. num. 3. pag. 36.  
**Propositum** Christi quod non fuit in sacramentorum institutione cap. 16. nu. 2. pag. 15.; & Baptismi cap. 29. num. 2. pag. 35.; & Eucharistia; cap. 28. num. 2. pag. 63.; & Pœnitentia; cap. 24. num. 2. pag. 91.; & Extrema; vnctioni cap. 26. num. 2. pag. 102.  
**Procurator** an nomine alterius matrimonium contrahat cap. 4. num. 4. pag. 120.  
**Pueris**, ratione uel carentibus an virtutum habitus conferrantur cap. 6. pag. 23.; & an ipsorum alter altero maiorem gratiam

tiam suscipiat cap. 7. num. 1. pag. 24.; & an si ipsis administraretur Eucharistia, illis ea profit cap. 3. num. 7. pag. 49.

Q.

- QVADRAGESIMAE** tempore an quis confessionis præcepto obligetur cap. 25. num. 5. pag. 92.  
**Quot**, quibusque saltem presentibus Eucharistia conficiatur cap. 5. num. 7. pag. 52.  
**Quoties** sacramenti Eucharistia; susceptione quis obligetur cap. 3. nu. 9. pag. 64.

R.

- RAPTOR** mulieris an cum ea matrimonium contrahat cap. 2. num. 3. vers. 3. pag. 118.; & quid si rapuerit sponiam alienam an matrimonium contrahat cap. 20. num. 3. pag. 131.  
**Rationis** usum non habens an sacramenta conficiat, si id conetur cap. 3. num. 4. pag. 3.; & an eidem sacramenta sint conferenda cap. 4. num. 8. pag. 7.; & cap. 11. nu. 1. pag. 10.; & an matrimonium contrahere possit cap. 1. num. 2. pag. 117.  
**Religiosi** sacramento administrantes licentia non impetrata, qua poena afficiantur cap. 3. nu. 5. pag. 49.  
**Reliquia** peccatorum quænam dicantur cap. 10. pag. 97.  
**Res**, quæ sensu percipiuntur, materia ex qua sacramentorum cur fuerint præscripta cap. 12. nu. 1. pag. 12.; & cur potius in his, quam in alijs eod. num. 3.  
**Reseruata** crimina Episcopis à iure quam sunt, & de hac reservatione abundè à nobis actum est cap. 2. num. 4. vers. 4. pag. 70.  
**Resurgens** iterum moriturus an matrimonium contrahere possit cap. 1. nu. 1. pag. 117.

S.

- SACERDOS** Eucharistia; sacramenti effector, atque minister est cap. 2. nu. 3. pag. 48.; & an penam peccatis debitam diminuere possit cap. 5. num. 1. vers. 8.

- pag. 74. sed de hoc in verbo efficiens dictum est; & an sub vtraque specie Eucharistiam suscipiat cap. 16. num. 8. pag. 57.; & an poenitentia; sacramenti minister sit cap. 2. nu. 3. pag. 66.; & an sapius in die Eucharistiam conficere possit cap. 5. num. 12. pag. 52.; & an confirmationis sacramentum administrat cap. 2. num. 4. pag. 38. cum seq.; & an suspensus conficiendo peccet cap. 3. num. 2. vers. 3. pag. 49., simulque conficiat.  
**Sacramenta** an institui oportuerit cap. 16. num. 1. pag. 15.; & an sint tantum dum sunt cap. 17. nu. 6. pag. 16.; & an ea quis sibi ipse administrare possit cap. 3. nu. 2. pag. 2.; an à Christo fuerint instituta cap. 2. pag. 1.; & cur eorum uis ipsius Christi passioni tribuatur eod. cap. ac pag.; & an sint instrumenta iustitia; ad piscendam cap. 1. pag. 10. & cap. 9. num. 1. pag. 9.; & an unum quodque tria in se habeat rem tantum sacramentum solum, & simul vtrunque cap. 7. pag. 3.; & an vniuersum gratia conferant cap. 6. num. 1. pag. 7.; & qua ratione à sacramentis veteris legis differant cap. 9. nu. 3. pag. 9.; & quamobrem septem sint cap. 17. num. 1. pag. 16.  
**Satisfactionis** opera quæ, quot, atque cuiusmodi esse debeant cap. 5. nu. 1. vers. 2. cum vndecim seq. pag. 73. cum seq.  
**Scismatici** an baptismum conferant cap. 3. nu. 2. pag. 21.  
**Semen** qui non emittunt, an matrimonium contrahere possint, cap. 19. nu. 1. pag. 127. cum seq.  
**Senio** confectus an matrimonium contrahere possit cap. 1. num. 3. pag. 117.  
**Sensuum** instrumenta quinque sunt materia necessaria Extreme vnct., & quæ non necessaria cap. 17. cum seq. pag. 99. cum seq.  
**Simonia** an committatur à ministro, si cuiusmodi cuiuspiam gratia sacramenta conficiat, atque administrat cap. 4. num. 3. pag. 5. cum seq.  
**Spiritualis** cognatio quando impediatur matrimonium, & quatenus cap. 20. nu. 5. pag. 131., & cap. 19. num. 2. vers. 4. pag. 128.  
**Sponsalia** an matrimonium impediatur cap. 20. num. 9. pag. 123., & cap. 25. pag. 135.  
**Susceptores** tam in baptismo, quam in confir-

I N D E X.

confirmatione quinam esse queat cap. 23. num. 1. pag. 44. ; & an necessario requirantur eod. nume. pag. 45. ; & qui, quotue fient; & an a ministro designari debeant cap. 4. nu. 5. pag. 22.

Sufcepturus sacramenta an a maiori, minoreve excommunicatione, atque omnino an a censura Ecclesiastica irretito suscipere illa debeat cap. 11. nu. 6. pag. 11. ; & an ipse a sacramentis suspensus ipsa suscipiens peccet cap. 11. nu. 5. pag. 11.

Suspensus ab administratione sacramentorum an ea conficiat, peccetve, si id conetur cap. 4. num. 2. vers. 2. pag. 5.

T.

TEMPVS nouæ legis sacramentorum institutionis quodnam fuerit cap. 18. nu. 1. pag. 16. ; itidem & baptismi cum institutionis cap. 30. num. 1. pag. 36. , tum administrationis cap. eod. num. 9. pag. eadem, atque efficacia eodem capite nu. 2. , & promulgationis num. 4. eod. cap. ac pag. ; itidem ipsius Eucharistia cap. 31. nu. 1. pag. 63. , & num. 9. pag. 64. eod. cap. ; & poenitentia sacramenti cap. 26. num. 1. pag. 91. & num. 4. cum seq. ; itidem & extremae vnctionis cap. 27. nu. 1. cum duobus seq. , & num. 9. pag. 102. & matrimonij cap. 30. num. 1. pag. 137. ; & num. 9. eod. cap.

Testibus ambobus carens an matrimonium contrahat cap. 19. nu. 1. pag. 127.

Tonsura prima a quo conferatur cap. 2. num. 4. pag. 104. , & cap. 17. nu. 3. pag. 109.

Tori separatio quando fieri liceat cap. 10. num. 1. pag. 122.

V.

VAGANTES cuiusforo poenitentia subiecti sint cap. 2. nu. 4. vers. 4. pag. 70.

Ventre materno qui occlusus tenetur an baptismo initietur cap. 10. nu. 3. pag. 10. ; & cap. 2. num. 2. pag. 20.

Vestes, quibus sacerdos Eucharistiam cofecturus exornatur, quanam sint, & quid significant cap. 5. nu. 1. pag. 50. , & quibus qualitatibus affecte esse debeant.

Vinculū matrimonij an dissoluatur cap. 10. num. 1. pag. 122.

Vinum est materia sacramenti Eucharistia, & quibus qualitatibus necessario præditum esse oporteat, uel non necessario cap. 21. pag. 59. cum seq.

Virtutes hæc fides, spes, & charitas sacramentorum vi an nobis tribuantur cap. 6. nu. 2. pag. 7. ; & quid operentur eod. in loco, eod. num. ; & cur scientiarum habitus non conferantur cap. 6. nu. 2. pag. 24.

Vis sacramenti quæ sit quoad effectus præstandos cap. 9. num. 1. pag. 9.

Vnctiones partim ab hoc partim ab illo in extrema vnctione an fiant cap. 2. nu. 4. pag. 94.

Vnum sacramentum Eucharistia an fiet cap. 30. pag. 63.

Votum an matrimonium impediat cap. 19. num. 2. vers. 5. pag. 129. , & cap. 20. num. 10. pag. 132.

Vxores plures an liceat eod. tempore que habere cap. 2. num. 1. pag. 117. cum seq.


F I N I S.

Sacramenti nouæ legis vniuersi cognitio habet cognitis ipsius & accidētibus, quæ ab ipsis causis emanant atque aut-	Efficiens, cuius alia est	Diuina Deus cap. 1. pag. 1.	Nobilior Christus cap. 2. pag. 1.	
		Humana cuius alia est	Necessariò. I. Vt vnus sit. II. Alius ab eo, cui sacramentum confert. III. Vitam hanc viuat. VI. Rationis vsum habeat. V. Intelligat id, quod agit. VI. Sacramentum conficere sciat. VII. Illud idem conficere possit. VIII. Conficere illud velit. IX. Formam materię admoueat. X. Ei, qui qualitatibus necessarijs præditus non est, ne conferat. cap. 3. pag. 2.	
	Finis, cuius alia est	Princeps Dei honos cap. 5. pag. 7.	Minus nobilis Homo, in quo alia inesse debent	
		Non princeps, cuius alia est	Non necessariò. I. Ne mortiferi peccati culpa sciens pollutus sit. II. Censura ecclesiastica itidem ne irritetur. III. Eius finis gratia, cuius instituta sunt, sacramenta conficiat. IV. Cerimonias proprias adhibeat. V. Sub iurisdictione hac eum, cui sacramenta confert, habeat. VI. Ne ei, quem in mortifero peccato perseverare certo scit, sacramentum administret. VII. Neque agrè ipsum suscipienti. VIII. Neque rationis vsum carenti cap. 4. pag. 4.	
	Causis, quarum alia dicitur	Hac, cuius alia est	Per se. I. Sacramentalis gratiæ collatio. II. Virtutum fidei, spei, & charitatis condonatio. III. Spiritus sancti donorum tributio cap. 6. pag. 7.	Per accidens maioris, minorisvè gratiæ tributio cap. 7. pag. 8.
			Alia æternæ vitæ condonatio cap. 8. pag. 8.	Ex qua res, quæ sensu percipiuntur ad id personata, à Christo destinata cap. 12. pag. 11.
	Materia, cuius alia est	Communis sacramenti cap. 9. pag. 9.	Propria cuius alia dicitur	Necessariò. I. Vt vitam hanc viuat. II. Præfens ad sit. III. Sacramenta suscipere queat. IV. Suscipere illud velit. V. Ipsemet suscipiat cap. 10. pag. 9.
				Circa quæ Homo, in quo alia inesse debet
	Forma, cuius alia est	Necessaria verba sacramenti effectus significat, in qua alia inesse debent	Necessariò. I. Vt exprimat. II. Verbis. III. A causa efficiente humana. IV. In tempore instanti. V. Sine verborum, quæ ipsius vim tollunt, adiectione. VI. Sine verborum huiusmodi detractione. VII. Sine eorundem verborum corruptione. VIII. Sine verborum hac quoque transiitione. IX. Sine huiusmodi interpositione. X. Sine earum sex mutationum vlla, etiam si firmæ vis per se constet, vt tamen noua inducatur cap. 3. pag. 11.	
			Non necessariò. I. Sine formæ verborum, et si eius vis non tollit, adiectione. II. Sine verborum huiusmodi ademptione. III. Sine tali itidem interpositione. IV. Sine hac transpositione. V. Sine formæ tandem verborum huiusmodi mutatione cap. 14. pag. 13.	
Ab efficiente	Non necessaria Ritus, ac cerimonie cap. 15. pag. 15.			
	A fine. I. Necessitas sacramentorum institutionis. II. Propositum ipsius instituentis. III. Causa ipsius propositi. IV. Vtilitas cap. 16. pag. 15.			
	A materia sacramentorum nouæ legis diuinitus cap. 17. pag. 15.			
A forma. I. Tempus institutionis sacramentorum. II. Eorundem efficacitas. III. Promulgationis ipsorum tempus. IV. Obligationis eorundem tempus. V. Ordo administrationis, ac susceptionis. VI. Aetas susceptionis. VII. Modus administrationis, & susceptionis. VIII. Locus administrationis, atque susceptionis. IX. Tempus administrationis, atque susceptionis. X. Nomen cap. 18. pag. 16.				

BARTHOLOMAEI VGOLINI  
EX MONTE SCVTULO IVRISCONSULTI  
AC MISANI ARCHIPRESBYTERI


De genere vniuerso sacramentorum nouæ legis Tabula.

De causa efficiente diuina sacramentorum nouæ legis Cap. I.



Vt M. de sacramentis nouæ legis tractandum mihi proposuerim, huiusceq; propositi mei rationes antea attulerim, non inutile futurum hoc existimauimus; priusquam sigillatim de illis agamus, generatim, atq; vniuersè de eisdem pertractare; id enim cum mihi ad agendum est aptius, ad breuitatemq; expeditius, tum alijs, qui labores huiusce nostros in manus summent, ad ea sacramenta cognoscenda facilius erit, atque iucundius; non enim mihi eadem, quæ omnibus ipsis communia sunt, si de genere vniuerso pertractauero, in uno quoque postea iteranda erunt; ab alijs uerò, quæ ratione ipsamet sacramenta inter se conueniant, quæque discrepent, optimè, nulloq; propemodum negotio cognoscetur; accedit, quod & uehementer ad id me hortatum est; quoniam hoc, & doctissimos uiros, qui ex arte conscripserunt, priscorum memoria, in primisq; Aristotelem, tempestate nostra Claudium Berrum eius subtilissimum interpretem, præceptoremq; meum amantissimum, hac deniq; in re summos diuinarum rerum scriptores obseruasse animaduerti: ut igitur rem ipsam aggrediar, ne ab ordine, quæ antea pollicitus fui, discedam; de causa efficiente primùm sacramentorum; deinde de eorum effectibus, tertio de eorundem, materia, atque forma; postremò de accidentibus, quæ ab ipsis causis effluunt, pertractabo: & quoniam sacramentorum efficiens causa bipertita est, diuina scilicet, & humana; humanaque altera Christus, altera homo; atque diuina præstantior, potiorq; est ipsa humana; Christus uerò nobilior causa ipsa homine; ideo prius de causa efficiente diuina; postea de humana, & primùm quidem de Christo, postremò de homine agamus; causa igitur efficiens diuina sacramentorum nouæ legis Deus est; ita enim Thom. d. 5. q. 1. cum seq. lib. 4. & q. 64. art. 1. in 3. par., & Sor. d. 1. q. 1. art. 1. cõcl. p., & Bon. d. 5. art. 3. q. p., & Io. Nid. in exposit. præcepti decal. tertii in littera C, & Cat. eod. c. de præstantia, & differentia sacramentorum, & eorum autore uerf. Deinceps, concludunt; etenim, cum gratia per sacramentum conferatur [sicuti paulò post probabimus] ipsaque à Deo tantum sit, ut Thom. q. 64. art. 1. in 3. par., & Sor. d. 1. q. 5. art. 1. concl. 1. inquit; merito ipse Deus, qui sacramentorum effectum præstat, eorundem causa est; præterea ipsa sacramenta iustitiæ adipiscendæ instrumenta quedam sunt; at Deus est, qui homines iustos efficit; ergo ipsum Deum hac quoque ratione sacramentorum principem autorem agnoscendum esse planè constat; postremò sacramenta eam uim, & efficientiam, continent, quæ ad interiorem animam penetrat; cum uerò unius Dei potentia in corda, & mentes, hominum illabi proprium sit; ex hoc etiam perspicitur sacramenta à Deo optimo maximo instituta esse; ut Thom., Sor., & Cat. eod. in loco asseruerunt; constat igitur; cum & sacramentorum vis à Deo proficiatur, & eadem ibi, quo Deus tantum illabi, penetrareq; potest, operetur; ipsum Deum sacramentorum autorem in primis esse, illique potissimum iure optimo nos ea accepta referre debere; etenim & Iustinianus ea omnia inquit merito nostra facimus, quibus, ut ualeant, uim, ac robur, impertimur; atq; ita Thom., & Cat., ac citati aut. ferè omnes eisdem in locis senserunt: hæc autem Dei potestas [quæ à nulla causa pendet, quæque Deus, quoquo modo sibi libet, sacramentorum gratiam, atque uim; conferre ualet; uti Sor. d. 1. q. 5. art. 1.

A in ex-



in expof. 1. art. docuit ] quoniam eadem cum ipfius Dei effentia est; ideo, ficuti suam Deum effentiam cum quopiam communicare nequit [esse enim illum Deum facere] ita auctoritatem hanc cuiquam impertire non potest; vti Thom. d. 5. q. 3. art. 1. lib. 4. & q. 64. art. 4. in 3. p. & Sot. eod. & d. 1. q. 5. art. 4. in princ. & Bon. d. 5. art. 3. q. p. & Thom. Ab Arg. d. ead. q. 1. art. 4. concl. 1. afferunt; denique, quod auctoritas hæc ipfius Dei tantum est; ideo & ipse Christus, quatenus Deus est, princeps causa, ac diuina esse dicitur; sicuti Sot. d. 1. q. 5. art. 3. in princ. & Thom. e. & Bon. d. 5. q. 2. art. 3. compicbarunt: argui de causa efficiente diuina hætenus, ad causam efficientem humanam, vti proposuimus, tranſeamus.

De causa efficiente humana nobiliori sacramentorum nouæ legis  
Cap. II.



**H**UMANNA uerò sacramentorum nouæ legis efficiens causa nobilior quidem Christus est; ita enim Thom. q. 64. art. 2. in 3. p. & Bon. dist. 5. q. 1. art. 3. & Scot. d. 2. q. 1. concl. 2. & Petr. Sot. de instit. sacram. lect. 7. inquit; quod adeo uerum est, ut, qui hodie aliter asserat, à Trident. Syn. sels. 7. can. 1. de sacram. anathema feratur; Si quis dixerit, inquit enim ibi sancta syn., sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo domino nostro instituta &c., anathema sit; hæc ibi sancta syn., sileant igitur de extrema vnctione, alijsq; sacramentis, si quæ disputationes sunt; aperte enim, ac dilucide sacrosancta synodus; à quò sacramenta omnia instituta fuerint, scilicet à Christo ibi, declarauit; id quod rationibus probari quòque potest; nam ipse Christus, quatenus homo morte, quam passus est, iustitiam, ac salutem, quæ per sacramenta hæc præstatur, nobis promeruit; uti Thom. q. 64. art. 3. in 3. p. & Sot. d. 1. q. 3. art. 5. concl. p. & q. 5. art. 3. concl. 4. uerf. Tertio inquit; si igitur uim, quam nouæ legis sacramenta habent, seu conferunt, Christus promeruit; meritò, iureque optimo ipsi eorundem institutionem acceptam referre debemus; ipostremo de eiuſdem Sot. sententia sacramentorum uis per Christi humanitatem à Deo in ipsa sacramenta sinit; ergo Christus hæc quoque ratione, sacramentorum effector asserendus est: sicut autem [quod Christi uita huius cursum, uti actionem unam, eiuſdem passio absoluit, atq; perfecit] passioni ipfius in primis, uti actionis illius principi parti, sacramentorum uis tribuitur, atque assignatur; ita Christus, & quatenus homo, per quem à Deo in sacramenta uirtus, quam conferunt, illabitur [quia, uti instrumentum quoddam cum ipsa diuinitate coniunctum, sicut manus cum ipso corpore, sinit] ipso simplici homine ministro, instrumento quodam, uti ferra ab artifice seperata dignior, præstantiorq; minister habitus est; quare hinc etiam factum est, ut ipsi Christo in sacramentis quatuor præcipua tributa sint, & ut ab ipfius, nõ ab alterius merito sacramenta uim habeant [nostram enim salutem sacramentorum effectum, ut diximus, sua passione nobis unus promeruit] deinde, ut eius nomine sacramenta, vel conficiantur, uel administrentur; non enim ministri suam, sed Christi personam in hoc gerunt; item, ut solus ipse Christus sacramenta instituat; postremo, ut sine sacramentis sacramentorum salutares fructus præster; ita nanque Thom. ab Arg. d. 5. q. 1. art. 3. concl. 2. & Thom. d. 5. q. p. & q. 64. art. 3. in 3. p. & Sot., qui hanc rem pluribus protequitur d. 1. q. 5. art. 4. cõcl. 4. explicauit; ac re uera, si sacramenta uim à Christo habent, quis a rone minime alienus non ipsum Christum solum ex hominibus sacramenta instituerit, eorundemque effectum sine ipsis sacramentis præstare posse asseret? hæc autem, quæ Christo præcipua fuisse tributa probauimus, à Deo conferri & hominibus potuisse Thomas d. 5. q. 3. art. 2. & q. 64. art. 4. in 3. p. & Sot. d. 1. art. 4. q. 5., & Thom. ab Arg. d. eadem. art. 4. concl. 2. q. p., & Bon. d. ead. art. 3. q. 1. asseruerunt; etenim, cum Christus hæc, quatenus homo est, habuerit, hæcque ratione à reliquis hominibus non differat; quid est causæ, cur id de Thom., atq; Sot. sententia, quod Christus, uti homo habuit, ceteris hominibus conferri

conferri potuisse nolimus? nam; & si, ut proprium cuiuspiam meritum in sacramentis uim habeat, necessario requiritur, quò ipse alijs mereri de codigno, ut aiunt, queat; id quod per se homo non potest [meritum enim huiusmodi, & ut ei, quod deberur, respondeat, & ne aliàs debeatur, postulat: quæ duo in homine ipso desiderantur; homo enim definitum quoddam est, ob offensam uerò, quæ Deo infinito bono facta erat, pena, ac debitum infinitum; quicquid præterea homo potest, ipsi Deo debet] & si hæc, inquam, ita sunt, eundem tamen hominem diuina gratia adiutum id sine dubio potuisse nemo inficiabitur; ac, ut rem recta consideremus, non ne huic, uel illi, homini, Petro exempli causa, Deus optimus maximus tantum gratiæ, qua pro uniuerso hominum genere mereretur, ac satisficeret, impartiri potuit? planè, si omnipotentem Deum intueamur; non est, cur hac de re dubitemus; atque ita Sot., qui rem hanc pluribus pertractauit, eodem in loco asseruit: non idcirco tamen facultatem hanc hominibus largiri sapientissimus Deus uoluit; tum ut in se ipso, non in hominibus spem suam homines collocarent; tum ne, à diuersis sacramentorum diuersis generibus institutis, in ecclesia discordiæ locus esset; uti citati auctores eisdem in locis, & Malchior Can. de sacram. p. 5. uerf. Sextum discrimen, ac Pet. Sot. de instit. sacramentorum lect. 7. uerf. Instituta etiam hæc esse, concludunt: hæc de causa efficiente nobiliori humana dicta sint, ad aliam efficientem causam, hominem scilicet, eorundem sacramentorum ministram, itemque ad ea, quæ necessario ipsi inesse debent, tranſeamus.

De causa efficiente humana sacramentorum nouæ legis, atque eorundem ministro; itemque de ijs, quæ necessario ei inesse debent,  
Cap. III.



**A**LTERA denique sacramentorum nouæ legis causa efficiens humana, ac minister homo est; ita enim diuus Paulus ad hebreos cap. 5. scribens nobis significauit; Omnis pontifex ex hominibus assumptus; ait nanque ibi, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum; quo in loco de ministris ecclesiæ agi diuinarum rerum scriptores inquit; ita quoque d. 5. q. 6. art. 1. cum seq. lib. 4. & q. 64. artic. 7. in 3. par. Thomas, quem Sot. d. 1. q. 5. art. 7. conclu. p. & Cat. eod. cap. De sacramentorum auctore, & ministro, sequuntur, conclusit; Sed, quamuis Deus sacramentorum auctor, & dispensator sit, ait enim ibi Cat., ea tamen non per angelos, uerum per homines ministrari in ecclesia uoluit; hæc ibi habentur; ex quibus omnibus sacramenta aut confici, aut administrari ab hominibus debere satis constat; id quod merito etiam factum est; tum quia cum Christo [ut qui naturam hanc nostram sumpserit] sacramentorum auctore, cum ijsque, ex quibus sacramenta constant, homines conueniunt [sicut enim homo ex anima, & corpore, ita & sacramenta ex rebus, quæ sensu percipiuntur, & ex spiritualibus constant] tum quia, ut facilius homines hominibus præsto esse possint, ita iidem, de diui Pauli, atque de eorum, quos citauimus, sententia, humana imbecillitatis non ignari aliorum miserentur; addo hominibus, & non alijs sacramenti conficiendi, conferendiue potestatem à Christo domino collatam esse; ecce enim primùm de baptismo Euntes [Christus inquit] in uniuersum mundum prædicare euangelium omni creaturæ baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti; en de eucharistia, Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis; ecce denique de penitentia [ne singula persequar; ex his enim, quid in alijs senserit, coniectura consèqui possumus] Tibi dabo, idem Christus ait, clauis regni rëlorum; & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in cælis; & alibi, Accipite spiritum sanctum; & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt; quibus in locis, & cum Christus dominus sacramentorum institutor semper homines allocutus fuerit, eadem conficiendi, administrandiue potestatem se ipsis tribuisse, non in alios eam deriuare uoluisse aperte

indicavit; quare diuinæ illa mentes, angeli scilicet ipsi [vt, qui & genere à nobis distinguuntur] sacramentorum ministri; sicuti & Thom., & Sot., & Cat. eod. inquit, esse non possunt; quamuis, si sacramentum quodpiam ab ipsis administraretur [quod diuino consilio ab ipsis id factum esse existimandum esset] valeret; neque enim Christus dominus gratiam, ac virtutem, quam per sacramenta nobis elargitur, ipsis sacramentis coarctauit, aut conclusit; imò & sine illis, quod iam diximus, eam cōferre Christum dominum posse Thom. d. 5. q. 6. art. 7., & q. 64. art. 7. in 3. p., quem Sot. eod. art. 7. concl. 2., & Ant. And. d. 5. q. 1. sequuntur, asseuerant; multo minus igitur ipsi demones; cum ob à nobis proxime de angelis allatas rationes, quæ & in ipsis demones locum habent; tum quia; cum infenso in nos animo sint, perenni quæ odio nos prosequantur, tantum boni ipsos velle nobis tribuere existimandum non esset; sacramenta administrare poterunt; postremò in quibusdam sacramentis conficiendis sacerdotij character requiritur, quo non modo demones, verum & ipsi angeli pradii non sunt; merito igitur & hanc ob rem iidem sacramentorum ministri esse nequeunt; si tamen & demones, id ut facerent, maderet Deus [quod verisimile non esse eod. art. 7. quosdam asseruisse Sot. recenset, ac sequitur] cum Dei potentia libera sit; cur sacramentum & ab ipsis collatum non ualeat, non video; sic nanque Scot. d. 6. q. 1., & Ant. And. d. 5. q. 1. concludunt; homo igitur & efficiens sacramentorum causa, ac minister est; necessario autem hæc illi inesse debent.

- I. Primum vt vnus, à quo conficiatur, administreturque sacramentum, fiet; eorum enim, quæ necessario in sacramentis conficiendis, conferendisque requiruntur, quorumque pars per se perfecta non est; partim ab hoc, partim ab illo fieri nequeunt; nam, cum ministri personam Christi gerant, eiusque nomine sacramenta administrent; uti iam probauimus; sicut ipse vnus est, ita & minister vnus esse debet; ut Bon. d. 5. q. 1. art. 1. par. 2., & Thom. q. 67. art. 6. in 3. p., & Tart. d. 6. q. 2.; & Sot. d. 4. q. vn. artic. 4. concl. 1. inquit; quare, si exempli causa in baptismo cupiam conferendo alter formam enunciet, alter uerò baptizandum abluat; vel ipsiusmet formæ pars ab hoc, pars ab illo proferatur; nihil fieri Scotum asseruisse Tart. eod. vers. De secundo membro, recenset, ac sequitur, atque communiter id receptum esse Sot. eod. in resp. ad tertium argumentum, testatur; si tamen plures, quorum quisque sacramenti per se administrandi propositum habet; ea, quæ ad sacram huiusmodi functionem pertinent, eodem prorsus temporis momēto gerant, sacramentum planè conficiunt; uti Tart. eod. q. 2. vers. In hac questione prima pars erit, & Sot. eod. artic. concl. 3.; & Thom. eod. q. concludunt; etenim, cum & materia, & forma, & minister eo, quo debet, affectus animo, id est sacramenti causa, ad sint; & eiuſdem effectus necessario consequuntur: sicuti autem alterum alteri opitulari noluisse facimus, ita è contrariò, à quo nam sacramentum in hoc casu conferatur, minimè scitur; nec id, quod plures simul baptismo inſtituantur, pluresque simul hostiæ consecrantur; opinioni huic repugnabit; nam, cum sacramenta non unius tantum gratia à Christo inſtituta sint; uti per se id constat, merito, quò & id significetur, & plures simul, si necessitas id postulet, sanctissimis illis aquis ablui; & plures, quò & pluribus distribuantur, hostiæ consecrari queunt. II. Alius ab eo, cui sacramentum confert, sit; non enim eundem, & qui dat quidpiam, & qui illud accipit, esse debere Romanus pontifex in c. fin. de inſtit. nobis lignificauit; quare [eucharistia, matrimonioque exceptis] nullum aliud sibi met ipsi sacramentum administrare quis potest; non Baptisum, ut in c. non dubium de bapt. summus pontifex declarauit; non Penitentiam, ut Bon. d. 20. q. 2. art. 3. ibi Ad illud, quod obijcitur, asseruit; non Confirmationem, ut Tart. d. 7. paulo post principium indefinitionis explicatione docuit; non ordinem; nam aut, quem habet, ordinem sibi confert, & quia sacramentum hoc non iteratur, nihil facit; aut, quem non habet, & quia ea potestate pradius esse nequit, collatus ordo non ualet; non denique Extremam vnctionem; Infirmatur quis in vobis? inquit Iacobus, inducat presbyteros ecclesiæ & cet.; ex quibus planè verbis non eundem, qui sacramentum administrat, & cui administratur, esse debere percipitur; non igitur sacramentum sibi quis administrare potest. III. Vitam hanc viuat; ita enim Bon. d. 10. q. 2. art. 2., & Scot. d. 6. q. 1. versic. Generaliter, & Tart. d. eod. q. 1. versic. Consequenter ibi Secunda propositio, asserunt; etenim anima à corpore separata ad sacramenta conficienda, administrandaque; cum ipsa intelligibilis, illa verò & sensibilia

bilia sint; potentia autem ad ipsa obiecta accommodata esse debeat, apta non est; postremò sacramenta ab hominibus tantum administrari posse antea probauimus; at anima à corpore separata homo non est; homo enim ex corpore, & anima rationis particpe constat: ut notum est, & Diuus Athanasius in Symb. id scriptum reliquit; sicut, inquit enim ipse ibi, Anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus; ergo merito sacramenta administrare anima à corpore separata non poterit; de beatis igitur idem, quod de diuinis mentibus; de animabus, quæ apud inferos æterno supplicio cruciatur, idem, quod de demones diximus, si ab ipsis sacramenta administrarentur; uti Syl. in vers. Baptismus 3. num. 3. ait, dicendum est; quamuis anima, si corpus iterum assumeret, planè cum verus homo tunc fiet, sacramenta administraret. IV. Rationis usum habeat; nam, cum sacramentorum minister in eorum consecratione, administrationeque propositum faciendi, quod ecclesia facit, id habere debeat; uti probabimus; qui rationis usum caret, qui fiat, ut hoc animo affectus esse possit; item sacramentorum administratio humana quædam actio est; uti antea asseruimus; actio autem huiusmodi, ut docuit Phil. mor. lib. 1. in initio, propositum finem semper habet, qui finis in eo, qui rationis usum caret [cum id, quod agit, non intelligat] esse non potest; præterea si is, qui rationis usum non habet, sacramenta administrare possit, non ne eorum administratio casu, fortuitouè facta ualere? hic enim; quia in ipso neque voluntas inesse, neque id, quod agit, idem intelligere existimatur; ut in §. item furiosi in inſtit. quib. non est permis. fact. rest., & in §. furiosi de inut. stip., & in l. in negotijs, & in l. furiosi ff. de regul. iur. habetur. præter, aut contra voluntatem, atque aut casu, fortuitouè, uti philosophi asserunt, ac Tart. d. 6. q. 5. ibi Prima propositio, recensuit, operatur; at sacrosancta hæc mysteria ad salutem nobis diuinitus tradita à casu, fortunauè pendere absurdum est; postremò, qui, sacra hæc mysteria, uti decet, conficiunt, alijsue ministrant, uberiorem à Deo gratiâ consequuntur, atque merentur; ut docuit Cat. eod. de sacram. cap. de ministris ibi Sanctitatem igitur; his enim functionibus [quod paulo post videbimus] cultus quidam Deo tribuitur; contra uerò, qui impurè sacramenta contrectant, de eiuſdem Cat. eod. cap. sententia, mortiferi peccati labè polluantur, quorum neutrum, qui rationis usum caret; ut vnuerſi diuinarum rerum scriptores asserunt, is conſequitur; ab eo igitur, qui rationis usum non habet, neque sacramenta confici, neque eadem administrari posse, cum Tart. d. 13. art. 4. q. 2. vers. Pro declaratione ibi Ex quo sequitur, & cum Scot. d. 6. q. 1. vers. Simpliciter ergo, & cum Bon. d. 5. q. 1. art. 1. par. 2. concludendum est; id quod, etiam si ab hoc vnuerſa, quæ ad has functiones pertinent, rectè adhibeantur [casu enim id factum esse, atque idcirco non de ipsius consilio existimatur] de Tart. sententia d. 13. q. 2. locum habet; ibi enim, si sacerdos dormiens formam consecrationis super aptam materiam proferat, hunc non conficere eucharistiam assererat; ergo idem in reliquis sacramentis, quod & Decius in contradicibus in citata l. in negotijs ff. de regul. iur. sensit, constanter assererabimus; quare neque furiosi homines, neque infantes, neque ebrii, si eorum mens vino adeò obruta fiet, ut suum officium non faciat, sacramentorum ministri ullo modo esse poterunt. V. Intelligat id, quod agit, id est quam actionem suscipit, cognoscat; cum enim in sacramentorum administratione propositum faciendi id, quod ecclesia facit, habere quis debeat, ut probabimus; qua ratione, qui functionem ecclesiæ illam esse ignorat, eo animo, quem ecclesia in sacramentorum ministro postulat, pradius is esse potest? quare ob proximum finem sacramenta confici à ministris debere d. 6. q. 5. Scot. asseruit. VI. Sacramentum conficere sciat; sic enim Med. q. 21. de confess. vers. Tertio asseruit; hoc idem artem imprimis postulare, ut scilicet, quod quis agit, agere illud se at lib. 2. mor. cap. 4. Phil. docuit; ac reuera, cum, ut sacramenta administrantur, necessario multa requirantur, ignorance si quid eorum ommittatur, ea nullo modo conficiuntur; atque ita de formæ corruptione ab errore profecta Thom. q. 60. artic. 7. in 3. p., & Sot. d. 1. q. 1. art. 7. in responsione ad tertium argumentum, & de detractione eod. q. art. 8. concl. 2., & de verb. mut. Thom. ab Arg. d. 3. q. 1. artic. 3. versic. Tertio modo, comprobantur; quare si quid, quod necessario requiritur, inscitia à ministro ommittatur, & nihil fiet, & grauiter iæpius ipse peccabit. VII. Illud idem conficere, administrare uè possit; ita enim Scot. d. 13. q. 2. versic. Ad quæstionem, & Tart. d. eod. art. 4. q. 2. versic. Pro declaratione, & de Penitentia

tentia Bon. d.21. q.1. art.1. par.2. concluderunt; quare, qui mutus, est [sacramento matrimonij excepto] nullum aliud sacramentū conficere, administrare uel potest; forma enim verbis exprimi, ut probabimus, necesse est; id quod, uti de ministro eucharistiae Scot. d.6. q. p. quem Tart. eod. versū, sequitur, asseruit; & de ministro baptismi Bon. d.5. q.1. art.1. affirmavit; id quod [inquam] mutus praestare minimè potest. VIII. Conficere, aut conferre uelit; ita nanq; d.6. q.2. art.1. lib.4., & q.64. art.8. in 3. p. Thom., & Scot. d.1. q.5. art.8., & Bon. d.6. q.1. art.2. p.2. inquirunt; ita communiter id receptum esse Scot. d.6. q.5., & Tart. dist.13. q.2. testantur; ita denique in Florentina synodo Eugenio quarto Pontifice fuit declaratum; Hæc omnia sacramenta nouæ legis, inquit enim ipsa, tribus perficiuntur, scilicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma; & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione, quod facit ecclesia; quare, qui contrarium asseueraret, Trid. synod. eod. de sacramentis sess.7. can.11. anathemate damnauit; Si quis dixerit, ait enim ibi, in ministris, dum sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit ecclesia, anathema sit; hæc ibi sancta Synod.; neque iniuria; etenim, cum actio hæc operatio quædam humana sit; uti antea id probauimus, actionem huiusmodi à uoluntate proficisci lib.3. mor. cap.4. Phil. docuit; nam, & quæ sine ea fiunt, uel fortuito, uel casu facta esse [quod à sacramentis alienissimum est] lib.2. phys. Phil. tradidit, ac d.1. q.5. art.8. Sot. hac de re agens id declarauit; quare, qui eo animo affectus esset, ut sacramentum conferre, conficere, neque uellet, neque non nollet [quod uoluntas, quam necessariam esse in sacramentorum administratione probauimus, in hoc non inest] nihil faceret; huiusmodi rei nobis argumento est id, quod d.5. q.1. art.7. in 3. propos. Sot. asseruit; si adula enim arate homini baptismi sacramentum conferatur, isque neque consentiat, neque dissentiat, nihil ibi confici affirmavit; ut uelit igitur sacramentum conficere, administrare, necessariò requiritur. 1. Re uera; uti Duran., & Adrian. asserere Sot. d.1. q.5. artic.8. in 2. argum. recenset, ac sequitur; ac sane, cum Trid. synod. ipsi sacramentorum ministro intentionem, ac uoluntatem hanc inesse necessariò debere asserat, quæ animi interior actus est, qui sacramentum se conferre præferret, animo autem inclusum aliud teneret, qui fiat, ut in hoc sacramenti conficiendi, administrandiue uoluntatem, intentionemque inesse affirmemus? quare, qui ioco sacramentum conferret; uti Gloss. de baptismi ministro in c. soler de consecr. d.4., & Sot. eod. art.8. in secundo arg. inquirunt, nihil faceret. 2. Re ipsa; non enim uel potentia, uel habitu, uel tacito uoluntatem hanc quempiam habere sat est; quippe quia uoluntas nõ adest: potentia uero hunc uoluntatem habere appello, qui uoluntatem non habet, habere tamen potest; habitu uero, qui ea quidem præditus est, dum autem sacramentum conficit, uel administrat, somno, uindoc oppressus, aliã re impeditus, quod agit, non intelligit; tacito denique illum uoluntatem habere dico, qui neque, an intentio hæc necessaria sit, nouit; neque, si necessaria esset, hoc animo affectus est, ut id ipse uelit, si necessariam existimaret; quamuis de ueritate edoctus illam haberet. 3. Saltem uirtute; hanc enim uoluntatem in sacramentorum ministro sat esse Thom. q.64. art.8. in 3. p., & d.6. q.2. art.1. lib.4., & Sot. d.1. q.5. art.8. propositione 3., & Scot. d.6. q.6., diuinaumque rerum scriptores uniuersi comprobarunt; ac re uera, si animo præsentem esse in sacramentis conficiendis necessariò deberemus, quam difficilis, quam dubia sacramentorum administratio esset? quotus enim quisque est, cuius in ipsis rebus agendis non animus lapsus uagerur? huc, illucue non distrahatur? quia igitur id fieri uix poterat; ob eam rem benignus Deus, qui ingenij nostri vires optimè nouit, minus nos de eorundem, quos citauimus, intentione, hoc onere obligauit; quare, si sacramentum quodpiam conferre uelim, dum autem illud conféro, animus uagetur, prioris nihilominus intentionis, ac uoluntatis uirtute, quam præcessisse necesse est, quamque idcirco uirtualem intentionem appellarunt, sacramentum conficietur. 4. Ita tamen, ut operatio hæc humana actio fiet; non enim fortuito, casuue sacramenta administrari posse antea probauimus; quare, ut uirtualis hæc intentio operetur, tam proximè ipsam antecessisse oportet, ut ea minuter ad aliquod, quod ad functionem illam pertineat, peragendum impellatur, & ad summam, sicui iam sæpe diximus, ut actio illa humana operatio fiet; sicuti Sot. d.1. q.5. art.8. prop.3. docuit; necesse est; neque enim, qui baptismi conferendi propositum habet, is deinceps somno oppressus,

oppressus, uindoc obrutus, uel furore obcæcatus sacramentum administrans [quia, quod tunc agit, minus intelligit] quicquam efficiet. 5. Item uti res diuinitus instituta, alioquin, si, exempli gratia, quempiam aquis abluerem, abluendi tantum animum habens; cum actio hæc humana tantum sit, eaque sacramenti effectus præstari nequeat; nihil facerem; at si, dum abluo, animum ad id, ut rem sacram huiusmodi faciam, intendo, sine dubitatione sacramentum, reliquis necessarijs adhibitis, à me conficietur; non enim tunc humanam, sed diuinam actionem suscepisse uideo; in sacramentis igitur conficiendis, administrandisue hoc animo affecti esse debemus, non ut rem humanam, sed, ut rem diuinam nos agere, & ad summam sacramentum conferre uelimus; hæc est enim intentio illa ecclesie, quam necessariam in ministris esse Thom. q.64. art.8. in 3. parte, & d.6. q.2. art.1. lib.4., & Sot. d.1. q.5. art.8. inquirunt; hæc, ex qua Florentina Syn. Eugenio quarto Pontifice coacta confici sacramenta docuit; hæc, de qua qui contrarium assereret, Trid. Syn. e. can. 11. sess.7. anathemate damnauit; hæc denique finis ille proximus est, quem necessariò sacramenta administranti propositum esse debere subtilissimus Scot. d.6. q.3. tradidit; & quoniam, ut iuris scientia interpretes in l. cum quid ff. si certum pet. inquit par uirtus taciti, & expressi est; ideo, qui in sacramentis administrandis, conficiendisue in animo habet, aut facere id, quod sacerdos hic, uel ille rectè sacramenta conficiens facere consueuit; aut, quod Xps instituit; aut, quod Christiani hoies functiones has exercendo faciunt; aut, quod sacrosancta ecclesia hæc de re docuit, ac facit; sacramentum sine dubitatione hæc conficiet, atque administrabit; ita nanque Sot. d.1. q.5. artic.8. in explic.1. arg., & in propos.3. docuit; ita quoque in c. spiritus sanctus 1. q.1. probatur: necessaria autem intentio huiusmodi est: nam sicuti ex aqua, quæ naturalis non est, baptismus confici nequit ita, si intentio hæc ab ea, quam diximus, alia est; nihil fieri etiam potest; non enim, sicut si Christi, ita si tonforis ablutione quempiam abluerem, baptismi sacramentum conferrem. IX. Formam, itidemque materiam, ut sacramenti ratio postulat, atque fert, adhibeat; non enim, quem à peccatis absoluerè uolo; eum uel baptismi aquis abluere, uel baptismi forma uti debeo. At, inquit quispiam, in conficiendis, administrandisque sacramentis quid minister operatur: illud planè, quod formam materiam ad mouendo sacramentum conficitur; id quod ab eo, qui minister non est, si fieret, non conficeretur; sicuti nec sententia à non iudice lata de reo quopiam conuicto ualet, quæ de eodem à iudice lata, reliquis necessarijs adhibitis, ualere; non enim omnes; ut Trid. syn. sess.7. can.10. de sacramentis declarauit, sacramentorum ministri sunt; Si quis, inquit enim ibi, dixerit Christianos omnes in uerbo, & omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit; hæc sancta Syn.; minister igitur, ut sacramentum conferatur, conficiaturue; sicuti Sot. d.20. q.2. artic.1. concl.2. asserit, causa est. An itidem sacramentum à materia, formam magis, quam à ministro pendeat, cur quis hæc de re dubitet, non uideo; quid enim plus materia, atque forma, quam minister; cum sine eo nihil ipsa per se queant; quid è contrario plus minister quam materia, ac forma; cum sine eis nihil ipse itidem possit, operabitur: illud sanè ministrum ipsa materia, atque forma, uti artificem ipsa terra nobiliorem, præstantioremque esse peripicuum est. X. Ei, quem ijs qualitatibus præditum non esse constat, quibus necessariò præditum esse oportet, sacramentum ne conferat; ut enim omittam, huic si conferatur, nihil fieri; illud planè constat ministrum raro tunc culpa vacare: atque de causa efficiente, ac ministro sacramentorum nouæ legis, itemque de ijs, quæ necessariò illi inesse debent, hæc tenus; ad ea, quæ eidem inesse debent, quamuis non necessariò, transeamus.

De ijs, quæ eidem causa, ac ministro sacramentorum nouæ legis inesse, sed non necessariò, debent, Cap. IIII.

EA uero, quæ eidem causa, ac ministro sacramentorum nouæ legis inesse debent, sed non necessariò, hæc sunt; Primum ne mortiferi peccati culpa sciens pollutus sit; ita enim in c. baptismus de consecr. d.4. Diuus Aug. docuit; Iustos, ait nanque ibi, oportet esse tanti iudicis ministros, si ministrare iussu uoluerint; ita Thom. d.5. q.5. art.1. lib.4., & q.64.

& q. 64. art. 5. in 3. parte, quem d. 1. q. 5. art. 5. in respons. ad tertium argum. sequitur Sot., asseruit; ita nouissime Cat. eod. cap. de ministro pluribus id probauit; Neque uero, ait enim ibi, pastores. alijue sacramentorum ministri, cum hac audiunt, satis sibi esse arbitrentur, si posthabita morum integritate, ac conscientie munditia, illud tantum cogitet, quo modo sacramenta ab illis rite ministrentur; id enim etsi diligenter curandum est, in hoc tamen omnia, quae ad eam functionem pertinent, posita non sunt; meminisse autem semper debent sacramenta diuinam quidem virtutem, quae illis inest, nunquam amittere; at uero impudè ea ministrantibus aeternam perniciem, & mortem asserere; sancta enim [quod semel, atque iterum, ac sapius admonere oportet] sanctè, & religiose tractanda sunt; peccatori, ut est apud prophetam, dixit Deus; Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, tu uero odisti disciplinam? quod si homini peccatis contaminatio minus licet de rebus diuinis agere, quantum ab eo scelus concipi existimandum erit, qui sibi multorum scelerum conscius est, nec tamen sacra mysteria polluto ore conficere, uel in foedas manus iungere, contrectare, atque alijs porrigere, & ministrare ueretur? cum praesertim apud Sanctum Dionysium scriptum sit, Malis symbola [ita enim sacramenta appellat] ne contingere quidem permissum esse; sanctitatem igitur sacrarum rerum ministri in primis sententur; purè ad sacramenta ministranda accedant; atque ita se ad pietatem exercent, ut ex eorum frequenti tractatione, & usu uberiori in dies gratiam, adiuuante Deo, consequantur. hæc inquit Cat; ex quibus sacramentorum ministros mortiferi peccati culpa uacare debere, nisi omnipotentis Dei in se iram concitare malint, satis comprobatur: conficiuntur tamen, conferunturque à ministris sacramenta, quocumque scelere astricti teneantur; Omnia, inquit enim Diuus Augustinus, in c. omnia 1. q. p., sacramenta obliuunt indignè tractantibus, profunt tamen per eos dignè summentibus; hæc ibi Augustinus; si ergo & ab his sacramenta suscepta nobis profunt, non est, quod quis, an ab ipsis eadem administrata ualeant, ulla ratione dubitet; idem in c. Dominus e. q. habetur; Memento, & ibidem ait Augustinus, sacramentis Dei nihil obesse moris malorum hominum, quò illa uel non sint, uel minus sancta sint; idem in c. per Isaiam, & in tota serè ea. q., & in c. fin. 15. q. 8. probatur; idque iure optimo; neque enim sacramentorum uis, ut in cap. 2. probauimus, atque in c. intra catholicam ecclesiam 1. q. p., & in cap. ut euidenter, & in c. non nocet e., & in c. si inter bonos cum multis sequen. de consecr. dist. 4. habetur, à ministris merito, sed Christi proficitur; quare Trid. syn. can. 12. sess. 7. e. contrarium asseuerantes anathemate damnauit; Si quis, inquit enim, dixerit ministrum in peccato mortali existentem [modò omnia essentialia, quae ad sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit] non conficere, aut conferre sacramentum, anathema sit; collatum igitur ab his sacramentum ualebit, quamuis; uti e. cap. Cat., & Sot. d. 1. q. 5. propè finem art. 6., & Syl. in uerb. Confessor 3. num. 4., & Bon. d. 13. q. 1. art. 1. de eucharistia assene. arunt, mortiter peccant, id quod fit, quoties sacramenta ministrant; cum & eadem, atque adeò maior ratio, si sapius, quam si semel ab his sacramentum ministraretur, locum habeat; ut in c. cum haberet de eo, qui dux. in matr., quam pol. per adult., habetur, atque Syl. e. num. 4. comprobauit; quare in quocumque sacramento ministrando, conficiendone, eucharistia excepta, contritionem saltem ministris, quò poenam culpæ effugiant, necessariam esse diuinarum rerum scriptores; uti Syl. in uerb. Baptismus 3. num. 6., & Med. q. 6. par. 4. dub. 5. inquit, de communione sententia Nauar. in Man. cap. 1. num. 31. de contr. testatur, concluderunt. II. Censura ecclesiastica itidem irretitus ne fiet; ecce enim primum maiori excommunicatione illaqueatus neque sacramenta conficere, neque eadem administrare debet; ut in c. illud de cler. excomm. min. probatur, quo in loco Romanus pontifex Episcopum quendam, an excommunicatio in se lata ualere, dubitantiem; quò ecclesiastica sacramenta pertractare ausus iuerat, grauiter reprehendit; Quia tamen, dicitur enim ibi, in dubijs via est tutior eligenda; & si de lata in eum sententia dubitaret, debuisset tamen potius se abstinere, quam sacramenta ecclesiastica pertractare &c. hæc inquit summus Pontifex; si igitur, cum quis, an excommunicatus sit, animi pendet, à sacramentorum administratione, confectio neque se abstinere debet, quanto magis, qui eam sibi infligam poenam certum habet, ab eorundem contrectatione se cohibere ipsum oportet; idem in cap. clerici cum sequen.,

sequen., & in c. si aternitati e. habetur; ita quoque à Suppl. in uerb. excommunicatio 1. num. 32., & à Rossell. e. 7. num. 49., & à Nauar. in Man. cap. 27. num. 18., & à Francisco à Visc. in sum. e. num. 4., & à Bon. d. 19. art. 2. q. 2. concluditur; etenim, cum excommunicatio communionis [unde nomen etiam sibi comparauit] secretio sit; uti doctores declarant; communiõ autem hac in sacramentorum usu, Christi que fidelium conuictu, atque commercio uerferetur; sicuti Thom. d. 18. q. 4. art. p., & Thom. ab Arg. d. 19. q. 1. art. 4. in responsione ad quartum argumentum inquit; qui Christi fidelium commercio, uel in profanis rebus priuatur, qui fiat, ut eidem sacramenta hic administrare conetur? & quamuis si conferantur, rata, si magis sint, ut per extrauag. Ad euitanda, quod Nauar. in Man. cap. 27. num. 35., & Caiet. in uerb. Absolutio à nonnullis circõstantijs, referunt; probatur; Ad euitanda, dicitur enim ibi, multa scandala, & multa pericula, & subueniendum conscientijs timoratis constitutum, ut nemo post hac teneatur abstinere, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in ministrando, aut recipiendo sacramenta, aut in alijs diuinis officijs, aut extra illa ratione alicuius sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, aut suspensionis, aut prohibitionis ab homine, aut à iure generaliter promulgatæ, neque seruari interdictum ecclesiasticum, si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura non fuerit promulgata, & denunciata specialiter, & expressè à iudice contra certam aliquam personam, collegium, uniuersitatem, ecclesiam, aut locum certum, aut certam; neque manifestè constet incurrisse in sententiam excommunicationis, quod nullo modo potest occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari; quia à communione huius uult, quòd se separent iuxta canonicas constitutiones: per hoc non intendimus releuare, neque inuare sic excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos. hæc Romanus pontifex Martinus quintus sancit; ex quibus, & si sacramenta ab excommunicato ui illius sanctionis suscipi queunt, administrataque ualent; tamen, qui pena huiusmodi astrictus ea confert; quod ipsi per dictam constitutionem non subueniunt, is mortiter peccabit; nanque nec officio, beneficijsque; ut in c. clerici cum tribus sequen. de cler. excomm. min. probatur, nisi grauitè peccaret, perpetuò priuaretur; postremo si is, qui minori excommunicatione irretitus est; grauitè sacramenta conferendo peccat; ut in c. fin. eo. habetur; quanto magis, qui maiori astrictus est, peccabit? non igitur ab hoc conteri, ministrariue sacramenta debent; quamuis confecta, etiam si nominatim poena huiusmodi affectus sit, uel ita, ut clari nequeat [poenitentia, extremaque uinctio exceptis; uti suo loco probabimus] ualeant. I. Minori quoque excommunicatione deuinctus sacramenta conferre non potest; Si celebrat minori excommunicatione ligatus, dicitur enim in c. fin. de cler. excomm. min., licet grauitè peccet, nullius tamen notam irregularitatis incurrit; nec eligere prohibetur, uel ea, quae iurisdictionis sibi competunt, exercere; si tamen scienter talis electus fuerit, eius electio est irritanda pro eo, quòd ad susceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à sanctis patribus est priuatus; peccat autem conferendo ecclesiastica sacramenta, sed ab eo collata uirtutis non caret effectu; cum non uideatur à collatione, sed participatione sacramentorum, quae in sola consistit perceptione, remotus. hæc inquit summus Pontifex; si ecclesiastica igitur sacramenta is conferendo peccat; ut ibi dicitur; & Ros. in uerb. Excommunicatio 8. num. primo, & Suppl. e. 7. num. 1. notarunt; ergo illa conferre non potest; non enim, quod quis iure potest, illud agendo peccat; ut in l. Gracchus C. de adult., & in cap. qui peccat 23. q. 4. probatur; & quamuis à sacramentorum collatione hic minimè prohibitus eodem in capite dicitur; tamen non ad ipsum, qui sacramenta confert, sed ad eos, qui ab iplo ea suscipiunt, illud pertinet; ipse nanque ne conferat; non uero, ab eo ne alij sacramenta suscipiant, prohibetur; sicuti Romanus pontifex in cap. fin. de cohab. cler. & mul. de eo, qui mortiferi peccati culpa pollutus est, diuides declarauit; ac planè, si sanctio illius sententia hæc non esset, non ne legislator sibi met ipse repugnaret? nam primò, qui minori excommunicatione illaqueatus est, sacramenta conferendo hunc peccare, atque ideo ea conferre non posse asserit; Peccat, inquit enim, conferendo ecclesiastica sacramenta; & illum eundem à sacramentorum collatione priuatum non esse paulò post addit; Sed ab eo, ait ibidem, collata uirtutis non caret effectu; cum non uideatur à collatione remotus; quod absurdum est; ne igitur Romanus pontifex non sibi constare



videatur, sententiam hanc amplectendam esse opinor; neque enim [quod in Man. cap. 27. num. 24. Nauar. voluit] tunc tantum, cum & ipsi minori excommunicatione irretito sacramentum suscipiendum est. à sacramenti administratione prohibitus censeri debet; nã quis non videt sanctionis ipsiusmet verbis opinionem hanc, atque sententiam repugnare? Peccat, dicitur enim ibi, conferendo ecclesiastica sacramenta: non distinguit Romanus pontifex; idem sanctionem suam hoc, vel illo sacramento non coarctat; ergo, neque nos distinguere, neque coarctare eandem aut possumus, aut debemus; ex his igitur; et si sacramenta ab hoc conferri nequeunt; sique conferantur, quamuis peccet; suscipere tamen ab eo quem posse, susceptaque ualere satis iam satis constat; non enim, ut eodem in capite dicitur, ab eo collata virtutis carent effectu; quare, & si censura hac etiam nominatim quis deinctus est; quod extrauag. Ad euitanda hic locum non habere ratio suadet, tamen ab eo sacramenta suscipi nobis licebit. 2. A sacramentis itidem conficiendis, conferendisve suspensus ab eorundem administratione, consecrationeque; ut in c. 2., & in cap. apostolica de cler. excomm. min. probatur, se abstinere debet; etenim, cum & hic sacramenta administrans; ut citatis iuribus tantum est, puniatur; planè, qua ratione eadem contrectare ipse queat, non video; verum; quoniam extra praescriptos sibi cancellos suspensio non egreditur; uti Abbas in cap. apostolica num. 6. de excep., & Nauar. in Man. cap. 27. num. 163. versu. Tertio suspensus, & versu. Nono, & Caiet. in sum. in verbo suspensio inquit, & in citato c. 2. de cler. excomm. probatur; ob eam rem, qui à sacramenti unius administratione prohibitus est, reliqua administrare [modò simpliciter non fuerit suspensus] non prohibebitur: an denique sacramenta ab hoc consecra valeat, ob cit. extrauag. Ad euitanda, quæ de maiori excommunicatione diximus, eadem de suspensio, itemque de illo, cui, ne functiones huiusmodi exerceat, interdictum est, de quo mox agemus, dicta existimentur. 3. Is denique, cui, ne sacramenta itidem conficiat, administrare interdicitur est [tria enim hæc excommunicatio scilicet, suspensio, atque interdictum censuræ nomine comprehenduntur; ut in c. quarenti de verb. sign. probatur] ea conficere, administrare non potest; sicut in c. clerici qui sequenti de cler. excomm. min. habetur; punitur enim, si id conetur; ut in citatis iuribus probatur; atqui ut suspensio, ita & interdictum eisdem, quibus circumscriptum est, regionibus, ac terminis, continetur; quemadmodum Nauar. in Man. cap. 27. num. 170., & Tab. in verb. Interdictum 1. num. 14. asseruerunt; censura igitur ecclesiastica conficitur, etiam si peccati, cuius gratia poena illa affectus est, eum peniteat [quod poenitentia peccatorum culpæ, uti Romanus pontifex in cap. à nobis 2. de sent. excomm. ait, non censuræ tolluntur] hac, inquam, III. poena affectus sacramenta administrare, atque conficere non debet. III. Ut eius finis gratia, cuius ipsa instituta sunt, sacramenta conficere, atque administrare velit; hæc. n. voluntas intentio illa est, quæ & Thomas d. 6. q. 2. art. 2. hb. 4., & q. 64. art. 10. in 3. p., & Sot. d. 1. q. 6. art. 10., & Tab. in verbo Baptismus 3. num. 7., & Syluest. e. 3. num. 12., ac reliqui diuinarum rerum scriptores, quam, inquam, rectam intentionem nominarunt: hanc autem, & si eam minus necessariam esse citati auctores eisdem in locis, & Scot. dist. 6. q. 5. versu. Dico igitur quod intentio, & Bon. d. 6. q. 2. artic. 2. par. 2. asseruerunt, & in cap. non illud de consecr. d. 4. habetur; nam, ex quo sacramentum, uti oportet, administrat, sicuti medicina agro ad eam suscipiendam apto adhibita quin operetur, medicus prestare; nec, qui cibum sumpsit, quin conquoquatur, nutriatque efficere is non potest; ita, sacramentum, ijs adhibitis, quæ ad ipsum conficiendum necessaria sunt, contactum quin salutare fructus ferat, in ministri manu non est; hanc igitur rectam, uti iam dixi, intentionem, & si doctores non necessariam eam esse sacramenta administranti comprobauerunt [à Christi enim, & non à ministri merito eorum uis, quod iam videmus, emanat] tamen; quod se ad eius voluntatem, cuius personam minister gerit, se conformet; argumento c. super literis in fine de rescrip., eam adhibere debet; accedit, quia cuiusmodi propositum, atque consilium in functione hac ministri iniquum est; huiusmodi peccatum, ac scelus; uti Thom. q. 64. artic. 10. in 3. par., & Sot. d. 1. q. 5. art. 10. declarauerunt, in se ab ipso suscipitur; quare non modò si lucri cuiuspiam faciendi, sed uel gratiæ sibi alicuius conciliandæ, commodiue alterius consequendi causa sacramentum quis in primis aut conficiat, aut administret; simoniæ crimen, cuius sceleris grauitatem grauiissima ipsi propositæ poenæ declarant; ut in cap.

in cap. his igitur, & ibi not. Gloss. d. 23., in c. baptizandis cum septem sequen. 1. q. p., & in cap. ad apostolicam, & in c. non satis iuncta Gloss. de simon. habetur. Simoniæ, inquam, crimen subibit; non enim uel tacita mecedis intercedere passione, sed liberè, atque gratuito sacramenta alijs impartire, cum ei demque communicare de eorundem iurium, quæ citamus, autoritate debemus; si quid tamen liberaliter, vltroque, vel laboris gratia nobis offeratur; consuetudine non improbata, quidpiam pro sacramentorum administratione dari consuevit, non modò legitimè à nobis recipietur; verum, si illud nobis ij, quibus sacramenta administrauimus, de negarent; quò illud nobis præstent, ut in citato cap. ad apostolicam habetur, agi potest. 1. Acti id ueli; sicnanque Thom. d. 6. q. 2. art. 1. in respons. ad quartum argum., & q. 64. art. 8. versu. Ad tertium in 3. parte, quem d. 1. q. 5. art. 8. in expositione tertij argum. sequitur Sot., docuit; etenim maiore, qua fieri potest, pietate confici, conferre sacramenta à nobis decet; in sacra igitur hac functione, ut attento animo fiet, minister sedulo operam dabit; si tamen id omitteretur, de Thom., & Sot. eisdem in locis, & de Scot. d. 6. q. 6. versu. ad propositum dico, & de Tart. d. e. sententia, sacramentum nihilominus conficietur; nam, cum mens nostra [quod antea diximus] hic, illicve facillimè impellatur, in officioque à nobis agrè contineatur; si id necesse omnino esset, planè Christus dominus, cuius suauè iugum prædicatur, atque est; id, quod vix fieri posset, nobis mandasse uideretur; attentionem igitur hanc necessariam non esse, quamuis nimia incuria peccato non careat, concludendum est. 2. Libens id uelit; cum enim in ipsis sacramentis conficiendis, administrandisque Deo ipsi honos tribuatur; summa erga nos eiusdem promerita tunc celebrètur; salus nostra eiusdem contineatur; in hac denique functione Christi persona à ministro geratur; quis in hoc munere exercendo non exultet lætitia? non triumphet gaudio? si tamen id minus fiat; verum, ut hoc minister velit, ad id propositis poenis adducatur [matrimonio excepto] sacramenti ratio nihilominus constabit; etenim, qui sic uult, is uelle, & sponte agere dicitur; ut Phil. lib. 3. mor. cap. 1. docuit, & in l. si mulier §. pen. ff. quod met. cau. Paulus iuriconsultus respondit; si quis tamen nullo modo, ut sacramentum administraret, adduci posset, sed præcisè ad id cogeretur; planè sacramentum, ut in cap. maiores in §. item queritur de bapt., probatur, non extaret; non enim huic sacramenti conficiendi voluntas, quam necessariam esse antea asseruimus, adest; verum perinde atque is, quem nolentem uentus aliquò appulit, se habet; quo casu, cum nihil eo hic conferat, voluntas nulla in ipso in esse dicitur; atque, sicuti hoc violentum simplex, sic illud proximè dictum de eiusdem Philosophi sententia uolètum mixtum appellatur. IV. Carimonias, ac ritus ab ecclesia comprobatos; uti cuiusque sacramenti ratio requirit, ad functiones has adhibeat; hæc enim non modò continere nobis non licet, verum ne prætermitti quidem arbitrato nostro ea sine peccato queunt; Si quis, ait nanque Trid. syn. sess. 7. de sacram., dixerit receptos, & approbatos ecclesiæ catholice ritus in solenni sacramentorum administratione adhiberi contuetos aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit. hæc sancta syn., eadem Cat. e. cap. de carimonijs docuit; immo, nisi rei lenitas eum excuset, quod, quando id fit, ecclesia contuetudo declarabit, ministrum, qui carimonias prætermittit, mortiferè peccare Sot. d. 1. q. 1. art. 8. versu. Diximus, asseruit; quare sacerdos, qui aut carimonijs missæ non adhibitis eucharistiam conficeret; aut exorcismis, catechismoque prætermisissis, dum tempus datur, baptismum administraret; quòd hodie ritus ecclesiæ plurimi faciunt, sine dubitatione de eiusdem Soti sententia mortifero peccato se obuolueret; & ritus ergo, ac carimonias diligenter obseruabimus; ac præter eas, quas Romana ecclesia præcipit, si quæ non improbatæ inibi, ubi sacramenta administrantur, sicut; has quoque, uti Trid. syn. de reformatione matrimonij sess. 24. cap. 1. docuit, retinebimus. V. Sub iurisdictione hac eum, cui sacramentum confert, habeat; sic enim in cap. omnis de poenit., & in elem. de priuil. probatur; sic Tart. d. 23. prope finem asseruit; ac planè, si cuiuslibet sacramenta administrari a quouis possent; quid diocesim, parochiarumque partitione opus fuisset? præterea sacramentorum distributio ipsi distribuenti excellentiam quandam, ac præstantiam supra eos esse, quibus sacramenta administrantur, ostendit; ergo, quibus hæc re non præstamus, sacramenta non conferemus; nam, et si alterius iurisdictionis hominibus administrata sacramenta,

cramenta, paucis exceptis, quæ suis in locis, quæ nam sint, explicabuntur; firma, rataque sunt; quod tamen iurisdictionem alterius usurpamus; unde peccari Caiet. in summ. in verbo Index, docuit; poenam culpæ non effugiemus. 1. Aut ordinaria. 2. Aut delegata; ut in citatis iuribus probatur; uel nostro enim, uel alieno iure sacramenta administramus, nihil inter est; dummodo iurisdictionem in postremo casu nobis mandata habeamus; verum, quod de iurisdictione hac in tabula de sacramento poenitentia satis, abundeque disputauimus; ideo illinc, quæ hic necessaria sunt, peremus. VI. Ei, quem in mortifero peccato perseverare certo scit, sacramentum ne administret; sic nanque Barth. d.24. q.1. artic.5., & Car. de bapt. cap. de modo, quo baptismum suscipiendi affecti esse debent, inquit; etenim, cum sacramenta idcirco instituta sint, ut uel iustitiam adipiscamur; uel ut eam adepti aut conseruemus, aut augeamus; plane, qui scelus cano uoluntari se patitur, non modo qui eam non augeat, sed qui eam adipiscatur; se indignum, ineptumque reddit; atque de manifesto peccatore quis est, qui id dubitet? Consulendum mihi existimasti, frater carissime; dicitur enim in cap. pro dilectione de cons. d.2., quid mihi videatur de histrione, & mago illo, qui apud vos constitutus ad huc in artis suæ dedecore perseverat; & magister, & doctor non erudiendorum, sed perdendorum puerorum, id, quod male didicit, cæteris quoque insinuat; an talibus sacra communio cum cæteris Christianis debeat dari, aut uobiscum debeat communicare. Puto nec maiestati diuinæ, nec euangelicæ disciplinæ congruere, ut pudor, & honor ecclesiæ tam turpi, & infami contagione scædetur. hæc ibi Cypr.; ex quibus sacramentum publico peccatori administrandum non esse apparet; uti quoque communiter id receptum esse d.12. q.1. art.6. concl.1. Sot. testatur; neque iniuria; suo quippe iure, cuius uel sacramenti petendi facultatem habebat, donec respuerit, se priuauit; Quæsitum est; dicitur nanque in c. fin. de coh. cler., & mul. de clericis in fornicationem prolapsis, si eorum sit officium, priusquam penituerint, audiendum. Verum, & si quemlibet pro mortali peccato quoad se ipsum constet esse suspensum; non debet tamen in officijs cuitari; quia quantum ad alios & etiam in casu proposito suspensus non est, nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, seu confessionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiversatione aliqua celari non possit. hæc ibi Rom. Pontifex; si ergo hic, quem in mortifero peccato perseverare manifestò constat, dum sacra facit, interesse ibi prohibemur; quanto magis, ne eadem sacramenta administremus, ipsi uetamur? nec, quod de eucharistia in citato c. pro dilectione agatur, in reliquis sacramentis idcirco minus locum sibi sanctio illa vindicabit; nam; quod ratio cum ipsius, tum citati c. fin. generalis est, in singulis sacramentis locum idem habere, si iuriconsultum in l.1. §. & generaliter ff. deleg. præst. & in l. de prætio ff. de publ., & in l. regula §. si quis uis ignorans ff. de iur., & fact. ignor. audiamus, concludendum est; manifesto igitur peccatori sacramenta non administrabimus; nam & dum sacra fiunt, ne ipsi interesset fest. 22. in cap. De obseruandis in celebratione missarum, Trid. synod. prohibuit, Non occulto itidem peccatori, si modò aut ipsius crimen probari legitime queat, aut sceretò illud à nobis petatur, sacramentum d. ministrabimus; Si sacerdos sciat, dicitur enim in c. si sacerdos de off. ord., pro certo aliquem esse reum alicuius criminis; uel si confessus fuerit, & emendare noluerit, nisi iudiciario ordine quis probari possit, non debet eum arguere nominatim, sed indeterminatè; sicut Christus, Unus ueltrum me traditurus est; sed si ille, cui damnum illatum est, petierit iustitiam, potest excommunicare authorè damni; licet etiam ei confessus sit, sed tamen non nominatim potest eum remouere à communione, licet sciat eum esse reum, qui, non ut iudex, scit; sed, ut Deus; sed debet eum admonere, ne se ingerat; quia nec Christus Iudam à communione remouit. hæc ibi Rom. Pontifex; si eum igitur, qui de crimine, in quo perseverat, in iudicio conuinci non potest, ab eucharistia remouere non possumus; ergo, si iudicario ordine conuincatur; ut argumento l.1. ff. de off. eius, & l. cum prætor ff. de iud., & cap. non ne de præsumpt., & l. fin. §. fin. ff. de leg.3. locus fiet; huic quoque sacramentum, etiam illud petenti non administrabimus. Non denique, si secreto idem occultus peccator sacramentum petat, illud ei conferemus; quamuis enim hic, si immo iure agatur, prohiberi nequeat; quoniam scilicet quoad se, non quoad alios; ut in c. fin. de coh. cler., & mul. dicitur, suspensus est; quia tamen, si tunc ipsi denegetur, neque infamatur, neque ullum

ullum damnum sentit; immo, ne nouum scelus in se suscipiat, cohibetur; æquitate sua dente, quæ, ut in deposito iuriconsultus in l. bona fides ff. de pos., respondit, & Marcus Cic. in lib. primo off. cap. de Iustitia ibi sed incidunt sæpe tempora, scitè, atque per eleganter disputauit, præferri debet, ob eam rē; item quod in c. vim non ab homine de sent. excomm. probatur; & communiter id receptum esse d.12. q.1. art.6. concl.2. Sot. recenser; ne ipsi quoque peccemus, sacramenta huic non administrabimus; reliquum igitur est, quod & in citato cap. si sacerdos de off. ord. probatur; & diuinarum rerum scriptores uniuersi concludunt, ut illi peccatori tantum sacramenta conferamus, qui, cum ipsius crimen publicum non sit, probarique legitime nequeat, palam ea petit; alioquin, ipsis denegatis, diuini iuris formula non seruata, ac natura prohibente, infamaretur; ac sane, si eucharistiam huic tribuimus; ut in citato cap. si sacerdos habetur; quanto magis eidem reliqua sacramenta, quorum nullum cum ea nec dignitate, nec præstantia comparandum est, administrabimus? huic uero ergo sacramentum petenti publice, tribuemus, reliquis peccatoribus, quos diximus, illa denegabimus. VII. Ne sacramentum ei, qui illud ægrè VII. suscipit, si rationis usum habeat, administret; argum. cap. sicut iudæi, & ibi Gloss. de Iudæ.; etsi enim fieri potest, ut sacramenta quædam suscipiat, qua tamen ratione gratiam consequatur, non uideo. VIII. Illi denique, qui rationis usu caret, ne sacramentum con- VIII. ferat; tum quod ea, quam quis debet, ad sacram hanc functionem pietas non adhibetur; tum quod sacramenta quædam, si rationis usum suscipiens non habeat; etiam non constabunt; uerum commodius de his sigillatim plura pertractabimus; atque de causa efficiente sacramentorum hactenus; ad eorundem effectus iam ueniamus.

De effectu primo, ac principe sacramentorum nouæ legis, Cap. V.



QVONIAM igitur sacramentorum nouæ legis effectus partim, dum vitam hanc uiuimus, partim post huiusce uitæ decursum spatium, nobis præstantur; ideo de prioribus, & eorundem prius de principe, deinceps de reliquis agamus; Effectus ergo primus, ac princeps sacramentorum nouæ legis; uti Sot. d.1. q.1. uers. Ad rei huius intelligentiam, & eadem q. art.2. uers. Satis ergo pro definitione est dicere, & Petr. Sot. de bapt. lect.2. inquit, ac Mag. e. cap. de causa institutionis sacramentorum id significauit; Dei honos est; sacramentis etenim suscipiendis animi nostri infirmitates ab uno Deo curari nos profitemur; eadem susceptione, eidem uni salutem nostram acceptam nos referre itidem significamus: quem diuinum cultum maximum esse quis non faretur? Inuoca me, inquit sanctissimus ille Dauid, in die tribulationis, erua me, & honorificabis me; iure igitur, dum sacramenta aut suscipimus, aut administramus, Deum colimus, atque ueneramur; ac de effectu hoc hactenus, ad reliquos itidè per se, ac secundos transeamus.

De effectibus per se, ac secundis sacramentorum nouæ legis, qui in hac uita percipiuntur, Cap. VI.



EFFECTVS autem secundi, atque itidem per se, qui in uita hac percipiuntur, hi sunt, Primus; uti Thom. dist.1. q.4. art.1. hb.4., & q.62. art.1. in 3. par., & Sot. d.1. q.3. art.p., & Bon. d.1. q.5. art.1. in 1. par., & Cat. e. cap. de effectibus inquit gratiæ præstatio; Nouæ legis septem sacramenta, inquit etenim Florent. syn. e., multum à sacramentis differunt antiquæ legis; illa enim non causabant gratiam, sed eam per passionem Christi dandam esse figurabant; hæc uero nostra & continent gratiam, & eam dignè suscipientibus conferunt; hæc Syn. illa inquit, uti Melch. Can. quoque p.5. de sacramentis refert, pluribusque e. par. 4. concl.1. probauit; quare Trid. syn., qui contrarium asseuerarent, fest.7. e. can.6. eos anathemate damnauit; Si quis, ait nanque ibi,

que ibi, dixerit sacramenta nouae legis non continere gratiam, quam significant; aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre: quasi signa tantum externa sint, accepta per fidem gratiae, & non quaedam christiana professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, anathema sit; hęc Trid. syn.; quin gratia igitur per sacramenta nobis conferatur, nullus dubitandi locus relictus est. 1. Quae omnibus sacramenta, uti oportet, atque decet, suscipientibus, praestatur; nam, praeter quam quod de eiuſdem syn. e. can. 6. sententia comprobatur; ratione itidem id suadetur; cum enim Deus omnes homines saluos fieri velit; uti Trid. syn. cap. 2. de iustificatione sess. 6. declarauit; id autem sine gratia, quae sacramentis re, aut saltem animo, quando aliter non potest, suscipiatur, fieri nequeat; sicuti eadem sess. 5. cap. 5., & can. 2. eadem syn. docuit [gratia quippe Dei aeterna vita est] ideo ex parte sua Deus vniuersis ad eam recipiendam aptis per sacramenta eam largitur; hinc factum est, ut, qui contrarium affirmaret, ead. syn. sess. 7. can. 7. anathemate itidem damnauerit; Si quis dixerit, ait enim ibi, non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei; etiam si ritè eam suscipiant, sed aliquando, & aliquibus, anathema sit. 2. Semper; uti Trid. syn. e. can. 7. tradidit; Meminisse autem; ait nanque Cat. e. cap. de sacram. , semper debent sacramenta diuinam quidem virtutem, quae illis inest, nunquam amittere; hęc ibi Cat.; ac re vera, cum eadem causa semper sit; cur non & ipsius effectum perpetuò consequi affirmemus? 3. Fadem; etenim; cum sacramenta à Christi merito, atque idcirco ex opere operato, ac non aliunde uim habeant; uti antea docuimus; Si quis, nanque Trid. syn. can. 8. sess. 7. e. ait, dixerit ipsa nouae legis sacramenta ex opere operato non conferre gratiam, sed solum fidem diuinam promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit; hęc ibi sanctae synod. , planè communi iure [quatenus ad sacramentum pertinet] eadem vniuersis, qui sacramenta suscipiunt, gratia confertur; sic nanque de baptismo in c. nec quenquam de conf. d. 4. habetur, & Thom. ab Arg. d. 4. q. 1. art. 4. post resp. ad quintum argum. docuit; sic generatim de omnibus sacramentis [vna enim in vniuersis ratio est] d. 6. q. 1. art. 6. post argum. 4. Sot. affirmavit; eadem igitur gratia vulgò suscipitur, quae, sicuti, quod sacramento nobis tribuitur, à sanctis patribus, atque à Thom. d. 1. q. 4. artic. 5. lib. 4., & q. 62. art. 2. in 3. par., & à Sot. d. 1. q. 3. art. 2. sacramentalis gratia nominatur, ita à gratia gratum faciente differt, atque diuerſa existimatur; nam in baptismo ut origine peccati cōtracti culpa tollatur; in confirmatione ad Christi fidem inuictio animo, apertoque mente profrendam, ut quis corroboretur; ac denique in singulis sacramentis, vt propriū quendam effectum cōsequamur; uti Thom. d. 1. e. art., & q. 62. e., & Sot. e.; & Ioseph. Angl. q. 3. art. 3. concl. vn. concludunt, sacramenti hęc gratia efficit; gratia verò gratū faciente de eorundem sententia animae essentia perficitur, ac diuinum quoddam esse per ipsam ei tribuitur; quare diuus Petrus Maxima, inquit, & praetiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamur diuinæ confortes naturæ; praeterea sacramenti gratia ad hanc, uti species ad suum genus; sicuti Sot., ac Thom. eidem in locis inquit, se habet; posita enim sacramenti gratia, necessariò & illa eā consequitur; non autem è contrariò; cōstat igitur, ne, & inanem sacramentorum aceruum quasi quendam inutilem dicamus, sacramenti gratiam proprios effectus in singulis sacramentis operari, atque idcirco à gratia gratum faciente differre. II. Vti Thom. d. 1. q. 4. art. 5. lib. 4., & q. 62. art. 2. in 3. p., & Sot. d. 1. q. 3. artic. 2. in prima concl., & Vig. cap. 16. ver. 15. asserunt, virtutum fidei scilicet, spei, & charitatis praestatio; et enim, cum sacramenti gratia, quicquid gratia gratum faciens in se continet, complectatur [ea quippe posita, & gratiam gratum faciente poni proximè probauimus] gratia verò hęc fidem, spem, atque charitatem in se cōtineat; ab ipsa enim de eorundem, quos citauimus sententia, fluunt; necessariò & sacramentorum gratiam virtutes ha, quibus adiuti facilius, commodiusque deinceps, quae recta sunt, nos operamur, consequuntur; uti Thom., ac Sot. eidem in locis, & Melch. Can. de pœnit. p. 1. versic. Cuius rei exemplum habes in anima, inquit; hinc fit, ut & infantibus, & ijs, qui rationis vſu carent, habitus huiusmodi inferantur; vt in c. 3. de baptr. habetur, ac Bon. d. 4. q. 2. art. 2. p. 2. docuit. III. Spiritus sancti donorum tributio; hęc enim quoque, ut facilius operemur, nos adiuuant; hęc cum gratia gratum faciente, quemadmodum virtutes iam proposuimus, de eorundem, quos citauimus, sententia, conferuntur; hęc denique ob eam, quam antea

rationem

rationem reddidimus, sacramenti gratiam comitantur; constat igitur iam ex his gratia gratum faciente diuinum quoddam esse nobis tribui; sacramentali gratia sacramentorum effectus condonari; virtutibus denique, ac donis, quod facilius operemur, propositumque nobis sinem nanciscamur nos adiuuari: ac de effectibus per se, qui in hac vita percipiuntur, haec hęc dictum sit, ad eoidem, sed qui per accidens dicuntur, transeamus.

De effectu sacramentorum nouae legis per accidens, qui in hac vita praestatur, Cap. VII.



FFECTVS denique sacramentorum nouae legis per accidens, qui in hac vita percipitur, maioris, minorisue gratiae praestatio, ac susceptio est; uti Thom. q. 69. art. 8. in 3. p., & Sot. d. 6. q. 1. artic. 6., & Bon. d. 4. artic. 1. q. 3. par. p., & Thom. ab Arg. dist. 4. q. 1. art. 4. inquit; nam; cum efficiens causa, quod materia accomodatior, habiliorque est, de philosophorum sententia facilius, meliusque in ea operetur; cui mirum videri potest, aut debet; qui ad sacramentum suscipiendum paratior, venit, eundem uberiores gratiam eo, qui minus paratus est, consequi? Sic &, qui propius ad ignem accedit, eo, qui longius ab eo abest, vehementiorem calorem sentire iudicamus; non idcirco tamen effectum hunc aliunde omnino; quam à sacramentis emanare existimemus; nam quid sacramentis ad eum effectum suscipiendum opus est, qui sine illis suscipiatur? sicut enim, qui ad ignem propius altero accedit, ipsius ignis ui hic caleſcit; ita, & qui ad sacramentum suscipiendum paratior venit, sacramenti virtute maiorem gratiam consequitur: quia tamen suscipientis opera effectus hic praestatur; ac nisi eius praecipuum quoddam studium intercederet, non praestaretur; ideo effectum sacramenti per accidens illum nominamus: ac de effectu hoc haec hęc; si hęc addiderimus, primum effectus hoſce, qui à sacramentorum quidem ui proficiscuntur, statim, atque ea susceperimus, in nos conferri; nam, cum eorum proxima causa sint, sicut in reliquis rebus, causa huiusmodi extante, effectus illico consequitur, ita sacramentis effectus, eorum effectus statim enascitur; effectus verò in quibus, ut conferantur, post sacramenti susceptionem suscipientis opera necessariò postulat, non illico, sed cum ipsius opera interceſſerit, percipiuntur; ut ecce liberorum ad Christi fidem colendam procreatio sacramenti matrimonij effectus est; ut suo loco probabimus; qui tamen matrimonio contracto non statim cōsequitur; liberis quippe operam dedisse, atque idcirco nostram operam interuenisse necesse est; non igitur sacramentorum vniuersos fructus statim consequimur; sicuti neque baptismi, confirmationis, atque ordinis fructus omnes, cum mortiferi peccati forde polluti ea sacramenta suscipimus; praeterea, quemadmodum effectus huiusmodi, qui à sacramentorum ui emanant, statim nobis condonari comprobauimus, ita eorundem non sensim, sed repente nasci adijcimus; sicut enim formae sacramenti sententia tunc tantum habetur, cum ea oratio tota enunciata est; sic sacramenti effectus, statim atque collatum est, tantū consequimur; ac sanè, si gradatim fructus hoſce consequeremur, qui baptismi forma non enuntiatà è vita decederet, partim baptizatus, partim non, concludendum esset; at Deus, cuius opera perfecta sunt, imperfectionis opus non nouit; statim igitur sacramenta; uti de eucharistia diuinarum rerum scriptores asseruisse Franc. à Vict. in summ. num. 63. recenſet, ac sequitur; ac de reliquis, ut ratio eadem suadet, statim, inquam, sacramenta operantur; postremo; quod in singulis sacramentis tria hęc inesse sacramentum scilicet tantum, sacramenti rem, ac denique sacramentum, simulque sacramenti rem vulgò asseritur; ideo, quae horum uerborum sententia sit; & an hęc dentur, addamus; quae igitur extrinsecus, dum sacramentum conficitur, apparēt, atque sensu percipiuntur; sacramentum tantum esse; ipsis enim, quid intrinsecus ui sacramenti efficiatur, quod sacramenti proprium est, signis quasi quibusdam significatur; effectum verò sacramenti, uti gratiam rem sacramenti esse, sicuti Thom. ab Arg. d. 4. q. 1. art. p., & Bach. d. e. q. 1. art. 1. lib. 4. vers. Notabis tantum, & Suppl. in verb. Baptismus 4. num. 4.

num. 4. notarunt; sacramentum denique, eiusdemque sacramenti rem, vtrumque simul, si concretum ex simplicibus constat, esse concludimus, atque interpretamur. An autem alterum sine altero esse queat: plane, cum simul sacramentum, sacramentique rem suscipi posse nemo dubitet; sacramentum itidem tantum dari; vt, cum sacramentum suos effectus non operatur, contingit, facile concedam; tertium sacramenti rem scilicet sine sacramento haberi posse non existimo; qua enim ratione sacramenti rem, effectum scilicet, quatenus in sacramento confertur, sine sacramento consequemur? sane, si sacramenti effectum esse rem sacramenti velimus, effectum sine causa esse dicemus; postremo sine sacramento ipsius effectum esto, quis fuerit consequutus; si deinceps sacramentum suscipiat, quid susceptio illa operabitur? effectum igitur, atque rem sacramenti, quatenus a sacramento proficiscitur, sine sacramenti susceptione consequi quem non posse concludendum est; e si enim, qui baptismo initiari cupit, temporisque angustia id non potest, si moriatur, saluus fiat; non tamen baptisimi; ac sacramenti gratia, verum gratia gratum faciente, quam facienti, quantum in se est, Deus non denegat, id sibi condonatur: atque de his haecenus; ad effectum, qui post huiusce vitae cursum percipitur, traneamus.

*De effectu sacramentorum nouae legis, qui post huiusce vitae cursum percipitur, Cap. VIII.*



**E**FFECTVS denique sacramentorum nouae legis, qui post huiusce vitae cursum percipitur; uti Thom. q. 60. art. 3. in 3. par. & d. 1. q. 1. art. 1. lib. 4. & Sot. d. 1. q. 1. artic. 3. & Melch. Can. de sacramentis p. 5. vers. Vltimum, inquit, vita aeterna est; etenim nouae legis sacramenta; sicuti Mag. e. cap. p., quem diuinarum rerum scriptores sequitur, asserit; Trid. tinaq; syn. hac de re agens can. 6. sess. 7. contrarium asseuerantes anathemate obstringit, quod significant, id etiam efficiunt; at vita aeterna. ac beatitudo, ab ipsis significatur; Iam vero, inquit enim Cat. eod. cap. 2. de definit. hisce mysticis signis, quae a Deo instituta sunt, illud est praecipue quod inest, ut ex d. n. institutione non vniam aliquam rem, sed plures simul significant; quod in singulis sacramentis licet cognoscere, quae non solum sanctitatem, & iustitiam nostram, sed praeterea duo alia cum ipsa sanctitate maxime coniuncta declarant, scilicet redemptionis passionem, quae sanctitatis causa est; & vitam aeternam, caelestemque beatitudinem, ad quam sanctitas nostra tanquam ad finem referri debet. hac ibi Cat.; cum igitur sacramenta vitam aeternam significant, quin eandem ut praestent, non est, cur dubitemus; praeterea sacramentis aut peccata, quibus iam polluti sumus, expiantur; aut, ne eidem iterum polluamur, nos adiuuant; ecce enim primum confirmatio, qua corroborati a Christo domino [uoluntas nostra modo adsit] non deficiamus; en eucharistia, qua uti saluberrimo cibo recreati facile impetus hostium eludimus; en extrema unctio, qua muniti in extremo vitae spiritu de hostibus victoriam non desperamus; ecce denique matrimonium [ut mittam ordinem, sine quo reliqua sacramenta aut nulla ratione profici queunt; aut religioso ritu carent] ecce, inquam, matrimonium, cuius virtute effrenatis cupiditatibus minus delinimur, atque capimur; quod cum ita sit, quis propositam huius, qui culpa omni carent, aeternam vitam esse dubitet? postremo sacramentorum effectus & gratia ipsa est; uti paulo ante vidimus; at Dei gratia aeternam vitam esse apostolus illis verbis Gratia Dei vita aeterna, nos docuit; quare ad salutem consequendum nouae legis sacramenta necessaria esse Trid. syn. sess. 7. e. can. 4. asseruit, qui que contrarium asseueraret, anathemate damnauit; Si quis dixerit, inquit enim sancta syn., sacramenta nouae legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eis, aut eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, anathema sit. hac ibi Trid. syn.; aeternam igitur vitam sacramentorum susceptione nobis condonari concludendum est: ac de effectibus sacramentorum nouae legis haecenus, ad eorundem materiam & primo comam veniamus.

De

*De materia vniuersi generis sacramentorum nouae legis, Cap. IX.*



**Q**VONIAM autem nouae legis sacramentorum materia alia vniuersum ipsorum genus spectat, alia circa quam, alia ex qua nominatur; ideo de priori prius quoque agamus; materia igitur, quae ad genus spectat, sacramentum est; cum enim definitioni tam veteris, quam nouae legis sacramentorum genus hoc conueniat; uti cuique in his literis uertato id constare potest; cumque genus in definitione materiae locum habeat; merito sacramentum materiam vniuersi generis sacramentorum nouae legis esse concludimus, atque in definitione vtriusque legis sacramentorum collocamus: & quamuis Cat. sacramentum sacra rei signum esse, remoto scilicet genere sumpto, definiat; rationi tamen magis consentaneum esse, ut proximum genus sacramentum sumeremus, nobis visum est; sic enim ab Arist. did. ci. sic doctissimos viros in definiendo obseruasse animaduerti; nam nec, si hominem definiuerimus, substantiam animaram sentientem, id est remoto, sed animal ipsum esse, id est proximo genere sumpto, concludemus. I. Per quod, id circo autem id dicitur, quoniam sacramenta suos effectus, tanquam instrumenta quaedam operantur; uti Thom. q. 62. art. 3. cum seq. in 3. p. & Sot. d. 1. q. 3. art. 3. concl. 2. & Vig. cap. 16. vers. 11. & Melch. Can. de sacramentis p. 4. pag. 31. & Ioseph. Angl. q. 3. art. 1. concl. 3. asserunt; ac re vera, cum Deus per sacramenta nobis gratiam [uti antea probauimus] largiatur, atque idcirco per ea quodam modo operetur [saluos enim nos fecit per lauacrum regenerationis; sicuti Paul. ad Tit. scribens inquit] quis sacramenta instrumenta quaedam esse inficiabitur? hac etenim ratione calamus, quo literas scribimus, & seram, qua lectum construimus, instrumenta nominamus; hac denique Trid. syn. sess. 6. cap. 7. baptismum instrumentalem iustificationis causam appellauit; Huius iustificationis, ibi enim dicitur causa sunt, finalis quidem gloria Dei, & Christi; efficiens vero misericors Deus; instrumentalis item sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei. haec Trid. syn. inquit; quibus quid dilucidius, illustriusque ad id explicandum; quid maius, grauiusque ad illud itidem comprobandum asserri potuit? etiam enim de baptismo ibi tantum agitur, idem tamen de reliquis sacramentis; cum causa, cur contrarium in ipsis sentiamus, nullum sit, concludendum est; idem postremo Cat. e. de sacram. c. Cur sacramenta instituta sunt, indicauit; Virtutem, inquit enim ibi, quae ex passione Christi manat, hoc est gratiam, quam ille nobis in ara crucis meruit, per sacramenta quasi per aluicem quendam in nos ipsos deriuare oportet. hac Cat. ait; si per sacramentum igitur in nos gratia deriuat; ergo instrumenti rationem merito habet. Sicut autem sacramentorum virtus in suis praestandis effectibus motus, vsus, inquam, ipsorum tantum, dum aut conficiuntur, aut administrantur, est; uti Sot. d. 1. q. 4. art. 4. concl. 3. vers. Est ergo mens diui Thomae; & Thomas q. 62. art. 4. in 3. p. inquit; ita virtutem illam, atque vim in ipsis contineri, ut lectus in terra, & scriptura in calamo continentur, idem Sot. e. d. q. 3. artic. 3. concl. 2. & Thom. q. 62. artic. 3. in 3. p., asserunt. II. Gratia; id quod & ex ijs, quae antea tradidimus, probatur; & Trid. syn. sess. 7. can. 8., qui contrarium assereret, anathemate damnauit; Si quis, inquit enim ibi, dixerit per ipsa nouae legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit. hac ibi sancta Syn. docuit. III. Per se, ac proxime, atque, ut aiunt, immediate confertur; quibus quidem verbis, sicuti a sacramentis ueteris legis, nostra se iunguntur [non enim illa per se, ac proxime, sed remotius, & per accidens, id est per aliud scilicet per Christi passionis fidem gratiam conferebant; nam, qui, exempli causa, circumcidebatur, actione illa Christi passionem, qua humanum genus saluum fieri debebat, futuram esse credere se profitebatur, atque eius deinde fidei ut gratiam consequeretur; unde non circumcisio ipsa, verum de passione Christi fides, quam circumcisio quodammodo applicabat, gratia proxima causa, ac per se erat; uti Thom. q. 70. art. 4. in 3. parte, & Sot. d. 2. q. 1. art. 4. concl. 2. cum seq., & Bon. d. 1. q. 5. art. 1. par. p. comprobant] quibus igitur, inquam, uerbis, uti differentia quadam, sicuti a sacramentis ueteris legis separantur, ita per uerbum illud sacramentum loco generis sumptum ab ijs, quae sacramenta

C  
menta

menta non sunt, nouae legis sacramenta distinguuntur; ex his ergo praeterquam quod definitionis sacramenti nouae legis explicatas partes habemus, & definitionem hanc colligimus, arque in extremo hoc capite collocamus. Sacramentum nouae legis est sacramentum, per quod gratia per se, ac proximè confertur: atqui de materia hac satis dictum sit; ad eorundem materiam circa quam, itemque ad ea, quae necessariò eidem inesse debent, deicendamus.

*De materia sacramentorum nouae legis circa quam, & de ijs, quae necessariò eidem inesse debent. Cap. X.*



**M**igitur de materia circa quam sacramentorum nouae legis pertractandum nobis sit; ideo, quoniam haec sit, quaeque necessariò eidem inesse debent, agamus; sacramentorum igitur nouae legis materia circa quam homo est; ita enim de extrema vnctionis sacramenti materia huiusmodi d. 23. versic. De secunda Scot. asseruit; ac sanè, cum aeternam vitam post huiusce decurtum spatium sacramenta haec; uti antea probauimus, nec bis polliceantur; vitæ illius quem nam, homine excepto, capacem esse posse affirmabimus? non enim ceteras animantes ratione carentes, quarum anima vnà cum corpore in erit, felicitatis eius participes fore ne existimare quidem audebimus; non docimonia ipsos, quorum salus iam diu desperata est, eam consequi posse arbitrari nec bis licet; diuinis vero illis mentibus, beatisque spiritibus; cum illam adepti iam sint, de ipsiusque amissione cur dubitent, cum nullam causam habeant; quid est causa, quamobrem eis opus sacramentis esse contendamus? id quod eo magis fatendum nobis est; quod si sacramentorum institutorem; si ea, ex quibus sacramenta constant; si eorundem ministros, intueamur; planè hinc quoque neque ipsi diuinis mentibus, neque impuris demonibus sacramenta haec contineant. eisdemque accommodata esse cognoscemus; illi enim spiritus tantum, haec & concreta corpora iunt; at subiecta potentis respondere debere quis philosophia præceptis, uel mediocriter imbutus id ignorat? Terram nam terra, ut inquit Empedocles penes philosophum l. b. 1. De anima, lympham cognoscimus unda, &c. Reliquum igitur est, ut materia huiusmodi homo fiat: necessariò autem eidem haec inesse debent, Primum ut vitam hanc viuat; ita enim Scot. de confirmationis materia hac d. 7. q. p., & Ant. And. d. e. q. 1. inquit; ita generatim de sacramentis omnibus d. 3. q. vii. art. 1. prope finem Scot., & Ioan. Nid. e. cap. 12. concludunt; quare, si anima, quæ à corporibus separate iunt, eucharistia sacramentum sibi ut administraretur, postularent; non eis tribuendam, sed pro ipsis offerendam esse idem Ioan. e. affirmavit; neque iniuria; etenim, cum sacramentorum virtute, aut gratia nobis condonetur; aut augetur; aut amissa recuperetur; aut, ne eam perdamus adepti illam, adiuuemur; qui ab hac vita Deo quidam amicus discessit, sicuti de eadem gratia amissione quod quidquam uereatur, causa nulla ipsi est; ita se illam aucturum; cum ibi eius augenda locus non sit; nequaquam existimet; quò enim a bor cecidit, inibi eandem permanturam esse sacra nos litera admonet; qui uero Deo intentus hanc migravit, amissam gratiam se recuperaturum, uel nunquam habitam se tunc adepturum esse omnino desperet; nam, qui demonum catus fuit, eandem hominibus mortem futuram esse diuinarum rerum scriptores affirmarunt. II. Præsens adsit; cum enim ipsemet, uti probabimus, sacramenta suscipere omnino debeat; qua ratione, qui longè abest, is ea suscipere poterit? præterea non nec, baptismum suscepturus salutaribus illis aquis ut abluatur, necesse est? non ne, confirmandus sacro illo unguento ut ungetur, oportet? mitto eucharistiam; præterea ordinibus initiandos; sileo extremam, in extremo vitæ spiritu quæ sit, vnctionem, ac poenitentiam confessionem, quæ re ipsa ab eo, qui præsens adsit, suscipi tantum posse nemo iudicabitur; illud unum addam [quicquid

quid de absolutione, quæ in poenitentia datur, ac de matrimonio postea dicemus] nouae legis sacramenta à præsenre suscipi solum posse. III. Sacramentum suscipere queat, quare, sicut ei, qui in materno ventre est, baptismus conferri non potest; uti d. 6. q. 1. par. 2. Bon. docuit, & suo loco id declarabimus; ita neque eucharistiam sacramentum, qui illam deglutire nequit, re ipsa recipiet: verum; quoniam id per se satis constat eum, qui sacramentum suscipere uult, ipsius capacem esse oportere; ideo; quòd pluribus hac in re moremur, causa nulla est. IV. Illud idem suscipere uelit; ita enim Thom. q. 68. artic. 7. in 3. p., & d. 6. q. 2. art. 3. lib. 4., & Bon. d. 4. art. 2. q. 1. & 2., & Scot. d. e. q. 4. inquit; ita de communi sententia d. 5. q. vii. artic. 7. Scot. testatur; etenim, cum sacramentis suscipiendis Deo ipsi honos habeatur; eorundemque susceptione mereamur; ac denique aeterna vita post huiusce cursum nobis præsterit; planè, qui sacramentum suscipere minime uult, qua ratione; si huic renuenti illud conferatur, aut Deus, qui hilarem datorem diligit, ab hoc excoletur? aut ille merebitur? quo modo aeternam vitam, quam respuit, consequetur? quare, cum in eo, cui sacramentum conferre uelimus, inesse uoluntas debeat; qui neque consentit in hoc, neque dissentit [sacramento eucharistiae excepto] nihil hic suscipiet; ita nanque Scot. d. 4. q. 4. prope finem de baptismum suscepturo asseruit; ita quoque Thom. q. 68. art. 3. in 3. par. eandem sententiam, in qua & Thom. ab Arg. d. 4. q. 1. artic. 3. versic. Et istud secundum ad huc tripliciter fuit, & d. 5. q. vii. art. 7. propos. 3. Scot. fuere, secutus est. 1. Reuera; si enim quis sacramentum suscipere se uelle extrinsecus simularet, contrariam autem inclusam animo uoluntatem teneret; illud, cum uoluntas sacramenti suscipiendi ei non inest, quam necessariò requiri proximè asseruimus, ab hoc non suscipietur; sic enim de baptismum Bon. d. 6. q. 1. art. 2. versic. Ad illud, quod obijcitur, & Thom. ab Arg. d. 4. art. 3. versic. Quo ad secundum, affirmarunt; sic de poenitentia quoque idem Bon. d. 21. q. 1. art. 1. par. 2. docuit; eucharistia igitur excepta; cum eadem in omnibus ratio locum habeat, de reliquis sacramentis idem concludemus. 2. Re ipsa; non enim uoluntatem sacramenti suscipiendi me habere posse fat est; uerum re ipsa ut eam habeam, puerorum baptismum excepto, necesse est; quare, qui, an uoluntas hac requiratur, ignorat; atque id circo sacramentum suscipere neque uult, neque se illud uelle negat; neque hoc animo pradius est, si id requiri existimaret, ut illud uellet; quamuis de ueritate edoctus uoluntatem hanc tunc haberet; quia tamen in præsenre eam non habet, nihil conquiretur; alioquin & dormienti, qui ne baptismi nomen quidem unquam audiuit, si baptismum cõferatur, ualere; quo quid absurdius dici potest? 3. Saltem uirtute; hanc enim uoluntatem sacramentum suscepturos saltem habere debere; Scot. d. 45. q. vii. art. 7. in fine, & Syluest. in versic. Baptismus 4. num. 10., ac Ross. e. 4. num. 9., & doctores uniuersi comprobant; unde, qui sacramentum quodpiam, baptismum exempli causa, recipere uellet, & in hac uoluntate perseverans in furorem incideret; sacramentum ei administratum ualere; sic nanque à citatis autoribus eisdem in locis, atque à Thoma q. 68. art. 12. in 3. par. asseritur; sic quoque in cap. maiores in §. item queritur de bapt. idem comprobatur. V. Ipsemet sacramentum suscipiat; argum. cap. si ad matris cum seq. de consecr. d. 4.; etenim, cum sacramenta medicinae quaedam sint; ut in initio lib. 4. Magist., quo cum hac in re diuinarum rerum scriptores consentiunt, docuit; quibus peccatorum uel inflata nobis vulnera curantur; uel, ne iterum infligantur, eisdem corroboramur; planè, sicuti medicinae ijs tantum, quibus factæ sunt, & non alijs profunt; ita & sacramenta, quatenus sacramenti rationem habent, suscipientes solum adiuuant; non igitur procuratorum usus, quem Vlpianus in l. 1. ff. de procur. necessarium mirum in modum esse docuit, hic sibi locum vindicauit; non iuris alia formula, quam idem Iuriconsultus in l. 1. §. de iecisse ff. de ui, & ui arm. indicauit, ut scilicet, Qui per alium facit, ipse fecisse uideatur, seruabitur; quid autem de matrimonio sentiendum sit, oportuniore loco declarabitur; horum ergo quodcūque omisum fuerit, & sacramentum non constabit, & suscipiens, nisi probabili causa excusetur; cum sacramentis abutatur, mortiferè peccabit: atque de his haecenus, ad ea, quæ eidem materiae inesse debent, quamuis non necessariò, transeamus.

I.

II.

III.


IV.

1.

2.

3.

V.

- I.**  A verò, quae sacramentum nouae legis suscepturo inesse debent, non tamen necessario, haec sunt; Primum, ut rationis usum habeat, cum enim eo fructus uberiores capiamus, quo maiori pietate, ac religione sacramenta suscipimus; planè hanc animi pietatem, nec non religionem, si rationis usum careamus, adhibere nequaquam poterimus; huic tamen sacramenta si administrètur [matrimonio excepto] suos effectus ei præstabit; sic enim in cap. maiores §. item quaritur vtrum dormientibus de baptismo, & in cap. qui recedunt, & in cap. his, qui 26. q. 6. habetur; quibus in locis baptismum, itemque eucharistiam & amentibus conferri posse declaratur; ac sanè, quis eum, qui, postquam uel peccatorum quodpiam confessus iam est, rationis usum carere cepit, non absoluet? quis eidem extremam unctionem denegabit? quis itidem, confirmatio si huic conferratur, ordinibusve initietur, sacramenta ab hoc suscipi inficiabitur? neque iniuria; non enim tunc in ipso temporis articulo, quicquam præter uoluntatem sacramentum suscepturus ut afferat, necesse est; quæ, si semel affuerit, neque mutata appareat, perseverare etiam in dormiente, & in insano facto existimatur; ut in citato §. item quaritur, Romanus Pontifex docuit. **II.** Rem, quam suscipit, ob proximam rationem intelligat, quatenus fieri potest, atque sentiat, **III.** Ob eum finem, cuius gratia à Christo domino ipsa instituta sunt, sacramenta suscipiat, atque idcirco instituta sunt, ut aiunt, intentionem habeat; cum enim sacrosancta hæc mysteria idcirco instituta sunt, quò ipsi Deo in primis honos habeatur; quòque æternam vitam deinceps nos consequamur; uti antea vidimus, atque infra id quoque probabimus; planè, si illis abuti nolimus; hosce fines spectare potissimum debemus; alioquin, si questus, alteriusve commodi causa præcipue ductus sacramenta suscipiat, poenitentia, extremaque unctionis nullos fructus, reliquorum verò sacramentorum illos tantum, qui cum peccato esse queunt, non gratiam [cum mortifero enim peccato, quod hic in se suscipit, esse nõ potest] adipiscetur; quare; quòd hic reuera non modo sacramentum sibi administrari vult, verum etiam ipsius quoque rem se uelle præferat; animo autem inclusum finem alium habet, & hunc fictum Thomas q. 69. art. 9. in 3. p., & d. 4. q. 9. art. 1. cum seq., & Sot. d. 6. q. 1. artic. 7., & Thom. ab Arg. d. 4. q. 1. artic. 3. appellarunt. **1.** Actum, atque re ipsa sacramenti suscipiendi eius finem, quem diximus, gratia propositum hoc tunc habeat; etenim, quò quis attentiori animo sacramentum suscipit, eo maiorem gratiam, uti sepe iam diximus, consequitur; id autem non difficile factum esse hic cognoscat, si rei amplitudinem, ac dignitatem, quam suscepturus est, nec non eximios eiusdem fructus intueatur; nam sanè quis, si baptismi susceptione in filiorum Dei numerum se adscribi contempletur, non attento, pioque animo tunc fiet? quis, si confirmationis contra perennes salutis nostræ hostes, qui, ut nos è Christi fide, quam baptismo professi sumus, deiciant, oppugnando non defatigantur; se corroborari sentiat, non omnem connatum, quò minus animo vagetur, ad id adhibeat? quis denique [ne singula persequar] si sacrosanctam Eucharistiam cõsideret; cum tuuissimi, ac diuini illius cibi sumptione immortalitatem sibi Christum dominum pollicentem audiatur; non modo, dum eam suscipit, animum alio distrahi non patiat, verum totis viribus ipsum Deum tanti muneris largitorem non colat, veneretur, adoret? ob eas tamen rationes, quas antea reddidimus, sicuti necessario id non requiritur; ita neque, si præmittatur, uel nihil, uel leuissimè, nisi quid graue interueniat, offenditur. **2.** Libens id uelit cum ob rationes, quas proximè attulimus, tum quòd, si agrè sacramentum suscipiat, atque apud se sit, sacramenti gratia priuabitur; & [quamuis suscipere sacramenta uelit metu, ratione uel alia ductus,] quorundam nec ratio constabit; ut suis in locis id probauimus. **IV.** Ne in mortiferi peccati culpa sciens perseveret; qui enim scelere huiusmodi foedatus est, quandiu non relinquit, sacramentorum omnium perceptione priuatus est; ut in cap. fin. de cohab. cler., & mul. probatur; Quæsitum est, inquit enim ibi Romanus Pontifex, de clericis in fornicationem prolapsis, si eorum sit officium, priuquam poenitentur.

merint audiendum. Verum, etsi quemlibet pro mortali peccato quò ad seipsum confite esse suspensum; non debet tamè in officijs euitari. hæc inquit ibi Summus Pontifex; si quilibet igitur pro mortifero peccato quò ad se à diuinis suspensus est; ergò & à sacramentis suscipiendis eundem suspensum esse concludere debemus; præterea si eos, qui sacramenta conficiunt, atque administrant huiusmodi culpa uacare consentaneum est; quanto magis, qui ea suscipiunt, eadem carere hos decet? quare sacramentum suscepturum; si sceleris cuiuspiam sibi conscius est, eius, uti oportet, poeniteat; uel se hoc animo affectum esse probabiliter existimet; uel saltem se esse non posse vehementer doleat, summisque præcibus hanc peccati detestationem à Deo contendat; contritionem enim, uel quam probabiliter contritionem esse arbitramur, uel dolorem iam dictum aduim quodque sacramentum suscipiendum sit esse, eucharistia excepta, & Sot. d. 7. q. vn. art. 7. versic. Ambiguum, & artic. 8. e. q. versic. De confess., & Melch. Can. p. 4. de poenitentia pag. 40. ibi Ar vero, & Petr. Sot. Quando, & quorum poenitentia agenda ibi Secundus casus, inquit; & communiter id receptum esse Nauar. in Man. cap. 1. de contritione num. 3. 1. testans est; ac re uera, cum in eucharistia suscipienda confessionem necessariam esse iure cautum, uti probabitur, tantum reperiamus; eandem in reliquorum sacramentorum susceptione nobis minus necessariam fore id maximo argumento esse debet; arg. c. non ne de præsumpt., & l. cum prætor ff. de iud.: si tamen mortifera peccata ea ratione, qua diximus, non fuerit detestatus; sacramenta nihilominus [poenitentia; extremaque unctione; aliorum verò gratia exceptis] suscipientur; ut enim eucharistiam silentio præteream, quæ non in susceptione, sed in consecratione sacramentum fit; unde & à quouis peccatore sumitur, si ei illa tribuatur [sumunt quippe, ut ecclesia inquit, boni; sumunt mali] reliqua sacramenta, cum & effectus quosdam, qui cum peccato esse queunt, conferant; planè, quin & peccatoribus tributa ab ipsis suscipiantur; dubitatio nulla est: verum hiæc sacra hæc mysteria non modo non profunt, sed contra grauiorem perniciem, æternamque mortem [nisi ad se redierint, quippe qui graue scelus sacrilegium scilicet in se suscipiant; uti d. 5. q. vn. artic. 4. docuit Sotus, conferunt; etenim, si mortiferi peccati labe polluti sacramenta conferendo mortiferè peccant; uti antea nos probauimus; quod facinus in se concipere hunc, qui ea polluto animo suscipit, existimandum est? abutitur nanque Sacrosanctis his mysterijs, eadem, quantum in se est, contaminat; ipsa enim, quò æternam vitam consequeremur, instituta sunt; ab hoc uerò, ut æternam mortem obeat, suscipi uidentur. **V.** Ne censura ecclesiastica irretitus fiet; qui enim maiori excommunicatione constrictus est, sacramentorum particeps esse non potest; sic nanque in c. à nobis 2., & in cap. pen. de sent. excomm. habetur; sic quoque Thom. d. 18. q. 4. art. 1. lib. 4., & in addit. 3. p. q. 21., & Sot. d. 22. q. 1. artic. p., ac Thom. ab Arg. d. 19. q. 1. art. 4. in resol. argum., & Caiet. in sum. in verb. Excommunicato plura sunt illicita, & Syluest. in verb. Excommunicatio 3., & Nauar. in Man. cap. 27. num. 18., nec non Abb. in Rub. de sent. excomm. num. 3., ac diuinarum rerum scriptores uniuersi asseruerunt; etenim, cum excommunicatio maior; uti communiter receptum esse e. cap. num. 1. Nauar. recenset, ac sequitur, ecclesiastica censura sit, qua quis, ne sacramenta administret, eam suscipiat, immo, ne hominum consuetudine, conuictuque utatur, prohibetur; planè censura huiusmodi obligatum sacramenta suscipere non debere quis non fatebitur? postremo, si sacramenta ab hoc suscipiantur, mortiferè ipsum peccare citati autores eisdem in locis affirmarunt; ergo eorum susceptione priuatus est; non enim, cui iure aliquid non prohibetur, si ab eo illud fiat, quicquam offenditur; argumento l. Gracchus C. de adulr., & c. qui peccat 24. q. 3.; suscepta nihilominus & ab hoc sacramenta ob rationes, quas in superiori conclusionè reddidimus [præter poenitentiam, extremamque unctionem, reliquorum verò sacramentorum gratiam] valent: minori quoque excommunicatione subiectum à sacramentorum susceptione se abstinere debere in cap. fin. de cler. excomm. min. & in cap. pen. de sent. excomm. habetur, atque Syl. e. 4. num. 3., & Caiet. in summa in versic. Excommunicato minor, & citati iam autores ibidem notarunt; & quamuis sacramenta huic administrata [ijs exceptionibus adhibitis, quas proximè attulimus] rata sunt; grauiori tamen scelere; ut, qui mortiferi peccati culpa se obstringat; ut in citato cap. fin. dicitur, & iidem autores eodem in loco affirmarunt, obligatur: suspensio quoque, itemque

itemque interdictum, si à sacramentis sint, eadem operantur; argum. cap. 1., & 3. cum duobus sequen. & cap. apostolicae de cler. excomm. min.; quare illud tantum huc adde-  
**VI.** mus, qui hinc poenis se constrictum teneri probabiliter ignorat, ne ijs, quæ recentissimus, damnis afficiatur, ut illius cap. apostolicae excusari. VI. Ne ab alio, quam à proprio mi-  
 nistro, eiusve delegato sacramenta suscipiant, ut in clem. 1. de priuil. & in c. eos cum seq. de temp. ord. in 6., & in cap. p., & in cap. si diligenti de foro competen. in antiq., & in c. nullus de paroch. probatur, atque in cap. vt dominicus e. Abb. notauit; ac planè quid pa-  
 rochiarum distributione, ut alibi diximus, opus esset, si à quocunque sacramenta suscipi-  
 peremus? Ecclesias, Dionysius in cap. 1. 13. q. 1. inquit, singulas singulis presbyteris de-  
 dimus; parochias, & coemeteria eis diuisimus; & vnicuique ius proprium habere statui-  
 mus; ita videlicet ut nullus alterius parochiae terminos, aut ius inuadat: sit vnusquisque  
 terminis suis contentus; & taliter ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, ut an-  
 te tribunal aeterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat; & non iudicium,  
 sed gloriam pro suis actibus percipiat. hęc ibi Dionysius ait; à nostris igitur parochis, eo-  
 rumve delegatis [hi autem qui sint, in commentario de poenitentia explicabimus] si ma-  
 trimonium, poenitentiam, nec non extremam vnctionem valere; reliquorum verò sacra-  
 mentorum gratiam consequi malimus, quam peccare, argumento cit. clem. p., & 9. q. 2.;  
**I.** sacramenta suscipiamus. 1. non censuris huiusmodi, alijsve ecclesiasticis poenis; vnde sa-  
 cramenta administrare nequeat; aut nominatim constricto, aut ita, ut nullo interueni-  
 to, nullisve latebris occultari illud possit; non solum enim, ne sacramenta ipse recipiat;  
 verum etiam, ne & alij ab eodem sacra hæc mysteria sibi administranda curent, prohibi-  
 tum est; argumento cap. fin. de cohab. cler. & mul. Verum, inquit enim ibi Romanus  
 Pontifex, etsi quemlibet pro mortali peccato, quò ad seipsum constet esse suspensum, nõ  
 debet tamen in officio euitari; quia quantum ad alios etiam in casu proposito suspensus  
 non est, nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, aut confessionem factam  
 in iure, aut per euentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit. hęc ibi Sum-  
 mus Pontifex; quando igitur & ministri crimen sic notum est, non modo sacramenta ab  
 eo non suscipere, sed ne sacra quidem ei facienti interesse debemus; ac re vera quis nescit;  
 ut in cap. permittimus de sent. excomm., & in cap. quod non nullis de priuil., & in cap.  
 quod in te de poenit., & in cap. cum in partibus de verborum sign.; & in cap. fin. de sent.  
 excomm. in 6. habetur, atque à Nauar. in Man. cap. 27. num. 19., & à nobis alibi notatur  
 cum excommunicato huiusmodi commercium nobis esse non posse? cui non itidem  
 manifestum ab ipsis, quibus ne sacramenta administrent, interdictum est, nos quoque,  
 ne sacramenta petamus, prohiberi? sic enim venditione rei cuiuspiam prohibita, per l. 1.  
 C. de cupress. lib. 10. emptionem simul prohibitam esse iudicamus; sic quod de altero  
 correlatiuorum constitutum est, de altero itidem constitutum esse vnà cum Bart. in l. 1.  
 C. de indic. uid. tol., & cum Ias. in l. transigere num. 2. C. de transact., sapius sentimus;  
 extrauagans enim Ad euitanda, cuius antea meminimus, hinc in casibus commercium  
 nobis nullum esse cum hoc voluit; quare, si contra fiat, etsi sacramenta, uti aliàs diximus,  
 ob eandem rationes conferuntur, quæ tamen excepimus, non conferri, sicuti aliorum,  
 gratiam non condonari, immò iusta causâ eos non excusante ab his sacramenta suscipi-  
 tes mortiferè ipsos peccare concludimus: atqui de materia circa quam hæc tenus, ad ma-  
 teriam ex qua denique transeamus.

*De materia ex qua sacramentorum nouæ legis Cap. XII.*

**M**ATERIA denique sacramentorum nouæ legis ex qua res [quæ tamen  
 verba non continet] est; ita enim Thom. d. 1. q. 1. artic. 4., & 3. lib. 4.,  
 & Petr. Sor. de ijs, quæ circa singula sacramenta necessariò consideranda  
 sunt lect. 8., & Cat. e. cap. de materia, inquit, ac d. 1. q. 1. art. 4. de com-  
 muni sententia Sor. testatur. Necessario autem hæc illi inesse debent.  
**I.** Primum ut sensu percipiatur; sicuti citati auctores eisdem in locis, & Bon.  
 d. 1. q. 2. art. 1. par. 1. asserunt; etenim, quòd his rebus, quæ sentiuntur, de beneficijs, quæ  
 per


per sacramenta consequimur, facilius edocemur; quòd illis ad peccandum impellimur;  
 mirum in modumque eisdem oblectamur; ob has rationes, quòd & cognitioni nostræ  
 confileret; & ut, vnde morbi occasio proficiscitur, inde parata medicina esset; ac deni-  
 que ut minus grauatè sacramenta suscipere, sapientissimus Deus; uti Bon. dist. 1. q. 1.  
 art. 1. par. p., & Cat. e. cap. Cur instituta sacramenta, & Sor. d. 1. q. 2. artic. p., & Thom. q.  
 61. art. 1. in 3. p., concludunt, res, quæ sensu capiuntur, sacramentorum materia, ut essent,  
 destinavit. II. Ad id præfinita, atque certa; uti Thom. q. 60. art. 5. in 3. p. docuit; neque  
 enim, quæuis res ad has functiones apta, verum ea tantum, quæ præscriptæ sunt. III. A  
 Christo; uti Thom. e. art. 9., & Cat. e. cap. de propria vi sacramenti, & Vig. cap. 16. ver. 3.,  
 ac Pet. Sor. e. lect. 8. docuerunt; etenim, cum sacramentorum nouæ legis institutionis fa-  
 cultas vni Christo tributa sit, eiusdemque passionis merito effectus suos illa præstent; vt  
 antea probauimus; non modo materiam, verum etiam vniuersa, ex quibus sacramenta  
 constant, præscribere ad ipsum iure optimo de eorundem, quos citauimus, sententia  
 pertinuit; ex ijs igitur, & sacramentorum materiam à Christo domino, sicuti & formam  
 instituta esse cognouimus; & cur vtraque ex his rebus, quæ sensu perciperentur, constan-  
 terent, rationes quoque reddidimus; non enim, quòd ad hæc, quæ sub sensum caderent,  
 quam ad ea, quæ intelligerentur, propensior Christus esset, hinc idcirco explosis, ea pro  
 materia, & forma præfinit; verum, sicuti eorum, quæ sentiuntur, hæc, quæ in singulis  
 sacramentis contemplabimur [quod scilicet ipsi sacramentorum effectus euidentius, di-  
 lucidiusque explicarentur] reliquis omnibus reiectis, præscripsit; uti Sor. d. 1. q. 9. artic. 2.  
 prope finem docuit; ita eandem ob causas, quas diximus, illa instituit: cuius iridem mate-  
 ria, atque formæ ea virtus tantum est, vt sacramenti fructus, qui, rebus alijs adhibitis, non  
 perciperentur, neque sacramenta constarent; hinc adhibitis, quòd sic voluit Deus, con-  
 ferantur, atque consent; non enim aqua, quòd ei vis quædam præter naturalem inest;  
 sed, quòd à Christo ad id destinata est, anima sordes abluuntur; uti Bon. d. 3. q. 2. artic. 1.  
 p. 2., & d. 10. q. 3. art. 1. e. p. docuit: hæc de materia sacramentorum nouæ legis dicta sunt,  
 ad formam, & primò ad necessariam ueniamus.

II.  
III.

*De forma sacramentorum nouæ legis necessaria, & de ijs, quæ necessa-  
 riò inesse ipsi debent, Cap. XIII.*



**N**CESSARIA igitur nouæ legis sacramentorum forma verba eorū-  
 dem effectum significantia sunt; uti Thom. q. 60. art. 6. in 3. p., & d. 1. q.  
 3. lib. 4., atque Sor. dist. 1. q. 1. artic. 6., & Vig. cap. 16. versic. 3., & Petr.  
 Sor. e. lect. 8., ac nouissimè Cat. e. cap. de materia, & forma, docuerunt;  
 Duo, inquit namq; ibi Cat., sunt, ex quibus quodlibet sacramentum con-  
 ficitur; quorum alterum materiæ rationem habet, atque elementum di-  
 citur; alterum formæ vim, & verbum communi vocabulo appellatur;  
 sic enim à patribus accepimus: hæc inquit Cat.; ex quibus verba formæ vim habere satis  
 iam tatis constat; idem paulo post ab eodem dicitur; Rei igitur sensibilis nomine, ait enim  
 ibi, cum materiam intelligunt & c., tum præterea verba, quæ formæ rationem habent,  
 qua in re notum est, atque apud omnes peruulgatum illud Sancti August. testimonium,  
 Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum; quare huius rei non ignarus Apo-  
 stolus de baptismo ad Ephesios scribens, Christus, inquit, dilexit ecclesiam, & se ipsum  
 tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. hæc Cat.;  
 ac sanè cui, si in memoriam, qua paulo ante diximus, reuocet, dubium videri poterit?  
 cum enim ex ijs, quæ sensu percipiuntur, sacramenta idcirco constituta esse asseruerimus,  
 quòd scilicet significantius effectus suos declararent; quis id, materia tantum adhibita, per-  
 obscure, taciteque id fieri non intelligit; ne longe abeamus, en tibi aqua, qua baptismi sa-  
 cramenti materia est; hæc non minus refrigerandi, quam abluendi; ut cuique notum  
 est, vim habet; si ea igitur quis tacitis verbis aspergatur, cuius rei gratia id fiat, aperte non  
 dignoscitur; at cum verba hæc, Ego baptizo te in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti,  
 addimus,



addimus, dilucidè, planeque, ut animam abluat, adhibitam esse; ut & Cat., & citati auctores eisdem in locis affirmant, cognoscimus; ex re igitur, uti materia, & ex verbis, uti forma sacramenta conficiuntur; rebus planè, ut ibidem doctores inquirunt, diuinam sapientiam redolentibus; sic enim verbum Dei Christus scilicet dominus sacramentorum auctor cum humana carne, quasi materia coniunctus est; sic homo sacramentorum tantum susceptor ex anima, uti forma; & ex corpore, uti materia constat; I. Ad id certa, ac definita; ita enim Thom. q. 60. art. 7. in 3. p., inquit, cui Vig. e. cap. 16. vers. Docuit, assentitur, ac de communi sent. d. 1. q. 1. artic. 7. Sot. ipse testatur; etenim, si materia ut certa sit, necessariò requiritur; quanto magis forma, quae, ut res extet, principem locum obtinet; ut ibidem citati iam auctores aiunt, certa esse debet? 2. a Christo; uti Thom. e. q. 60. art. 5., quem Sot. d. 1. q. 1. art. 3. concl. p., ac Pet. Sot. e. lect. 8. sequuntur, tradidit; non enim ab alio, quam à Christo ob eam, quam proximè de materia, rationem attulimus, instituit, praescribere potuit; & quamuis in euangelio non vniuersorum nouae legis sacramentorum formas, sicuti nec eorundem materiam, expressas, explicatasque habeamus; immo quorundam sacramentorum ne vestigium quidem prope modum, vel leue appareat; cum tamen Christum dominum multa fecisse non ignoremus, quae, uti Romanus Pontifex in c. cum martha de cel. mis. inquit, ab euangelistis, qui eius facta memoriae prodidere, scriptis tradita non sunt; ecclesiam verò, quae diuinitus edocta falli, errare, decipi que non potest, haec nobis enucleatè, aperteque declarantem habeamus; quis est, qui iure huius de rebus dubitare, ab eiusve sententia sine grauissimo impietatis scelere discedere queat? necessariò autè formae ipsi haec inesse debent. Primum ut exprimat; sic naque Thom. ab Arg. d. 3. q. 1. art. 2. concl. 2. docuit; etenim, sicuti materia, ita & forma; uti antea probauimus, sensu percipi debet, id autem, nisi exprimat, qua ratione fieri possit, non uideo. II. Vocet; ita enim Bon. d. 3. q. 2. art. 1. par. p., & d. 23. artic. 1. q. 4. de Baptismi forma asseruit, ita Sot. d. 1. q. 1. art. 6. propè finem, versic. Ex quo responso haec subsequitur appendix, docuit, ac Palud. idem sensisse ibidem adnotauit; ac planè, cum forma sensu percipi debeat, uti proximè probauimus; omninoque sacramenta id, quod intrinsecus operantur, uti formae in primis oris ostendant; uti Magist. c. p., & Cat. e., doctoresque, omnes tradiderunt; si animo tantum formam concipiamus, qui fiat, ut ipsa in sensum cadat, forsive id, quod intus per sacramentum efficitur, declaret, atque ostendet? III. à causa efficiente humana, quae minister dicitur; ab alio quippe prolata si fuerit, nihil fieri quis non videt: ecce enim primum Eucharistiae sacramentum, cuius forma si ab eo, qui munere hoc fungi non potest, [utpote quia sacerdotij dignitate praeclusus non est] proferatur, neque Christi corpus, neque eiusdem sanguis consecrabitur; en praeterea confirmatio, huius quodque forma, à ministro nisi enuncietur, eadem ratione nihil operabitur; mitto baptismi formam, cuius vis, si ab alio, quam ab eo, qui abluat, ipsa exprimat, baptismus non constabit; praeterea poenitentiam, ubi, cum iudiciorum more agatur, ut à non iudice lata sententia, nulla esset, quod in c. omnis extra de poenit. probatur, illud tantum dicam sacramentorum formam ab eorundem ministris proferendam omnino esse; ac planè quis nescit effectum sine sua causa esse non posse? at si formam à ministro sacramenti non prolatam operari diceremus, effectum quoque sine causa esse posse, quod absurdum est, concluderemus. IV. In tempore instanti; ut enim mittam singulorum sacramentorum formis contemplandis, id ita esse uel oculis ipsis nos cernere bellissimè posse; ratione quoque, quamobrem id fiat, suadere non difficillimum est; nam, cum sacramentum, si ualeat, effectus quospiam saltem illico pareat; uti antea vidimus; iidemque in primis formae verbis significantur; uti id quoque sacramenti proprium esse probauimus; planè forma verbis non instans, sed aut praeteritum, aut consequens tempus significantibus concepta extantes sacramenti fructus; uti per se id constat, nequaquam declarabit. V. Sine eorum verborum, quae ipsius sacramenti formae vim, substantiamque tollunt, adiectione; uti Thom. d. 3. q. 2. art. 3. lib. 4., & q. 60. art. 8. in 3. p., & Sot. d. 1. q. 1. art. 8. concl. 5., & Vig. cap. 16. versic. 4., & d. 3. q. 2. versic. De secunda variatione Scot., & d. 4. q. 2. artic. 2. versic. Itém dicit Thom., Bacch. inquirunt, & communiter id receptum esse Thom. ab Arg. d. 3. q. 1. art. 3. testatur; unde, si contra fieret, sacramentum non confici auctores iam citati ibidem asseruerunt; neque iniuria; etenim; cum ipsa forma in primis, ut quid sit, atque extet, efficiat;

efficiat; sicuti notum est; adiectione verò hac sacramenti forma à Christo instituta tollatur, sacramentum idcirco non constabit; praeterea, si id nobis daretur, non ne & aliam formam, aliamque materiam; non denique sacramenta [quando ipsa ex materia, & forma constant] institueret alia possemus? at facultarem hanc hominibus minimè tributam fuisse antea probauimus; postremo, sicuti in naturalem aquam siquid, quod eius speciem tollat, infundatur, baptismus sacramentum [quia ipsius materia deest] confici non potest, ut videbimus; cur, si quid huiusmodi ipsorum sacramentorum formae addatur, ea minus confici non asseuerabimus? sine adiectione hac ergo formam, ut sacramentum fiat, ministro enuntiandam, exprimendamque esse existimemus; quare, cum uera conditio, antequam ipsa extiterit, ne actus, cui adiectione, suum effectum consequatur, sed ut pendeat, se efficere declaret, uti in §. sub conditione, & in §. ex conditionali in Instit. de verb. oblig., & in l. itaque, ubi iuris interpretes id notant ff. si cer. per.; probatur; sacramentorum verò formae eorundem effectus, dum ipsa conficiuntur, praestari, necessariò, sicuti probauimus, ostendant; merito, si conditio huiusmodi sacramentorum formis addatur; utpote; quia earum intima uis tunc immutatur, nihil fiet; ac sanè quis literis hisce, uel meliocriter tinctus, quem forma hac si nauis ex Asia uenerit, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, baptizauit, quem à peccatis eadem adiecta conditione absolui; quem, ne singula persequar, quem, inquam, panem eadem ratione consecraui, panem ipsum consecratum, hunc sacramenti uel absolutum, illum baptizatum esse assereret? at contra quis hunc formam hanc, quae à Christo instituta non est, utentem grauiter peccare non affirmaret? si tamen, adiecta conditio extet nec ne, sacramentum conferre uelim, mea quidem sententia; quoniam ea uerborum adiectione formae uis non tollitur, sacramentum, quamuis peccet, conferretur; argum. l. quae extrinsecus ff. de verb. oblig. VI. Sine eorum, quae sacramenti formae naturam itide deprauant, detractio; ita enim à doctoribus iam citatis eisdem in locis concluditur; atque eisdem, quibus antecedens, princepsque proxima conclusio, rationibus hac eadem comprobatur, atque nititur; ac sanè quis hac de re dubitet? Si quis, inquit nanquie Romanus Pontifex, in c. 1. De bapt. puerum ter in aqua merserit, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & non dixerit ego baptizo te in nomine &c. non est baptizatus; ecce hic uerbi illius Baptizo, quod necessariò baptismi formae inesse suo loco probauimus, ac declarabimus; uerbi illius, inquam, detractio sacramentum non conferri; & quamuis ibi de baptismo tantum agatur, idem tamen de reliquis sacramentis; cum eadem & in ipsis ratio uigeat, asserendum esse argumento l. illud ff. ad laquiliam, Doct. affirmant. VII. Sine eorum uerborum, ex quibus itide forma constat, huiusmodi; unde forma tollatur, ob eandem, quas recentimus, rationes, corruptione; sic etenim Thom. d. e. ac q. art. 2., & q. 60. art. 7. in 3. p.; sic Sot. q. e. art. 7., ac Scot., & Bacch. e. comprobarunt, de communi sententia Thom. ab Arg. e. testatus est. VIII. Sine uerborum quoque huiusmodi, ut doctores saepius citati ibidem aiunt, & VIII. rationibus antea probauimus, traniectione; IX. Sine interpositione huiusmodi, qua consequentia formae uerba eiusdem antecedentium partes esse desinant; ita enim Thom. d. 3. q. 2. art. fin. lib. 4., & q. 60. art. fin. in 3. p., & Sot. d. 1. q. 1. artic. 8. in responsione ad tertium argumentum, & Scot. d. 3. q. 2. versic. De secunda ibi De interpositione, & Bacch. d. 4. q. 2. art. 2. vers. Sed nunquid si interponatur alia mora, concludunt; ita de communi sententia Thom. ab Arg. e. artic. 5. vers. Quarto modo, testatur; quare, si formae uerbis quibusdam expressis, uel taciturnitate, uel alieni sermonis interiectione tantum temporis praeterire passi fuerimus, ut reliqua forma uerba, ubi proferuntur, cum antecedentibus coherentia, eorundemque partes esse [id quod an sit, loquendi uis in primis nos edocebit] non uideantur; nihil, uti citati auctores ibidem aiunt, fiet; etenim enunciationis separatae partes [cuiusmodi hic eas esse ponimus] quamuis aliquid significant, si tamen res sit, uel non sit, quod hic necessariò requiri antea probauimus, neque affirmant, neque negant, ut in libello de interpretatione cap. 3. Arist. docuit, interpositio igitur haec si fiat, quia & hic forma tollitur, sacramentum non conficietur. X. Sine ea uerborum formae mutatione, qua itidem ipsa forma tollatur; non enim pro formae uerbis alia uerba consensu hominum, eandem sententiam non habentia, uti Scot. d. 3. q. 2. versic. Tertio de formali, & Sot. d. 1. q. 1. artic. 8. versic. Percunctetur hic autem quilibet fortassis, docue-



runt, adhiberi possunt; q igitur exempli causa, in baptismi forma uerbu ipsu Amo pro Baptizo, pro In nomine Titium usurparet; quia hiece uerbis illorum scilicet Baptizo, atque In nomine consensu hominum sententia subiecta non est, neque inquam fuit; ob rationes a nobis antea allatas [nisi is esset, qui nouum loquendi genus inducere possit, ut XI. inquit Sot. e.] sacramentum non conficeretur. XI. Sine earum sex mutationum, quas proxime recensuimus, ulla [etiam si formae natura, atque uis ab ipsa quidem non tollatur, sed hoc tamen animo fiat, ut noua introducat] mutatione, tunc enim, cum a forma a Christo domino nobis sacramentorum praescripta, ex qua sicuti etiam ex materia, sacramenta conficiuntur, discedatur; ob rationes, quas superius reddidimus, sacramentum neque administrabitur, neque efficietur; uti Bon. d. 3. q. 3. art. 2. p. p., & doctores iam saepissime citati ibi de afferuerunt, ac Thom. ab Arg. e. d. 3. q. 1. art. 3. id quoque communiter approbatur testatur est; haec igitur sunt, quae generatim sacramentorum formae necessario inesse, aut non inesse debent; quamobrem, qui contra faciunt; ut, qui in re graui offendant; & graui scelere sacrilegio scilicet, uti d. r. q. 1. artic. 8. vers. Si autem suscipieris, quo discerniculo, inquit Sot., etiam si incertia ducti errent, dummodo haec scire ad ipsos spectet, quemadmodum Caiet. in sum. in verb. Ignorantia sensit, ac Iust. in §. praeterea, & ibi Gloss. in inst. de iniur. sancit, ac iureconsultus in l. imperitia ff. de reg. iur. respondit, & graui scelere, inquam, se obstringunt, & sacramenta ab hisce confecta, aut administrata nullo modo ualebunt: sed expositis ijs, quae necessario sacramentorum formae inesse debent, deinde de ijs, quae eidem inesse, quamuis non necessario, iam dicendum est.

De ijs, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent, Cap. XIV.

**E**A autem, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent, haec sunt; Primum ne quid, et si eius uis non tollitur, formae ipsi addatur; non enim ab inueterata ecclesiae consuetudine; ut in cap. illud 12. d. probatur, discedendum facile est; illud, inquit enim ibi Hierony., breuiter quae admonendum puto, traditiones ecclesiasticas, praesertim, quae fidei non officiant, ita obseruandas, ut a maioribus tradite sunt; haec ibi Hieronym., idem in cap. ridiculum, & in cap. scit, atque in tota illa serie d., atque in antecedente, habetur; mos nanque, uti Arcadius, atque Honorius in l. testamentum C. de Testamentis inquirunt, fidelissime uetustatis retinendus est; ac, nisi retineatur, grauius offenditur, hominibusque, uel ut nos imperitos, uel ut nouarum rerum studiosos praedicent, sermonem damus; id quod si contingeret, mortiferi peccati culpa, uel d. 3. q. vii. artic. 8. concl. 3. sensisse Sot. uidetur, se qs alligaret; forma igitur sine conditione, quae instans, praeteritum uel tempus complectitur, efferi debet; et si enim, ne actus pendeat, minime efficit, ut in l. cum ad praesens ff. si certum petatur, & §. condiciones in inst. de verb. oblig. probatur; & not. Abbas in cap. de Baptif. extra de baptif.; quia tamen uel tacito inesse intelligitur; ut, qui conditione haec adiecta, Si uelis, baptismum tibi confererem, unde illud exprimi superuacuum est, argum. 3. ff. deleg. tert.; uel quia fieri potest quandoque, ne sacramentum conferatur, ut, si conditio, sub qua forma profertur, non extet, uelut exempli causa, Si Titius uiuit, qui iam mortuus est, baptismum conferat; ideo conditiones huiusmodi inter nullo modo debent; si uero sacramentum an collatum, confectum uel esset; uel an, ut oportet, dubitaretur, atque ita iuris, factiue, ut aiunt, dubitatio esset; tunc plane huiusmodi sacramentorum formas uiurpare, & possumus, ac debemus, argumento d. c. 2., & ibi not. Abbas num. 3. de baptif.; non enim, ut in citato c. 2. dicitur, in baptismi forma solum, uel, ut ibidem notat Abbas, in reliquorum, quae iterari non possunt, tantum, uerum in singulorum sacramentorum formis sanctio illa; cum eadem in omnibus ratio insit, locum habet; quid enim si, quempiam, qui mihi peccata confessus est, an absoluerim, dubitem? plane, quia eadem omnino materia existente, forma iterari simpliciter non debet [quem enim absolui, tunc eidem absolutionem iterum impertians,

pertians, nihil facio] ideo, ne, si absolutus esset, quasi non absolutus sit, forma adhibeatur, conditio inferenda est; ad omnium igitur sacramentorum formas [cum, an sacramenta collata sint, dubitamus] cautio haec adiungi potest. ac debet; immo, etiam si uerbis conditio ea non exprimitur, sed animo inclusam quis ipsam habeat, uelut si hac mente peditus sim, ut nolim sacramentum recte collatum, aut confectum iterare, sat id esse opinor; par enim uirtus taciti, & expressi est. ut in l. cum quid ff. si certum pet., dicitur; neque enim in citato cap. secundo Romanus Pontifex, quasi normam quandam, a qua discedere minime liceat, nobis praescripsit [superuacanea enim eod. Alexander tertius quamplurima adiecit] uerum, quo animo affectos esse nos oportet, dum his de rebus dubitamus, argumento c. solemnitates de consecrat. d. 1., & c. placuit cu duobus sequent. d. 4., nos admonuit. 2. Causam quoque cur quis explicet, non uideo; non enim exempli gratia, baptismi forma cum ad editione hac, Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, quia tuus pater mihi summa necessitudine coniunctus fuit, proferenda est; tum quod ab inueterata ecclesiae consuetudine disceditur, quod faciendum non esse antea probauimus; tum quod sacramentum suscipienti nihil prodest, conficienti uero [ut, qui peccet] plurimum obest; si tamen causam addamus, eaque minime uera sit, nisi quid aliud desit, sacramentum nihilominus ualebit; falsa enim causa id, quod agimus [cum non ipsius gratia operemur, sed ad operandum ab ipsa tantum impellamur, ut docuit Bart. in l. demonstratio §. quod autem, & ibi quoque notat Bal. ff. de cond. & demonstrat.] non tollit, ut in §. longe magis in inst. deleg., & in l. cum tale §. falsam causam ff. de cond. & demonstrat., & d. §. quod autem ff. e. probatur; atque de matrimonio Rossel. in verb. Matrimonium 5. num. 9., & Suppl. e. 5. num. 4., ac Sot. d. 29. q. 2. art. 1. concl. 2. comprobant. 3. Sine demonstratione itidem ob eadem rationes sacramenti forma enuncianda non est; non enim a peccatis si quempiam absoluo, forma huiusmodi, Ego absoluo te, qui Milanu incolis, concipienda est; si tamen addatur, sacramentum nihilominus, nisi aliud officiat, cum de eo, cui administratur, constat; conferetur, argumento l. demonstratio falsa, & ibi not. Bart. ff. de cond. & demonstrat., ac de matrimonio ita Sot. e. d. 29. q. 2. artic. 1. concl. 1. docuit. 4. Modus denique addendus itidem non est; nam quid absurdius, ineptiusque existimari potest, quam, si quis extremam unctionem, exempli causa, cuiquam conferat, hanc ab ipso formam adhiberi? Per istam sanctam unctionem parcat tibi dominus, quicquid oculorum uitio deliquisti, ut des centum Titio; modus autem hic sequatur nec ne, cum post sacramenti administrationem adimplendus sit, ut in l. p., & 2. C. de ijs, quae sub modo habetur, & Gloss. in rubrica ff. de cond. & demonstrat. notauit, unde tunc effici non potest, quod minus sacramentum ualeat, ut de matrim. Rossel. eod. 5. num. 9., & Sot. ead. dist. concl. 1. affirmant, non obest; in sacramentorum igitur confectioe, administratione uel neque demonstratione, quae per relationem, aut per nomen qualitatem quampiam exprimens; neque modum, qui per coniunctionem Vt; neque causam, quae per aduerbium Quia; neque conditionem [nisi uti antea docuimus] quae per Si, uel Cum, uel Nisi fit, uti Bart. in l. 1., & in l. demonstratio, & in l. qbus §. 1. ermilus ff. de cond. & demonstrat., ac Sot. d. 29. q. 2. art. 1., & Rossel. in verb. matrimonium 5. num. 9., itemque; Supple. num. 4. declarant, in sacrorum effectioe, administratione uel adhibebimus. II. Sine uerborum etiam, et si ex ipsis forma non constat, detractione; ac tanquam quid tam arrogantis est, quam quicquam ab ijs, qui a Christo, ab eius ecclesia ad functionem hanc constituta sunt [etiam si absque ipsis sacramenta conficiantur] sine causa eum, qui facultatem hanc non habet, detrahere conari? quare merito, qui uel dedita opera, uel nimia incuria id faceret, hunc peccare d. 1. q. 1. artic. 3. concl. 4. Sot., & q. 60. artic. 3. in 3. par. Thom. existimant. 1. Sine syllabarum quoque euidem uerborum forma diminutione; haec enim, quae quis fortasse minus accurate ea contemplando pro nihilo prope modum duceret, plurimi tamen ecclesiam illa fecisse reperiet; ecce enim primum tibi Romanus Pontifex in c. dolentes de celebr. miss. qui hac studiose seruanda esse mandauit; Dolentes inquit enim ibi, referimus, quod non solum quidam minores clerici, uerum etiam aliqui ecclesiarum praelati circa commensationes superfluas, & fabulationes illicitas, ut de ijs taceamus, ferè medietatem noctis expendunt, & tonno residuum relinquentes, uix ad diurnum concentum animi excitantur, transcurrendo undique continua syncope matutinum & cet. haec igitur, & similia sub poena

suspensionis penitus inhibemus districtè præcipientes in virtute obedientie, vt dicitur officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter, & deuorè; hæc inquit ibi Innocentius tertius; ergo neque syllabas omitrendas esse ex hisce constat; en quoque Clemens quintus, quem in clem. x. c. de celebr. miss. accuratè hæc imperantem audias; quinimo, si ueteribus annalibus fides adhibenda est, qui Catharina Senensis piè, sanctèque actam vitam conscripsit, à Dæmonibus, si quid uel literarum in sacrarum precum munere obeundo ab ipsa, quod uel nunquam, uel rarò contingebat, prætermisum esset, id summo studio animaduertum, ab illisque eidem obiectum commemorauit; quare, nihil omnino ut prætermittatur, cautio summa adhibenda est. III. Sine ea itidem interpositione, qua uerborum forma connexio non ita tollitur, quin eiusdem formæ sententia remaneat; id quod cum ob eas rationes, quas antea reddidimus, tum ob periculum, cui quis se committit, an mora illa, atque interpositio uerborum formæ connexionem necessariam intulerit; ne igitur scrupulus huiuscemodi nobis iniiciatur, continua formæ prolatione utamur. IV. Sine huiuscemodi etiam transpositione; hæc enim res fit, & ut purius Christi, sacrosanctèque ecclesiæ ritus seruetur; itemque ne ulla peccati culpa obstringatur; ac sanè quis sibi tantum sumit, ut de suo sensu ea, quæ ecclesiæ spiritu sancto edocta nobis tradidit, quicquam immutare, uel ab eis transuersum unguem, quod aiunt, discedere audeat? V. Sine huiuscemodi etiam uerborum, etiam si ipsius formæ uis non tollatur, ob rationes, quas reddidimus, mutatione. 1. Ea igitur lingua primum, quæ eo in loco, ubi sacramentum administratur, exprimi consueuit, si approbata fiet, forma exprimat; sin minus adsit, ab Ecclesiæ Antifitis sui; uti Sot. d. 3. q. vii. artic. 3. concl. 3., ac Bon. d. e. q. i. artic. 2. p. 2., & Ant. And. d. e. q. 2. inquirunt, non discedat; si hoc quoque deficiat, quod uix fieri posse uidetur, uel ad metropolitanam, uel Romanam ecclesiæ consuetudinem confugiat, argum. l. de quibus ff. deleg.; non igitur latinus sacerdos è grecis uerbis composita forma; non è latinis grecis utatur. 2. Eiusdem linguæ uerbis, quibus ecclesiæ, cuius ritum hæc in re imitari debet, utitur, eandem formam enunciet; qui igitur pro Baptizo apud nos Abluo; qui pro Absoluo Peccata dimitto in baptisim, poenitentiaque forma explicanda uisparet; etsi, uti d. i. q. i. art. 8. in uersu. Immutatione Sotus existimauit, sacramentum conferatur; quibus enim uerbis forma exprimat, nihil interest, modò idem omnino significant; ut docuit Bart. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de lib., & posth.; non nulla tamen culpa, quamuis non mortifera, nisi aliud præterea insit, committitur; sicuti Sot. e., ac Scot. d. 3. q. 2. uersu. Tertiò de forma, sententur. 3. Eisdem personis; si enim minister baptisimi Petrus dicitur, qui uerò baptisimum suscepturus est, Ioannes nominatur; non Petrus Ioannem baptizat, &c., sed Ego baptizo te &c. [hæc nanque formæ baptisimi ratio his in locis approbatur] ob eandem, quas superius rationes attulimus, si culpæ omnino poenam estugere uelit, dicendum est. 4. Eodem numero, quo sacramentorum formæ nomina, ac uerba inueterata ecclesiæ consuetudine continentur, utatur; quare, ne à baptisimi forma discedamus, non loco illius pronominis Ego Nos, non pro Baptizo Baptizamus, ut d. i. q. i. art. 8. uersu. Ad quod si ex utroque accomodatione, Sotus ait, usurpabimus; nam, esto sacramentum conferatur [loquendi enim utus id patitur, ut plurimum numerum pro singulorum numero accipiamus, quod graues uiri in primis facere conuenerunt, sicuti Sot. e., & Syluest. in uersu. Baptismus i. num. 6., & Tab. e. 3. num. 12., aiunt] non nihil tamè quodammodo offenditur. 5. Eisdem etiam casibus formæ uerba, quibus proferri consueuerunt, proferantur; etsi enim hæc grecorum baptisimi forma Baptizetur Iesus Christi, &c.; uti communiter id receptum esse Syl. in uersu. Baptismus p. in fine testatur, baptisimus administratur, atque consistet; quin tamen de Soti sententia in d. 3. q. vii. art. 5. uersu. Longè autem minus, grauius forma huiuscemodi utens erret, inficiari non possumus. 6. Resto demum, emendatoque adhibito sermone; esto enim, modò formæ uis non tollatur, si contra fiat, sacramentum conficiatur; sicuti Scot. d. 3. q. 2. uersu. De tertia variatione, & Thom. q. 60. art. 7. in 3. p., & Sot. d. i. q. i. art. 7. in fine, inquirunt, ac de baptisimi forma in cap. retulerunt de consecr. d. 4. habetur [non enim, si minus latinè quilibet loquatur, modò rei, quam uolumus, uerbis uis sententia exprimat, atque permaneat, actus, qui geritur, minus ualeat; uti Sequola in l. si librarius ff. de reg. iur. respon. dit; &

- III.
- IV.
- V.
- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.

dit; & in citato cap. retulerunt probatur, ac Bart. in l. Plautius ff. de aur., & arg. leg. declarauit] si tamen consultò, incitiuè ab eo, ad quem hæc scire pertinet, id fiat, hic planè, sicuti Sot. d. i. q. i. art. 8. uersu. Sed rogas, quid si quis uerba mutaret, & uersu. Superest autem quarta conclusio, asseruit, haud culpa vacabit: atqui de necessariâ forma hætenus, ad aliam formam, quæ necessaria non est, quæque cærimonie dicuntur, transsumus.

De forma sacramentorum nouæ legis non necessaria, qua cærimonia dicuntur, Cap. XV.



ORMA denique sacramentorum nouæ legis non necessaria cærimonia ipse sunt; harumque sicuti partim necessariam formam antecedunt, partim eam consequuntur, uti sigillatim uidebimus; ita earundem quædam cærimoniae communes, quædam propriae sunt; Catholica ecclesiæ per orbem terrarum diffusa; dicitur enim in c. catholica d. i. i., tribus modis probatur existere; quicquid enim in ea tenetur, aut autoritas est scripturarum, aut traditio uniuersalis, aut certa, propria, & particularis institutio: sed autoritate tota constringitur; uniuersali traditione maiorum nihilominus tota; priuatis uerò constitutionibus, & proprijs informationibus uariæque pro locorum uarietate, prout cuique uisum est, & subsistit, & regitur. hæc ibi Aug. inquit, idem in e. d. multis in locis probatur, & Bon. d. 3. q. i. art. 2. p. 2. de baptisimo docuit, ac Trid. Syn. sess. 24. cap. i. de reformatione matrimonij commendauit: non immeritò autem cærimoniae huiuscemodi ab ecclesiâ institutæ sunt; nam, ut omittam nos à natura ita edoctos esse, ne statim rem, quam gerere uelimus, aggrediamur; uerum exordia quasi quædam prius, quod in fidibus fieri & Pet. Sot. e. d. 7. notauit, & nos auribus ipsis id sentimus, premittamus; cærimonijs maiori religione, ac sanctitate [id quod tãtæ rei maiestas postulat] sacrosancta hæc mysteria tractantur; cærimonia, quos sacramenta fructus ferant, eos ueluti ob oculos ponendo, ac declarando, in animis fidelium eisdem altius imprimunt, ad eaque suscipienda ipsos itidem inflammant; cærimoniae denique docmonum vim, ne à sacramentorum susceptione auocemur, eorundemue salutares fructus ne facillè perdamus, contundunt; sic enim Thom. q. 66. art. 10. in 3. p., quem Sot. d. 3. q. i. art. 10. concl. 2., & Vig. cap. 16. §. 8. uersu. 5., & Tab. in uersu. Baptismus 5. num. 12., & Petr. Sot. e. lect. 7., sequuntur, ait, & Cat. e. cap. de cærimonijs non uisimè declarauit, ut igitur cærimonijs, quas uniuersa ecclesiæ adhibet, non omittamus; ita, si quas ecclesiæ, ubi sacramenta conficimus, aut administramus, præcipuas habet, quod aliàs à nobis explicatum est, eas retinebimus: atq; de causis sacramentorum nouæ legis hætenus, de accidentibus earundem eo ordine, quo de ipsis egimus, iam agamus.

De accidentibus, quæ à fine sacramentorum nouæ legis emanant, Cap. XVI.




BSOLVTIS causis, ex quibus cum sacramenta nouæ legis constant, tum ritè conficiuntur; reliquum est ut de accidentibus, quæ ab ipsis emanant, agamus; & quoniam ab efficiente causâ dubitationes huiuscemodi oriuntur [quem enim antea seruauimus, eundem hic quoque ordinem, ac perpetuò tenebimus] dubitationes, inquam, huiuscemodi oriuntur, scilicet an & Deus efficiens causa princeps sacramentorum nouæ legis fiet; & an Christus dominus eorundem institutor, atque autor, homines uerò ministri sint; de quibus omnibus copiosè, abundèque antea pertractauimus; ideo, cum, de eisdem cur uerba iterum faciamus, causâ nulla sit, de accidentibus, quæ à causa, qui finis dicitur, descendunt, pertractemus, A' sine igitur accidentia hæc oriuntur. Primum necessitas sacramentorum

I.

mentorum institutionis, idest an nouae legis sacramenta institui omnino oportuit; id quod necesse non fuit; nam, si nec sacramenta vtiue institui debuissent, nisi ut commodius, libentiusque à nobis Deo in seruiretur; sicuti Thom. d.1. q.2. artic.1. lib.4., & q.61. art.1. in 3. parte, ac Sor. d.1. q.2. art.1. inquit [potuit quippe Deus, qui virtute, quam per sacramenta hominibus elargitur, minus se priuarat, sine sacramentis hominum genus saluum facere; vti Thom. d.e. q.2. art.1., & Sot. e. afferunt, alibi que nos comprobauimus] merito nec nouae legis sacramenta institui necesse arid oportuit; verum quod per Christi fidem iam nati, simulque mortem passi salui efficiuntur; fidem autem hanc per sacramenta tanquam per signa quadam profiteamur; ob eam rem quod Christum iam nati esse nos credere significaremus; sacramenta in noua lege [non enim ueteris iam lata sacramentis, quibus ea, quae diximus, futura tantum significabantur, id fieri potuit] iure optimo institui decuit. II. Propositum ipsius Christi in eorundem sacramentorum institutione; quod in primis Dei honor fuit; illis enim, vti caerimonijs quibudam verum Deum, vanis superstitionibus sublati, nos colere. atque venerari uoluit; sicuti à Mag. e. cap. De causa institutionis lib.4. indicatum est, & Sor. d.1. q.1. art.1. vers. Ad rei huius intelligentiam, & q.e. art.2. vers. Satis ergo pro definitione est dicere, & q.3. art.5. concl.2., & q.6. art.1. e.d., & Petr. Sot. De institutione sacram. eccl. lectione 7., & Melch. Can. de sacramentis p. p. aperte, dilucidè que id explicarunt; ac planè, cum baptismum exempli causa, poenitentiamve suscepturi sacramentis nos subiuciendo peccatorum labe pollutos nos esse agnoscamus, eiusque ablundae spem omnem in ipso Deo nos collocatam habere eorundem sacramentorum susceptione profiteamur, quis non videt tunc nos pie, sanctè que Deum colere, ac venerari? Inuoca me, per prophetam inquit Deus, in die tribulationis, erua me, & honorificabis me; ipsis autem peccatis obstringi, eisdem excrucari, atque exadi quae tribulatio, ac sollicitudo maior? quae cura grauior? quare fit, ut, sicuti sacramenta, caerimonie quadam ut essent, quibus potissimum Deum coleremus, instituta a Christo sunt; de eorundem, quos citauimus, sententia secundo loco eadem tanquam peccatorum medicinas, quoque idem instituerit. III. Causa denique propositi ipsius Christi; quae cum necessitas, quam diximus, si necessitatis nomen habere mereretur, tum utilitas fuit; haec autem quanta sit, ut praeteream, quae de horum sacramentorum fructibus generatim disputauimus, quaeque deinceps sigillatim edisseremus, hoc in praesenti non silebo his sacramentis, quasi pignoribus quibudam, uti Cat. e. cap. Cur instituta sacramenta sunt, Christum dominum nos obligatum habere; nam, cum in recentiori hac lege peccatorum ueniam, caelestem gratiam, spiritus sancti communicationem, ac denique aeternam vitam pollicitus ipse nobis sit; ne his de rebus dubitatio ulla suboriri possit, his sacramentis pollicitationes suas, quasi pignoribus, uti iam diximus, firmavit; non illud etiam praeterebo sacramentorum huiusmodi communione arctissimo inter nos vinculo nos astringi, unius Christi capitis membra nos effici, atque ad nos idcirco inter nos diligendos, amandosque excitari, atque impelli; quae quidem quamquam utilitatem, quantos fructus ferant, quis non videt? o nos felices, si taciti nobiscum haec quandoque contemplantur; o nos identidem beatos, si sacra haec mysteria non aspernaremur; addam tandem horum sacramentorum susceptione, quae animo credimus, eadem palam profitendo [quoniaam corde creditur ad iustitiam, ore uero confessio fit ad salutem] nobis aeternam vitam nos comparare; haec igitur utilitas ipsius propositi & causa, & ratio quoque fuit: atqui de accidentibus, quae à fine emanant haec tenent, ad ea, quae à materia descendunt, transeamus.

*De accidentibus, quae à materia sacramentorum nouae legis proficiuntur, (cap. XVII.)*

I.  Materia uero sacramentorum nouae legis diuisio, quae sanè multiplex est, eorundem enascitur. I. Ecce enim primò in Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, ac Matrimonium distribuuntur; uti Mag. in cap. de sacramentis lib.4., quem Thom. q.65. artic.1. in 3. parte, & Thom.

& Thom. ab Arg. d.2. q.1. art. fin., & Cat. e. cap. de numero sacramentorum, ac denique reliqui diuinarum rerum scriptores sequuntur, asserunt, nouissimeque Trid. syn., qui aliter sentiret, in can.1. sess.7. anathemate damnauit; Si quis, inquit enim ibi, dixerit sacramenta nouae legis non fuisse omnia à Iesu Christo domino instituta; aut esse plura, uel pauciora, quam septem uidelicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; aut etiam aliquod horum septem non esse uere, & propriè sacramentum anathema sit. haec Trid. Syn. inquit; unde, quod hac de re dubitemus, causa nobis nulla est: cur autem neque plura, neque pauciora septem sint; ut omittam, quae Thom. ab Arg. d.2. q.1. art. fin., & Bon. d.e. q.3. artic.1. attulerunt, his sacramentis, & à malo culpa, atque poena nos liberari, eisdemque virtutes, quibus operamur, ad pie, sanctè que operandum adiuuari, Cat., cuius ratione contenti sumus, per belle id declarauit; Homini enim ad uiuendum, vitamque seruandam, ait nanque ibidem, & ex sua, rei que publicae utilitate traducendam haec septem necessaria sunt, ut scilicet in lucem edatur; augetur; alatur; si in morbum incidat, sanetur; imbecillitas uirium reficiatur; deinde quod ad rempublicam attinet, ut magistratus nunquam desint, quorum autoritate, & imperio regatur; ac postremo legitima soboles propagatione se ipsum, & humanum genus conseruet: quae omnia quoniaam uita illi, qua anima Deo uiuit, responderè satis apparet; ex ijs facile sacramentorum numerus colligetur; primus enim est Baptismus, ueluti ceterorum ianua, quo Christo renascimur; deinde confirmatio, cuius uirtute fit, ut diuina gratia augeamur, & roboreremur; baptizatis enim iam Apostolis, ut diuus Augustinus testatur, inquit dominus, Sedere in ciuitate, donec induamini uirtute ex alto; tum Eucharistia, qua tanquam cibo uero caelesti, spiritus noster alitur, & sustineretur; de ea enim dictum est à Saluatore Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus; sequitur quarto loco Poenitentia, cuius opo sanitas amissa restituitur, postquam peccati uulnera accepimus; postea uero Extrema vnctio, qua peccatorum reliquiae tolluntur, & animi uirtutes recreantur; si quidem Diuus Iacobus, cum de hoc sacramento loqueretur, ita testatus est Et, si in peccatis sit, remittentur ei; sequitur Ordo, quo publica sacramentorum ministeria perpetuo in Ecclesia exercendi, sacræque omnes functiones exequendi potestas traditur; postremo additur Matrimonium, ut ex maris, & foemine legitima, & sancta coniunctione filij ad Dei cultum, & humani generis conseruationem pro creentur, & religiosè educentur. haec ibi Cat. tradidit; eadem quoque Thom. q.65. art.1. in 3. parte, ac Petr. Sot. de institutione sacramentorum lect.7. vers. Ex hac uero definitione, sententur. II. Si uero animi nostri uires miserande huius uitae procellis iactatas sepius defatigari; si in peccata itidem haud raro nos incidere; si corporis denique libidinibus nos non leuiter affigi contempleremur; contra uero sacramenta, quae his incommodis medentur, aliàs suscepta recentibus malis, nisi iterum ea suscipiantur, nihil mederi animaduertamus; planè, sicuti Baptismus, & Confirmatio, atque Ordo, quod scilicet uis eorum aliqua perpetuo permanet, non iterantur; ita reliquorum è contrario, quod scilicet eorum uirtus perpetuo non durat, quoties morbis, quibus ipsa medentur, laboramus, partim iterum suscipere, si salui esse uelimus, cogimur; partim in manu nostra sunt, an suscipiamus; sic enim Cat. e. cap. pen., & Thom. q.63. art.6. in 3. p. inquit; sic denique Trid. Syn. sess.7. e. can.9. asserauit. III. Eorundem consequitur tertia sacramentorum diuisio; Baptismus nanque, Confirmatio, atque Ordo, quem reliqua sacramenta non praestant, caractera quendam neque iniuria animis nostris imprimunt; his enim tantum sacramentis, ut ratio ipsa id declarat, in excelsiori, sublimiorique quodam loco ipsi collocamur; nam ecce Baptismo in Christi fidelium numerum; unde filij Dei nominamur, ac tumus aggregamur; Confirmatione in eorum ceterum, qui Christi fidem publicè, palamque profiteri, actueri ex officio debent, adscribimur; ordine demum in sacrosanctum eorum collegium, qui sacramenta administrant, cooptamur, ac duces quasi quidam constituimur; sicut ergo inter homines, qui alijs praesunt signis, atque notis quibusdam, ut uis ipse declarat, distinguuntur; ita merito in Christi ecclesia, vti Thom. quaest.61. artic.6. in 3. parte, & Petr. Sot. de primo, & proprio effectu sacramentorum lect.9., & Cat. e. cap. pen. concludunt, qui sacramenta haec suscipiunt; cum alijs praesint, ab eisdem caracteribus his inuisis merito seiunguntur. I.V. Sacramentorum quoque

II.

III.

IV.

quoque partim Ordinem, ac Matrimonium an velimus, in manu nostra est; partim Confirmationem, Extremamque vñtionem neque non nolle, neque eadem aspernari possumus; partim Baptismum, Eucharistiam, ac Pœnitentiam suscipere cogimur; nam quod ijs, qui sacris ordinibus initiantur, castitatem tacito ut noueant, necesse est; ut in cap. primo de Vot. & vot. redempt. in 6. haberur; quod itidem castitas coniugio præstantior habetur, ut Trident. Synod. de sacramento matrimonij can. 10. sess. 24. asseruerunt: sicuti ad castitatem vouendam quis cogi non potest; Integritas corporis, inquit enim Diuus Ambrosius in cap. integritas 32. quæst. 1., à nobis expetenda est, quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio; sola est enim virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest; & res magis uoti, quam præcepti est: hæc ibi Ambr., id quod Diuus Paul. multo antè illis verbis De virginibus præceptum Domini non habeo, declarauit; sicut igitur ad continentiam vouendam; atque idcirco ad sacros ordines suscipiendos compelli nequimus; ita, quò minus eam excolamus, ad matrimonium contrahendum cogi non possumus; contra verò quòd hæc verbis Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei; & Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis; & Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis, Deus æternam mortem nobis interminatus est; ob eam rem, si salui esse uelimus, horum trium sacramentorum susceptione obligamur: at reliqua denique duo si sine falacia, atque dolo prætermittamus, eam non aspernemur; quòd hæc salus nostra minus continetur, non peccamus; sacramentorum igitur tria uelle omnino cogimur; priora nò nolle nobis licet; reliqua ne aut aspernemur, nè eadem nolimus, quam diuisionem cõmuniter receptam esse in summi. 219. Franciscus à Vig. testatur, ipsi uetamur. V. Eorundem quoque alterum altero dignius, ac præstantius est, atque existimatur; sic nanque Thom. quæst. 65. artic. 3. in 3. parte, & Cat. e., & Sot. dist. 1. quæst. 6. artic. 3. inquit; sic nouissime Trid. Synod. e. de sacramentis sess. 7. can. 3. asseruerunt; Si quis, inquit enim ibi, dixerit hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit. hæc ibi sancta Synod.; si dignitatem igitur spectemus, Eucharistia cæteris longè antecedit; tum quòd reliqua, qui paulò diligentius illa attenderit, ad eam referri intelliget; tum quòd ipsemet Christus, cuius uirtus tantum in reliqua deriuat, in Eucharistia, uti est, totus continetur: si uero eorundem uel necessitatem, uel perfectionem, uel ministrum spectemus; quæ alijs hac ratione antefereamus, alia è contrario, de eorundem; quos citauimus, sententia, illis eadem ante ponemus. VI. Quædam tandem, dum aut conficiuntur, aut administrantur, sacramenta sunt, confecta, administratæ sacramenta esse desinunt; quædam uerò, quod uni Eucharistia contingit, & confecta nihilominus sacramenta appellamus, atque de vniuersa ecclesiæ sententia sacramenta uera sunt: atqui, cum de accidente, quod à materia estluit; mihi iam satis, superque dixisse uidear; ad eam quæ à forma proficiuntur, pergamus.

V.

VI.

De accidentibus, quæ à forma sacramentorum nouæ legis proficiuntur, Cap. XVIII.

I.



Forma tandem sacramentorum nouæ legis accidentia hæc proficiuntur. Primum institutionis tempus, idest, quo tempore nouæ legis sacramenta instituta sunt; quod gratia tempus, ut appellant, scilicet post Christum natum fuisse Thom. q. 61. art. 4. in 3. parte, ac Sot. d. 1. q. 2. artic. 4., & Cat. e. cap. 1. in fine, vniuersique diuinarum rerum scriptores asseruerunt; et enim, cum à Christo instituta sunt, quod iam probauimus, necessario gratia tempore instituta esse; quando id temporis, quò Christus natus est, sic dictum fuisse & Cat. e. c. 1. docuit, & Paul. ijs uerbis Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri, de Christi ortu

ortu agens perbellè significauit; gratia, inquam, tempore instituta esse concludendum est; ac sanè quis nescit antea in felicissimo innocentia statu, ubi peccata, animarum morbi non aderant, sacramenta eorum medicinas institui non oportuisse? quem itidem laet post illius innocentia parentum nostrorum culpa amissionem, cum Christus dominus eorum institutor futurus esset, uti Thom. e. q. art. 2., ac Sot. e. q. 2., vniuersique comprobant, institui quoque tunc statim non potuisse? gratia igitur tempore sacramenta instituta esse nobis fatendum est. II. Forum efficacitas, quando scilicet sacramenta hæc operari ceperunt, id quod, statim atque instituta sunt, fieri ceptum est; Aliud, dicitur enim in cap. aliud de consecr. d. 4. est baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatem; item ergo baptizabant discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius; si quos autè baptizauit Iudas, non sunt iterum baptizati; & quos baptizauit Ioanes, sunt iterum baptizati. hæc ibi Augustinus; ex his ergo, sicuti quoque Thom. q. 66. artic. 2. in 3. parte, & Sot. d. 3. q. vn. art. 2. vers. His ueruntamen non obstantibus, concludunt, sacramenta statim post ipsorum institutionem vim habuisse constar; etsi enim à Christi passione uim habebant, tamen & uiuo Christo iam cepta passio erat; postremò Christus dominus ipsi passioni uirtutem contulit; ergo, & ante passionem sacramentis eandem conferre potuisse non est, quòd dubitemus. III. Promulgationis eorundem tempus, quam, cum ea neq; ante Christi obitu, neque post statim fieri, uel commodè potuerit; morte nanque ipsius intercedente hæc nobis uti testamento relicta cõfirmari oportuit per cap. cum Marthe de celeb. miss.; antequam uerò ab inferis reuertetur, ecclesia tunc nascens Christi morte percussa in lucem non prodebat, uerum in tenebris, in tenebris abdita iacebat; ergo posteaquam à mortuis illum Deus excitauit, factam esse concludendum est. IV. Obligationis eorundem tempus, idest quò tempore ad sacramenta hæc suscipienda lege teneri homines ceperunt; id quod post eorum promulgationem factam, ac scitam fuit; non enim quis lege, antequam ipsa promulgetur, ac sciaur, apud Deum præsertim, nisi aut dolus, aut incuria intercedat, uti iuris Pontificij interpretes in c. 2. de constit. tradiderunt, obligatur. V. Ordo susceptionis, idest quòd primum, quod uel deinceps suscipi, administrarique debeat; de qua re sigillatim agemus. VI. Aetas susceptionis, quæ scilicet ætas ad unum quodque sacramentum suscipiendum requiratur; quæ, quoniam non eadem in vniuersis sacramentis requiritur; ideo, quæ nobis in singulis sacramentis suscipiendis conueniat, speciatim declarabimus. VII. Modus administrationis, atque susceptionis, quem, sicuti cuiusmodi generatim esse debeat, antea explicauimus; ita sigillatim qui conueniat, deinceps suo loco docebimus. VIII. Locus administrationis, atque susceptionis; qui sapius iacer est, atque esse debet scilicet ecclesia; ut in clem. vn. de bapt., & in authen. ut in priuat. dom. sacr. mis. non fiant, & in cap. sicut de consecr. d. p., & cap. 8. sess. 23. in Trid. Syn. de reformatione, probatur; Baptismus tamen, Eucharistia, simulque Pœnitentia, nec non Extrema vñtio, ac Matrimonium & alibi, cum ratio id suadet, administrari, confici, suscipique, quod inueterata ecclesiæ consuetudo declarat, possunt. 1. In sua parochia, diocesive situs; pœnitentia enim excepta, nec suis reliqua sacramenta quis in aliena parochia, uti de Ordine Trid. synod. cap. 5. sess. 6. de reformatione declarauit, administrare legitime potest; si tamen ab eius loci parochio licentiam huiuscemodi quis impetret, iure sacramenta, ut in cap. super Cathedram in extrauag. de sepul. probatur, & in aliena ecclesia administrabit. 2. Interdicto non subiectus; etsi enim Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, nec non in extremo uitæ spiritu Eucharistia, ut in cap. responso, & ibi Abb. notauit de senten. excomm. habetur, & nos alibi probauimus, cū administrari, tum suscipi queunt; reliqua tamen, quò minus ea administremus, ac suscipiamus, de eorundem, quæ citauimus, sententia prohibemur. IX. Tempus administrationis sacramentorum, simulque eorundem susceptionis; quòd, quando non idem omnibus conuenit, cuiusmodi aptum, accommodatumque fiet, sigillatim declarabimus. X. Nomen denique; quo res huiuscemodi nominantur; quòd multiplex est; nam, quòd apud eos, qui res diuinas scriptis tradiderunt, uti Cat. e. cap. 1. inquit, nomen hoc sacramentum rem sacram latentem declarat; ob eam rem ea, ex quibus sacramenta constant, quæ gratiam, quam conferunt, inuolucris quasi quibusdam tectam ob oculos ponunt; latinè sacramenta, atque sacra signa, græcè, mysteria, atque symbola non

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

1.

2.

IX.


X.

E incitè

*Bartholomæi Vgolini*

in scitè nominarunt; postremò, quòd sacramentis vel inflicta nobis peccatorum vulnera curantur, vel, ne iterum infligantur, nobis profunt; hac ratione medicinas itidem, ut in c. his igitur, & ibi notat glossa d. 23., habetur, vniuersique diuinarum rerum scriptores inquirunt, dixere: hæc de sacramentis generatim à nobis dicta sint, ad singula sacramenta, & primò ad Baptismum transeamus.

Tabula Baptismi sacramenti nouæ legis.




BARTHOLOMAEI VGOLINI

EX MONTE SCVTVLO IVRISCONSULTI

AC MISANI ARCHIPRESBYTERI

De Baptismo Sacramento nouæ legis Tabula.

De causa efficiente humana, quæ minister vulgò dicitur; atque de ijs, quæ necessario illi inesse debent, sibiq; cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, Cap. I.



GRAVI quidem onere; laboribusque magnis leuati sumus, absoluta tractatione de nouæ legis sacramentorum genere vniuersos reliquum igitur est, ut contento studio, cursuque ad singula pertractanda veniamus; & quoniam principem locum vindicat sibi Baptismus sacramentum [reliquorum enim, uti probabimus, fundamentum est] ideo de ipso prius eo ordine, quem hactenus obseruauimus, agamus. Efficiens igitur baptismi causa, quæ minister vulgò appellatur, sicuti generatim antea id disputauimus, ac Bon. d. 5. art. 1. q. 1. vers. Ex predictis; & Scot. d. 6. q. 1. eod. tradere, Homo est; huic autem in Baptismo administrando hæc, quæ sibi cum ceterorum sacramentorum ministris communia sunt, necessario inesse debent. Primum ut vnus sit, uti Scot. dist. 4. q. vn. art. 4. conclus. 1. declarauit; cum enim baptismi forma ab vno profertur, ab eodemque ablutio fieri, etiam si necessitas adsit, debeat, uti Scot. dist. 6. q. 2. vers. De secundo membro, & Bon. d. 5. q. 1. art. 1. vers. Solet etiam poni, & Thom. q. 67. art. 6. in 3. parte, ac Scot. d. 4. q. vn. art. 4. in responsione ad 3. argumentum, ubi alios in eadē hac sententia esse recenset, asseruerunt; planè, si alter formam proferat, alter verò baptismum suscipiētē abluat, sacramentum ab hisce minimè conferri [utpote quia forma falla redditur, uti auctores citati aiunt, atq; alibi nos idē probabimus] nemo assenescere dubitabit; minus etiā, si plures simul hoc animo, ut sibi mutuo opē ferant, simulq; baptismum conferant, præditi sint; formaq; hac idcirco in plurium numero, uti Nos te baptizamus &c. vtantur; baptismus ab hisce administrabitur; deest quippe, cum per te nepter sacramentum cōferre velit; sed alter alterius opera uti, deest, inquam, sacramenti administrandi voluntas, quam necessario requiri antea probauimus; atq; ita in additionibus 3. p. q. 67. art. 7. habetur, & Bon. d. 5. art. 1. q. 1. vers. Solet etiam quæri si plures sint, & Scot. d. 4. q. vn. art. 4. conclus. 1. affirmarunt; si tamen, cum quisque per se sacramentum hoc conferre veller [utpote, quia de sacramenti huius administratione contendunt] atque idcirco vnus quisque [reliquis, q; ad functionē hanc necessario requiruntur, adhibitis] formā hanc, Ego te baptizo &c. 3. velut grauiores viri conuenerunt, Nos te baptizamus &c. eodem profertur tempore articulo, atq; momento viurparet, sine vlla dubitatione [quamuis grauius offendantur, ut inquit Petr. Scot. eod. lect. 1. de ministro; & a quoniam illorū baptismus conferatur, ignoretur, uti Petr. Scot. ibidē, atque auctores iam citati eidē in locis, ac Scot. dist. 6. q. 2. in primo membro, & Tart. d. ead. q. 2. vers. In hac questione inquit, sine vlla, inquam, dubitatione sacramentū conferretur. II. Aliud ab eo, qui sacramentū hoc suscipit, licet nō enim quempiam se ipsum baptizare posse, & Scot. d. 6. q. 4., & Bon. d. 5. q. 1. art. 1. vers. Solet et quæri, atemque Scot. d. 3. q. vn. art. 5. in 3. argō, doctoresq; vulgò cōprobarunt; & in c. debitum extra

extra eod. habetur; Sanè intimaſi, inquit enim ibi Sum. Pontifex, quod quidam Iudæi cuius mortis articulo conſtitutus, cum inter Iudæos tantum exiſteret, in aquam ſeipſum immerſit dicendo Ego me baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti amen, & infra. Reſpondemus. quod cum inter baptizantem, & baptizatum debeat eſſe diſcretio, ſicut ex veſtibis Domini colligitur, dicens Apoſtoliſ Ite, & baptizate omnes gentes in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti; memoratus Iudæus eſt denuò ab alio baptizatus; ut oſtendatur. quod alius eſt, qui baptizatur; & alius, qui baptizat; ad quod etiam deſignandum ipſe Chriſtus non à ſeipſo, ſed à Ioãne voluit baptizari; quamvis, ſi talis continuò deceſſiſſet, ad cœleſtem patriam protinus euolaſſet propter ſacramenti fidem, & non propter ſacramentum fidei; in baptiſmo quippe illa ſpiritalis generatio celebratur, de qua veritas ait Oportet uos naſci denuò; quia, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum; ſicut ergo in carnali generatione [quia proles ex viro, & femina naſcitur] alius eſt, qui carnaliter gignit, & alius, qui carnaliter gignitur; ſic in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua, & ſpiritu ſancto renaſcitur; alius debet eſſe, qui ſpiritaliter generet; & alius, qui ſpiritaliter generetur; ſanè, cum corpus exterius, ſive cum cor interius baptizatur, oportet utrobique paternitas, & filiatio valet inueniri, quibus baptizans, & baptizatus ad inuicem referatur. Hæc ibi Romanus Pontifex; ex quibus quem ſibi ipſi baptiſmum adminiſtrare nō poſſe, etiam ſi mortis periculum impendeat, optimè conſtat; ac planè, cum ſacramenti huius virtute Deo filij naſcamur; à ſe ipſo quem naſci nequaquam poſſe; ut in c. didicimus 24. q. 1. habetur, quis ignorat? III. Ut vitam hanc viuat. IV. Ut, quemadmodum Scot. d. 6. q. 1., & Bon. d. 5. art. 1. q. prima, ac Sot. d. 4. q. vn. art. 3. verſ. Prior conſuſio, id affirmarunt, rationis vltimū habeat. V. Simulque, dum baptiſmum adminiſtrat, uti Tart. d. 6. q. 5. ibi Prima propoſitio, docuit, ſe id facere intelligat. VI. Baptiſmum adminiſtrare ſciat. VII. Illum eundem, uti Scot., art. que Sot. ibidem, ac Tart. d. 6. q. 1. verſ. Ex iſtis, docuerunt, conferre queat; quare, quoniã mutis verbis formã exprimere non poſſet, baptiſmū nec conferre ipſum poſſe Tart. eod., ac Bon. d. 5. art. 1. q. 1. meritò conſuſerunt. VIII. Itidemque ipſum conferre velit; ita enim Petr. Sot. lect. 1. de neceſſ. in miniſtro, aſſeruit. 1. Re uera; non enim baptiſmus, ſi quiſpiam ſe illum conferre ſimulet, re autem uera nolit, ut Magiſt. eod. cap. de eo, qui pro ludo mergit, ait, conferetur; ſi tamen ſacramenti huius adminiſtrandi propoſitum habeat, quamvis ſe ioco id facere ſimulet, nihilominus, ut ibidem Magiſt. docuit, quem reliqui omnes diuinarum rerum ſcriptores ſequuti ſunt, conferetur. 2. Re ipſa. 3. Saltem virtute; ita nanque Tart. ead. d. 6. q. 6. ibi Tertia propoſitio, docuit. 4. Ita, ut operatio hæc humana ſit. 5. Ac denique rem ſacram huiusmodi omnino faciat; non enim, ſi ablutio hæc alio animo à me fieret, ſacramentum conferretur; alioquin & tonſores quempiam abluendo ſacramentum hoc illi adminiſtrarent, quo quid ineptius, abſurdius que aut eſſe, aut excogitari poſſet? IX. Formam, itidemque materiã, uti baptiſmi ratio poſtulat, atque fert, de quibus paulò poſt agemus, adhibeat. X. Ei, quem ijs qualitatibus præditum non eſſe conſtat, quibus neceſſariò præditum eſſe oportere docebimus, ſacramentum ne conferat; quare, qui omnino eum reſpuit, ſuſcipereque minimè vult, baptiſmū huic ne conferat; nam, præterquam quod nihil conferatur, ut in cap. 3. §. item quaeritur extra eod. probatur, ac Thom. ab Arg. diſt. 4. q. 1. art. 3. inquit, niſi probabili inſcitia ductus id faceret, mortiferè peccat; non enim ad baptiſmum homines, ſicuti pluribus d. 5. q. vn. art. 10. hanc rem Sot. diſſeruit, cogendi metu; verum, ut in cap. qui ſincera; & in c. de Iudæis dicitur, beneuolentia alligandi ſunt; Statuimus [haberetur nanque in cap. ſicut de Iudæ.] ut nullus inuitos, vel nolentes Iudæos ad baptiſmum venire compellat; Si quis autem ad chriſtianos cauſa fidei confugerit, poſtquam voluntas eius fuerit perfeſta, chriſtianus abſque calumnia efficiatur; quippe Chriſti fidem habere non creditur, qui ad chriſtianorum baptiſmum nō ſpontaneus, ſed inuitus cogitur peruenire. Hæc ibi Rom. Pont., idem in cap. ad fidem 23. q. 5. concluditur; huic igitur baptiſmum non adminiſtrabimus. hæc de ijs, quæ baptiſmi miniſtro ineſſe neceſſariò debent; ſibi que cum aliorum ſacramentorum miniſtris communia ſunt, hæc tamen, ad ea, quæ eidem neceſſaria, ſed propria ipſius magis ſunt, veniamus.

Deijs,

De ijs, quæ miniſtri eiſdem propria magis ſunt, eidemque neceſſariò ineſſe debent, Cap. II.



V A F. miniſtri autem baptiſmi propria magis, eidemque neceſſariò ineſſe debent, hæc ſunt. Primùm, ut quò tempore formam proferat, eodem & naturali aqua baptiſmum ſuſcepturum abluat; non enim, ut ſacramentum conferatur [ſicuti Scot. d. 6. q. 3., quem Ant. And. d. 5. q. 4., ac Tart. d. 6. q. 3. verſ. Etſi quaeratur, ac Ioan. Nid. in expoſt. 3. præcepti decal. c. 3. in litera F, ſimulque Cat. e. ſequuti ſunt, aſſeruit] alterum altero prius fieri debet; etenim; cum materia, & forma partes eæ ſunt, ex quibus ſacramentum conſtat; ſi altera alteram ſubſequatur, atque ita ſimul non copulètur, nihil fiet: ſimul autem ita interpretatur, ut, antequam horum alterum experum eſt, ut forma; alterum, ideſt ablutio, uti materia, ceptum ſit; vel è contrario; non enim aqua in puerum prius eſfundi, ac deinde eſſuſa aqua, forma proferri debet; verum ante formæ enunciationem expletã, ablutionem ceptam eſſe [uti citati autores eiſdem ſcriptis memoriæ mandarunt] neceſſe eſt; quare ex his conſtat, eſſi non eo prorsus temporis puncto & forma, & ablutio cepta, abſolutaque ſunt [hoc enim vix fieri poſſet; atque idcirco minimè nos, quòd ijdem affirmarunt, eo benignus Deus obligauit] tamen, ſi antequam alterum ipſorum expleatur, ceptum ſaltem alterum fuerit, de communi doctõrũ ſententia id ſat eſſe. II. Ut ablutionem hanc; quemadmodum Thom. d. 3. q. 4. artic. 4., & q. 66. artic. 7. in 3. parte, quem Sot. diſt. 3. q. vn. art. 7., ac Tab., & Sylueſt. in verbo Baptiſmus ſ. ſequuntur, probauit, aut aſperſione, aut eſſuſione, aut merſione faciat; etenim, cum is, qui baptiſmum ſuſcepturus eſt, abluat, ſeu aqua tingi debeat; quò ſcilicet peccatorum lotio, quæ intrinſecus ſit, extrinſecus [quod ſacramenti proprium eſt] ſignificetur; planè, cum id altero ex tribus tantum modis fieri queat; eſſi, quo nam utamur, in manu noſtra eſt; alterum tamè, quemadmodum citati autores ibidem docent, ut adhibeamus, neceſſe eſt: ſumma verò ratione ut altero ex tribus his modis ſacramentum conferatur; nobis datum fuit; nam, ut miniſtri, ſacramentumve ſuſcepturi imbecillitatem omittant; ſi aquæ ſumma paucitas; eorum verò, qui baptiſmo initiandi ſunt, frequens humerus ad eſſet; planè aut nulla omnino merſio, aut non commodè, uti eiſdem aſperſio, eſſuſiove, ſicuti ijdem doctores inquirunt; fieri poſſet; quare, qui aquæ copiam non haberet, etiam ſi mortis periculum impenderet; neque in puteum, in flumeneve baptiſmo initiandum proicere debet [non enim proiectio illa ad abluendum, ſed ad obruendum accomodata eſt] neque, ſi proiceret [ut Bacch. d. 4. q. 1. art. primo, & Scot. d. 5. q. 3., quem Tart. d. 4. q. 3. in primo membro verſ. Secundo dato; atque Ant. And. e. diſt. q. 3. in fine, ſequuntur, aſſeruerunt] baptiſmus conferetur. 1. Ita, ut baptiſmum ſuſcepturi pars corporis aliqua naturali aqua tangatur; ita nanque Sot. d. 3. q. vn. artic. 7. in fine docuit; etenim, Quæ, uti Auguſtinus in cap. Detrahe 1. q. 1. inquit, Quæ tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, mentem abluat? ac ſanè, cum ablutio intercedere altero ex iam dictis modis debeat, uti probauimus; ſi corporis pars ulla minus aqua tangatur; ablutio hæc, baptiſmus qui conficietur? poſtremo, ſi hoc daremus; & qui in lucem nõdum editus, ſed in ventre matris eſt [quo nihil abſurdius] baptiſmum ſuſcipere hunc poſſe concludendum eſſet; omnino igitur, quò aqua baptiſmum ſuſcepturum tangat, ut miniſter curet, neceſſe eſt: hæc de ijs, quæ miniſtro baptiſmi neceſſariò ineſſe debent hæc tamen, ad ea, quæ eidem ineſſe debent, quamvis non neceſſariò, ſibi que cum reliquorum ſacramentorum miniſtris communia ſunt, tranſeamus.

Deijs,

Deijs,

De iis, quae causa efficienti humana baptismi scilicet ministro inesse, quibus non necessario, debent, sibiq; cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, (ap. III.

**I.** **E** A verò, quae ministro baptismi cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, eidemque inesse, quamuis non necessario, debet, haec habemus. Primum ne mortiferi peccati culpa scias, uti generatim antea probauimus, atque in cap. Baptismus talis est de consecr. d. 4. dicitur, pollutus sit; alioquin, etsi, ab huiuscemodi peccatore ministro baptismus conferatur, eum ualere in cap. si inter bonos cum quatuor sequent., & in cap. aliud est baptizare, & in cap. quomodo e. d., habetur; ac Tart. d. 5. in principio, & Bon. d. e. q. 1. artic. 2., itemque Thom. ab Arg. d. e. q. 1. artic. primo, & Magist. e. c. quod baptismus aequè sanctus, constanter asseruerunt; immo eundem effectum, quem, si à bonis ministratur, nos consequi, ab hocce si conferatur, verè affirmarunt, atque in dictis iuribus, & in cap. cum tantum de consecr. d. e. aperte probatur; Cum tantum, inquit enim ibi Augustinus, ualeat baptismus per hominem contempribilem, quantum per Apostolum datus; ita nec istius, nec illius, sed Christi esse cognoscitur. haec inquit ibi August. idemque in quinque sequent. cap. innuitur; etsi igitur, inquam, ab huiuscemodi ministro baptismus conferatur; quin tamen graui, mortiferoque peccato se obstringat [uti vniuersè antea probauimus] etiam si necessitate urgente, sine solemnibus caerimonijs baptismus ministratur, id quod doctores vulgo Syl. e. 3. num. 6. improbasse testatur, meo iudicio verè negari non potest; ac sanè, cum in quocumque sacramento ministrando, ut quis conteratur, uel se conteri non posse, ut doleat, necesse esse antea docuerimus; idque ubique locorum, & quocumque tempore, uel breui spatio fieri queat; Quacumque enim hora ingemuerit peccator peccata sua, nō recordabor amplius, inquit Dominus; & facienti, quantum in se est, non denegat eidem gratiam Deus; planè, cui iuri contraria opinio nitatur; quae paulo sumiori ratione probetur, non video; non enim primò, quòd cuique in huiuscemodi casti, ut baptismum ministraret, permiffum est, idcirco hic peccati immunitatem consequitur; potestas enim cuiusque rei gerendae suis praedita qualitatibus condonatur; argumento l. si quando C. de inoffic. testam., ut verò puro, & non mortifera culpa contaminato animo sacramentum à ministro conferatur, diuino iure in primis [Estote enim sancti; quia sanctus ego sum, inquit Deus] cautum est; non deinde quòd, ne hi peccarent, baptismum administrare nollent, quicquid etià facit, quae res sacramentum hoc suscepturo aeternam mortem quandoque afferret; nam nihilominus, uti in cap. quicumque presbyter de consecr. d. 4. dicitur, poenam culpae non effugiunt; Quicumque presbyter, dicitur enim ibi, in prouincia propria, uel in alia, uel ubicumque inuentus fuerit, ubi commendatum sibi infirmum baptizare noluerit, uel pro intentione itineris, uel de aliqua excusatione; & sic sine baptismo moritur, deponatur. haec inquit ibi Romanus Pontifex; nulla igitur causa, nullaque excusatio, si baptismum non conferat, quem à peccato liberat; non denique, quòd temporis angustia [nisi obliuione, probabiliq; incitua id fiat, argumento §. imperitia, & ibi gloss. in Instit. de l. aquilia; non enim eo, quod quis haud potest, obligatur, hicque contraria opinio locum habebit] non denique, inquam, quòd temporis angustia con. eri nequeant; excusantur; generatim enim conteri, atque ita, quantum possunt, efficere, ne offendant, eniti debet, in baptismo igitur conferendo minister [sicuti antea tradidimus] ut mortifera peccata detestetur, uel si minus illud possit, id doleat, saltem necesse est. II. Ne censura ecclesiastica irretitus sit; quamuis enim si is, qui penis his constrictus tenetur, baptismum ministraret; uti Bon. d. 5. q. 2. artic. 1. q. fin., & Scot. d. e. q. prima, ac Magist. e. cap. Quibus licet baptizare, simulque reliqui diuinarum rerum scriptores senserunt, ualeat: graue tamen scelus, & ab hoc in se suscipi [etiam si peccati, cuius gratia censuris implicatus est, nisi necessitas adsit, eum peniteat] dubitari non potest; nam contritione peccati culpa deletur, censura

verò [scilicet in sacramentorum administratione priuatus est] eo, qui illam tulit, aliòve, qui iurisdictionem hanc habeat volente non ipsa contritione tollitur, at cum necessitas adest; quoniam, qui poena huiuscemodi hunc affecit, in hoc casu animarum salutis gratia rogatum illi facultatem baptismi administrandi daturum fuisse uerisimile est, argumento cap. non dubium, & cap. quod de his, & c. quamuis de sentent. excomm., & cap. si quis suadente diabolo, d. 17., & argum. eorum, quae Trid. synod. cap. 7. sess. 14. de penit. docuit, quibus in locis, qui ab excommunicatione, uel à peccatis alijs absolueri non potest, si mors impendeat, ut id queat, permittitur] ergo, quemadmodum Gloss. communiter à iuris interpretibus comprobata in l. tale pactum §. fin. ff. de pactis asseruit, perinde atque, si id huic permiffisset, habendum est; constat igitur ex his haereticis, atque symmaticis; quoniam à iure in c. nouerit de sentent. excomm. in antiq., & in c. excommunicamus primo. & 2. e. in 6. anathemate damnati sunt, & singulis annis sacrosancto Iouis die à Romano Pontifice dānantur [si grauius offendere nolint] baptismum conferre, atque administrare minus licere: ab huic nihilominus si conferatur, ratum itidem firmumque ecclesia habet, uti in cap. siue haereticus de consecr. d. 4. probatur; Siue haereticus, siue symmaticus, siue facinorosus quisque, dñ enim ibi in confessione sanctae Trinitatis baptizet; non ualet ille, qui baptizatus est, à bonis catholicis rebaptizari; ne confessio, uel inuocatio tanti nominis uideatur annullari: haec inquit ibi Beda; idem in cap. si qui apud illos haereticos, cum sequent., & in cap. ostenditur, & in cap. nullus autem negat, & in c. non in uobis cum duobus sequent. e. d. habetur, ac nouissimè contrarium sentientes, Triden. syn. e. sess. 7. can. 4. anathemate damnauit; Si quis, inquit enim ibi, dixerit baptismum, qui etiam datur ab haereticis in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, cum intentione faciendi, quod facit ecclesia, non esse uerum baptismum, anathema sit. haec Trid. synod., quae autem de eo, qui excommunicatione alligatus est, diximus. eadem de eo, cui suspensione, uel interdicto, ne sacramenta ministraret, prohibitum est, dicta existimabis. III. Ut eius finis gratia, cuius institutus est, baptismum administrandi propositum, ac uoluntatem, habeat; hoc enim propositum, haec uoluntas intentio illa est, quam rectam, uti generatim diximus, diuinarum rerum scriptores nominarunt; necessariam uerò non esse in baptismi administratione, atque idcirco sine ea nihilominus sacramentum hoc confici Thom. d. 6. q. 2. artic. 2. lib. 4., quem Syluest. in verb. Baptismus 3. num. 12., ac Tab. e. 6. num. 11. sequuntur; & Bon. d. 6. q. 2. art. 2. p. secunda, simulque Pet. Sot. e. lect. 1. de necessarijs baptismi ministro, ac denique, qui hac de re ab ecclesia non aberrantes scripsere, affirmarunt; non igitur mercedem ullam à baptismum suscepturo pacisci, non tacitò huiuscemodi commodum spectare [quamuis, si quid sponte offeratur, suscipi possit] ut simoniae uitium euadet, ullo modo debet; ita namque in cap. baptizandis, & in c. placuit 1. q. 1. probatur. 1. Re ipsa, & ita actu, ut aiunt propositum hoc habeat; ne quopiam enim mens uagetur, diligenter ministro curadum esse Thom. e. d. 6. q. 2. art. 1. in respōsione ad quartū argum. admonuit; conferri tñ sacramentum, & hoc nō adhibito Thom. ibidē, ac Syl. e. 3. nu. 2. cōprobarunt. 2. Libenterq; conferat; si tamē uoluntas baptismi conferendi adsit; libēs, an inuitus faciat, nihil interest, argum. c. 3. §. item quaritur extra eod. IV. Caerimonias, de quibus postea agemus, omnino, nisi tēporis angustia prohibeatur, ob rationes, quas generatim reddidimus, adhibeat. V. Ut, sicuti Thom. q. 67. art. 4. in 3. p., ac Nauar. in Man. c. 22. in fine, & Syl. e. 3. nu. 1., simulque Tab. e. 6., atq; Ioseph. Angl. q. 3. e. c. 1. cōcl. 4. asseruerunt, eum, cui baptismum confert, sub ius, iurisdictionēque suam propriam, uel ab alio sibi mandatam huiuscemodi habeat; quare, si contra fiat [etsi baptismus cōfertur, ut citati autores aiunt] peccare tamen hunc Nauar. e. in loco, ac Tab. ibidem declararunt; non igitur alterius parochi iurisdictioni subiectos baptizare, nisi necessitas adsit, nobis licet; tunc enim baptismus, quemadmodum ab eisdem eod. in loco probatur, à quocumque administrari potest; nanque in cap. in necessitate de consecr. d. e. August. inquit, in necessitate cum Episcopi, aut presbyteri, aut quilibet ministrorum nō inueniuntur; & urget periculum eius, qui petit; ne sine isto sacramento hanc uitam finiat, etiam laicos solere dare sacramentum, quod acceperunt, solemus audire. haec inquit ibi diuus August., facit quoque cap. mulier, & cap. constat, & cap. Romanus cum sequenti, & c. solet e. d. VI. Ne ei, quem in mortifero peccato persequere certò sit, baptismum ministraret; etsi

III.

I.

2.

IV.

V.

VI.

F enim,



enim, si conferatur communi diuinarum rerum scriptorum iudicio, ac sententia, ut Syl. c. 4. num. 3. inquit, ualet; si tamen culpae poenam effugere velimus, huic sacramentum hoc tribuere nullo modo debemus; sic enim Thom. q. 68. art. 4. in 3. parte, quem Sot. d. 5. q. vn. art. 4. concl. 2. vbi pluribus hanc rem pertractauit, ac Syluest. eod. 4. versic. 4. sequuntur, asseruit; sic nouissime Cat. c. cap. Quomodo affectos esse oporteat eos, qui baptizandi sunt, copiose, dilucidè declarauit; cum enim suscepturis baptismum praefer voluntatem, fidem quoque ad sacramenti gratiam consequendam maximè necessariam probasset, hac praererea adiecit, Deinde, ut quemlibet admissorum scelerum, & malè actae vitae poeniteat; atque, ut idè in posterum à peccatis omnibus abstinere statuat, opus est; aliter enim, qui ita baptismum peteret, ut tamen peccandi consuetudinem nollet emendare, omnino repellendus est; nihil enim baptismi gratiae, & virtuti adeo repugnat, quam eorum mens, & consilium, qui nullum vnquam peccandi finem sibi constituunt; cum itaque baptismus ob eam rem expetendus sit, ut Christum induamus, & cum eo coniungamur; planè constat meritò à sacra ablutione reiiciendum esse, cui in vitijs, & peccatis perseverare propositum est; praesertim verò, quia nihil eorum, quae ad Christum, & ecclesiam pertinent, frustra suscipiendum est, inanemque baptismum [si iustitiae, & salutis gratiam spectemus] in eo futuram esse satis intelligimus, qui secundum carnem ambulare, non secundum spiritum cogitat; etsi, quod ad sacramentum pertinet, perfectam eius rationem sine ulla dubitatione consequitur, &c. haec inquit ibi Cat.; ex quibus, etiam si baptismus suscipiatur, in peccato tamen mortifero perseveranti conferendum non esse satis iam satis constat. VII. Ne ei, quem ad baptismum suscipiendum non spontè duci certo sit, quàmuis baptizari velit, sacramentum hoc conferat, uti probatur in cap. qui sincera, & in c. de Iudaeis d. 45., & in cap. 3. in §. item quaeritur extra eodem; etsi enim is baptismum suscipit, quod dictis iuribus probatur; ad Christi quae fidem seruandam, ut in dicto §. idem quaeritur habemus, cogitur, & d. 4. Scot. q. 4., itemque Sot. d. 5. q. vn. art. 7. concl. 2. inquit, opinionemque hanc communiter receptam Bon. d. 4. art. 2. q. 1. p. p. testatur; sicuti tamen VIII. gratia ipsè priuatur, ita minister hic grauiter offendit. VIII. Ne ei denique, qui rationis vti caret, baptismum administret; huic enim, ut in cap. 3. §. dormientes probatur [infantibus exc. ptis, quorum baptismus ob pericula, quibus aetas illa magis obiecta est, non differtur] nisi necessitas adsit, baptismum administrare ecclesia non contineuit; atque de his haec tenus; ad ea, quae ministri sacramenti huius propria sunt, inesseque ei, quamuis non necessariò, debent, transcamus.

*De ijs, quae ministri baptismi magis propria sunt, esseque ei, quamuis non necessariò, debent, Cap. IIII.*

I.



MINISTRI denique baptismi, quae magis propria sunt, quaeque illi in esse, quamuis non necessariò, debent haec sunt. Primum, ut vir fiet; cum enim ad sacerdotem baptismi functio, uti paulò post probabimus, pertineat; sacerdotij autem dignitas à muliere, sicuti suo loco videbimus, suscipi non possit; ergo, ut vir sit, sine ulla dubitatione concludendum nobis est; non mulier igitur baptismum administrare, quamuis si eum administret, coneratur, debet; planè, si vitae periculum eius, qui baptismum initiandus est, immineat, simulque vir quispiam, qui baptismum conferre aut velit, aut sciat, praesens non adsit; tunc mulier sine ulla offensione baptismum ministrabit; ita enim in c. mulier de conte. d. 4., in §. carthaginiensi synodo declaratum esse probatur; Mulier, dicitur enim, quamuis docta, & sancta viros in conuentu docere, vel aliquos baptizare non praesumat, nisi necessitate mortis urgente, & in c. super quibus 30. q. 3. à Romano Pontifice conclusum habetur; atque sic denique vniuersa, quae attulimus, Thom. q. 67. art. 4. in 3. p., & Scot. d. 6. q. 1., & Pet. Sot. e. lect. 1. de min. & Bon. d. 5. q. 4. art. 1., & Thom. ab Arg. d. 5. q. 1., ac, sicut inquit Syl. e. 3. vniuersi comprobantur; munus igitur hoc mulier, nisi necessitas adsit, ne viurpet; alioquin grauissimè, nisi pietas, vel inciticia illam excuset, ut citati

autores

autores asseruerunt, & in c. quòd quidam vers. quod etsi laicus i. q. 1. dicitur, peccabit. II. Baptismum susceperit; cum enim baptizandi munus sacerdotis proprium sit, uti mox probabimus; sacerdos verò, qui baptismum non susceperit, esse nequeat; ut in toto tit. de cler. non bapt. min. habetur; ergo baptismi minister, baptismum ipse prius suscepisse necessariò debet; ratum tamen, & ab hoc si conferatur, sacramentum est; ut in c. Romanus de consecr. d. 4., & in c. a quodam iudaeo, & in c. solet etiam quaeri ead. d. probatur; ac Thom. q. 64. art. 5. in 3. p., itemque Syl. e. constanter id asseruerunt; quamuis & hic nouo scelere [nisi necessitate compulsus id faciat,] se obstringat; non enim meliori conditione, ac Christi fideles sunt, esse hinc debere hac in re villo modo par est. III. Sacerdos sit; ita enim in c. constat de consecr. d. 4. probatur; Constat, dicitur enim ibi, baptismum à solis sacerdotibus esse tractandum, eiusque misterium nec ipsis diaconibus explere est licitum absque episcopo, vel praesbytero, nisi ijs procul absentibus, vltima languoris necessitas cogat, quod & laicis fidelibus plerumque permittitur. haec ibi Augustinus, ita in c. diaconos d. 33., & in c. 1. §. ad diaconum d. 25. dicitur; atque ita denique magis. e. cap. Quibus licet baptizare, quem Thom. d. 5. q. 4., & Sot. d. 4. q. vn. art. 1. concl. 1., & Scot. d. 6. q. 1., itemque Bon. d. 5. art. 1. q. 1., & Thom. ab Arg. d. e. q. 1. art. 2., & Petr. Sot. e. lect. 1. de minist. nec non Tart. d. 6. q. 1. vers. secunda questio, diuinarumque rerum scriptores vniuersi, nouissimeque Cat. c. cap. de ministro, sequuntur, asseruit; etenim, cum per baptismum in ecclesiam hanc, uti sacrosanctum collegium quoddam quis cooptetur; id autem, uti Scot., ac citati autores ibidem inquirunt, ab eo, qui principem in collegio locum obtinet, fieri debeat; meritò sacerdotum, qui ecclesiae praesunt, in quam baptismum cooptamur, baptismi conferendi munus proprium est; postremò eucharistia, cuius quis baptismi susceptione particeps sit, ab ipsis tantum sacerdotibus confici, administrarique potest; sicut ergo sacramentum illud ut consecrent, consecratumque distribuât, ipsis solum permissum est; sic & baptismum, sine quo sanctissimo eo cibo uti non possumus, conficiendi potestatem meritò condonata eis esse de eorundem, quos citauimus, sententia concludere debemus; ex his igitur baptismum à reliquis Christi fidelibus [cum sacerdotum munus proprium sit] conferri non debere asserendum est, argum. c. non de praesump., & l. cum praetor, ff. de iud.; ac sanè, si à quocunque confici posset, cur, si ab alio administraretur [modò necessitas non adsit] eum peccare Petr. Sot. e. lect. 1. de ministro affirmaret? cur viri, ut in c. 1. de cler. non ord. min. notatur, ac Syl. e. 3. inquit, irregulares fierent? si tamen, & ab ipsis conferatur, ratum ipsum haberi nemo est, qui iure id dubitet; sic enim & apostolos, antequam sacerdotij dignitate praediti essent, id quod in nouissima cena factum est, baptismum administrasse, nec tunc baptismum ab ipsis initiatos iterum salutaribus illis aquis ablutos fuisse memoriae proditum est; sic Augustinus in c. aliud de consecr. d. 4. docuit, atque in c. in necessitate de consecr. d. e. comprobatur; In necessitate, dicitur enim ibi, cum episcopi, aut praesbyteri, aut quilibet ministrorum non inueniuntur; & vrget periculum eius, qui petit; ne sine isto sacramento hanc vitam finiat, & laicos solere dare sacramentum, quod acceperunt, solemus audire; idem in c. quod quidam prima q. 1. August. asseruit; Quod etsi laicus, inquit ipse, alicui perenti necessitate compulsus baptismum dederit, quod cum ipse acciperet, quomodo dandum esset alicui, didicit; nescio, an quisquam dixerit pie esse reperendum; nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est; si autem necessitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictum est; sed, si in nulla necessitate viurpetur, & à quolibet cuiilibet detur; quod datum fuerit, non potest dici non datum; quamuis rectè dici possit illicitè datum. haec ibi Augustinus; ex his igitur baptismum, à quocunque ipse conferatur, valere, quamuis sacerdos ordinarius minister, extraordinarij verò reliqui sint, perspicuum satis est, perbellèque constat: verum; quoniam, ut vir, & baptismum initiatus, & sacerdotio praeditus fiet, & ut iurisdictionem hanc habeat, in ministro requiritur; si in reliquis, quae ad functionem hanc pertinent, plures pares fuerint, sicuti vir mulieri; baptismum initiatus ei, qui baptismum non suscepit; sic sacerdos non sacerdoti; iurisdictionem hanc habens eam non habenti, atque, ut vno verbo dicam, dignior manus digno praefertur, baptismumque ministrabit; sic enim Sot. d. 4. q. 1. art. 2. conclus. 3., & Cat. e. cap. de ministro, inquit, sic Nauar. e. id receptum esse testatur: non idcirco tamen, si a norma huiusmodi

- discedatur, modo sacerdos praesens non ad sit, mulier exempli causa praesentem viro non sacerdote baptismum administrans, cum eiusdem munus sibi non assumat, de Soti sententia d. 4. q. 1. arti. 2. vers. circa tertium mortifere peccabit. IV. Super pelliceo; stolaque exornatus sit; ornamenta enim haec, quod & generatim declarauimus, maiorem dignitatem rei, quam administramus, praeserunt; eadem Christi fideles, quod maiori pietate, ac religione baptismum suscipiant; tacito admonent; accedit Romanae Ecclesiae non aspernandus ritus, a quo discedere minus considerati hominis, ne arrogantis dicam, esse videtur; ne igitur mortifere peccemus; ne in irregularitatem, in quam horum omissione nos incidere d. 4. q. 1. art. 3. conclus. 2. Sot. asseruit, aliosque idem sentire recensuit, incidamus; vestitu hoc induti, modo temporis angustia non prohibeamur, baptismum conferamus. V. Quor; quique eius, qui baptismum initiandus est, susceptores futuri sint, suscipietur, eisdemque certos designet; non enim tempestate nostra plures duobus, sed sane pauciores esse possunt; Parochus, inquit enim Tridentina Syn. in cap. 2. sessione 24. de reform. matr., antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, suscipietur, quem, vel quos elegerint, ut baptizandum de sacro fonti suscipiat; & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat; & in libro eorum nomina describat; doceatque eos, quam cognitionem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant; quod si alij ultra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spirituale nullo pacto contrahant, constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus; si parochi culpa, vel negligentia secus factum fuerit, arbitrio ordinarij puniatur. haec Trid. Syn.; vel vnus igitur, vna ve, atque idcirco vir, mulier ve; vel duo viri, vel duae mulieres de sacro fonte quempiam suscipiant, nihil interest; etiam enim sancta Syn. vnam, & vnam proposuit; non idcirco tamen, quin mulieres duae; viri ve duo id minus possint; prohibuit, verum id, quod saepius fieri consuevit, intuens, atque ob oculos habens, vni, & vna expressit; quare, si contra fiat, non minus idcirco actus valebit; quid vero, si susceptores designati non sint; an, si plures duobus sient, spiritualis cognatio contrahetur; plane, quoniam eadem Synodus huic non prospexit; quodque cognationem non magis ab hoc, quam ab illo contractam esse affirmare possumus, a nemine autem obli. quoties ff. de verb. oblig. & l. quoties ff. de rebus dub., contractam interpretari non debemus; ideo uetusto iure, quod in cap. fin. de cogn. spir. in 6. habetur, hac in re a sancta Synodo minus derogatum esse existimantes, id quod fieri, dum dubij sumus, debet, ut in l. iubemus C. de testam., & in l. praecipimus C. de appell. notatur, uniuersos, qui susceptores fuerint, cognationem hanc contraxisse affirmabimus; sic etenim in conuentibus huius de rebus a nobis alias habitis conclusimus, sic Nauarum in Manuali in capite 22. num. 39. sensisse postea repetimus. VI. Exorcismis, catechismo, reliquisque solemnibus caerimonijs, de quibus supra tractabitur, ad functionem hanc adhibitis baptismum conferat; haec enim, sicuti & vestitus iam dictus, quae si sacerdotio non initiati, uel in necessitate usurpent, modo probabilis infertia eos non excuset, & mortifere peccant, & viri, ut de communi sententia d. 4. q. 1. art. 2. in fine, & art. 3. concl. 1. & 3. ead. q. testatur Sot., atque asserit, irregulares fiunt; haec, inquam, si a sacerdotibus, ad quos de eiusdem Soti ibidem sententia, & de Cat. consilio in cap. de ministro, sollemnis baptismi administratio pertinet, sine causa praetermittantur, eodem scelere, quemadmodum Sot. e. art. 3. concl. 2., ac Tab. e. num. 9. concludunt, se contaminant: baptismum tamen quin conferatur; quoniam horum praeteritio baptismi naturam non immutat, quam ob rem quis dubitet, causa nulla est. VII. Ut loci conuetudo non improbatam postulat, abluentionem hanc faciat; ut in cap. de trina de consecr. d. 4. probatur, atque Thomas d. 3. q. 4. artic. 1. lib. 4., & Cat. e. cap. de materia abluentionis, tenferunt; etenim consuetudinem legis vim habere in §. ius autem non scriptum in instit. de iur. nat., gent., & ciuil., & in l. de quibus cum multis sequentibus ff. de leg., & in cap. conuetudo d. prima, & in cap. diuturni mores d. 12. habetur; ne in peccatum ergo incidamus, uti Thomas eodem in loco inquit, ubi eum, qui baptismum initiatur, in aquam mergi consuevit, ibi merfione in hac functione utemur; ubi vero eundem aspergi aqua mos est, ibidem morem illum seruabimus; si denique id quod frequenter hodie fit in baptizandos aqua effundi solet, neque rationem hanc aspernamur; ad summam loci conuetudinem non improbatam, quantum fieri poterit, retinebimus, vel hac

tamen

tamen, uel illa abluentionis ratione adhibita baptismum administratur, de eorundem, quos citauimus; sententia, sacramentum constabit; etenim, cum hoc, illo modo utamur, abluentio, quam hic requirimus, fiat; plane, quamcunque usurpabimus argumeto §. si plures in instit. de haer. d. instit., nihil intererit: quamuis, si merfione cuiuspiam baptismum administramus, eaque tripartita utamur, etsi cum priori merfione enunciata forma sacramentum extat, atque conficitur, ut Bon. d. 3. art. 2. q. prima, ac Sot. d. 3. q. vn. art. 8. argument. 3. inquit; merfiones tamen reliquas, uti, quae sacra illa mysteria, de quibus in citato cap. de trina dicitur, significant, una cum Sot. adhibendas esse existimamus; baptismus igitur uel una merfione facta [modo forma uniuersa cum ipsa enuncietur] constabit; si autem, nisi trina merfione perfecta baptismi conferendi propositum non habeat, cum priorique merfione forma tota enuncietur, nihil omnino de Soti sententia in dist. 3. q. vn. art. 8. argument. 3.; fiet; non enim priore abluentione; quia tunc non uult; non uniuersis absolutis, quia non potest; tum quod forma, quam enunciata cum priori merfione facimus, cum materia non concurrat; tum quod sacramenti effectus enunciata forma statim confertur; non uero pendet, ut alias dixi, neque gradatim condonatur. I. Quaecunque autem abluentionis ratio ad baptismi administrationem adhibebitur; ad eam, quatenus fieri potest, minister se accommodet potiorique, atque magis idonea utatur; quare effusione baptismum administrans ualculo aquae pleno in manus sumpto aquam in eum, qui baptismum suscipit, effundet; si tamen uas quodpiam supra ministri caput alligaretur, isque dimisso capite aquam in eum, qui baptismum initiatur, effunderet; etsi, cum aliter potest, id fieri non debet; sacramentum nihilominus conferri de Caietani sententia d. 4. q. vn. art. 2. argument. 3. Sot. asseruit; si uero merfione, tunc in manibus puerum tenens in aquam illum mergat, indeque tollat, uel si minus id possit, funiculo ratione quapiam alligatum puerum ita, ut ne obruatur, in flumen, puteumve immittens, dum aqua puer tangit, ornam enunciet; sic enim baptismus, uti Bacch. d. 4. q. 1. artic. primo, & Tart. d. e. q. 3., ac Sot. d. 3. q. vn. art. 3. in quarta propositione, ubi communiter opinionem hanc receptam esse testatur, asseruit, sine dubio administrabitur. VIII. Baptismum suscepturo ut clarum, illustreque sancti cuiuspiam nomen imponatur, elaboret; tum quod huiusmodi nomina ingenui animi, futuraeque felicitatis indicio non nunquam sunt, quod in Sanctis Benedicto, Felice, Machario, aliisque contigisse scimus; tum quod ad eorum, quorum nomine nuncupamur, egregios mores, sanctitatemque imitandam nos inuitant, atque quodam modo compellunt; ac sane quis, si Franciscus nominetur, non eius sanctissimi viri nomine quodam quasi sibi stimulo iniecto, ne se indignum eo prebeat, a vitijs saepius auertatur? quis eiusdem memoria ad pietatem quandoque non excitetur? quis illum sibi aduocatum, ac patronum apud Deum non paret? haec igitur, haec sanctorum nomina, non gentium, quae superbiam, imanitatemque potius quandam praeserunt, atque ostentant imponenda sunt; haec, haec uel plurimo auro, uti uxorem suam pontificij iuris interpretes eximus Ioan. And. in c. gratis de pos. dicere consueuisse recenset, filijs comparanda sunt; etenim non modo, ne quis prior ex multis, qui delictum commiserunt, cum dubitatur, a quo exordienda quaestio sit, quaestioni subijciatur, efficiunt, ut Marf. in l. prima in colum. 16. de quaest. asseruit; uerum a delicto, nisi se suo nomine indignum prebere malit, prorsus liberant; quod igitur utilitatem tantam asserit; quod ipsi Deo in Ioanne Baptista, in ijs, quos charissimos habuit, in filio denique ipso curae fuit, id homines ne aspernentur, sacramenti huius ministri baptismum suscepturos, eorundemve parentes, uti Cat. e. tradidit, hac de re admonerunt. IX. Iis denique, quibus baptismum administrat, pro peccatis, quibus antea stricti tenebantur, quasi baptismum ea non expientur, poenas ne inferat; Nam sancta Ecclesia, inquit enim Cat. e. cap. de fructibus, semper intellexit sine maxima sacramenti iniuria fieri non posse, ut ei, qui baptismum expiandus sit, eiusdem pietatis officia, quae uisitate nomine sancti patres opera satisfactionis uocant, imponantur; Sine penitentia, aut quoque Sanctus Ambrosius in cap. sine de consecr. dist. quarta, sunt dona, & uocatio Dei; quia gratia Dei in baptumate non requirit gemitum, non requirit planctum, uel opus aliquod, sed solum fidem; & omnia gratis condonat. haec ibi Diuus Ambrosius; atque merito, etsi enim omnibus sacramentis hoc commune est, ut per illa uirtus passionis Christi Domini nobis communicetur; per baptismum tamen solum, uti Cat. e. ait, Christo

Christo commoritur, & sepelitur; si Christi mortem ergo hac in re obimus, uti Sot. d. 5. q. vn. art. 5. interpretatus est, Christi morte pro delictis, sceleribusque nostris abunde satisfactum esse quis, qui Christi fidem profiteretur, id non fateatur? qui tamē baptismum suscepturo peccata is opera quaequam imponeret, quod maiori religione baptismum suscipere. et; quod ecclesia antiquitus id factitabat, ut in c. agunt cum seq. e. d. st. habetur, hunc non improbarem: hæc de causa efficiente baptismi hæcenus, ad eiusdem effectus, ad eos que primò, qui communes sunt, traieciamus.

De effectu communi, ac principe sacramenti baptismi Cap. V.



QVONIAM igitur baptismi effectuum partim communes sibi cum reliquis sacramentis, partim proprii habentur; & communium in hac vita nonnulli, quorum alij per se, alij per accidens sunt; nonnulli in alia vita nobis condantur; ideo prius de his, qui communes, ac per se sunt, in hacque vita tribuntur, ac primo de eorundem principe agamus; effectus igitur per se, ac princeps baptismi, sicuti Pet. Sot. e. lect. 2. declaravit, Dei honor est; de qua re, quod generatim antea egimus, nihil est præterea, quod huc addamus: atque de hoc satis ad alios baptismi fructus itidem per se, sed minus primos veniamus.

De effectibus communibus, ac per se baptismi, qui in hac vita percipiuntur, Cap. VI.



- I. EFFECTVS itidem per se, ac communes baptismi, sed minus primi huiusmodi sunt. Primus gratia præstatio; sic enim Thomas quaest. 69. art. 5. in 3. parte, ac Sot. d. 6. q. 1. artic. 3. concl. prima, itemque Petr. Sot. eod. lect. 2. effec. 2. comprobarunt; sic Romanus Pontifex in clem. 1. de sum. trin. & fide cath., ac Trident. Syn. sess. 5. de peccato originali verè. Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, asseruerunt, ac declararunt: hanc itidem gratiam; quod vniuersis baptismi susceptione condonatur, ob eam rem cum citatis autoribus, atque iuribus, itemque cum Bon. d. 4. art. 2. q. 1. p. 2., simulque cum Scot. d. 4. q. 2. infantibus tribui cõcludimus. II. Fidei, spei, atque charitatis coniequutio; uti Thom. q. 69. art. 5. in 3. parte, & Petr. Sot. e. lect. 2., & Sot. dist. 7. q. vn. art. 8. concl. 3. verè. Quinto arguitur, & art. 7. argum. p., & Thom. ab Arg. d. 4. q. prima art. primo, simulque Cat. e. cap. de fructibus, inquirunt, & Romanus Pontifex in clem. vn. de sum. trin. cõprobavit: sicuti autē gratiam pueris conferri antea asseruimus; ita & harum virtutum habitus eisdem à Deo optimo maximo impartiri non ignoramus; ita enim à Thom. d. 4. q. 6. lib. 4., & quaest. 69. artic. 6. in 3. parte, atque à Sot. d. 6. q. 1. art. 4. edoctum; ita à Romano Pontifice in cit. clem. vn. aperte, dilucidèque sancitum, atque concludum est; Verum, inquit enim ibi Summus Pontifex, quia quantum ad effectum baptismi in paruulis reperiuntur doctores quidam Theologi opiniones contrarias habuisse, quibuidam ex ipsis dicentibus per virtutem baptismi paruulis quidē culpam remitti, sed gratiam non conferri; alijs è contra asserentibus, quod & culpa eisdem in baptismo remittitur, ac virtutes, ac informans gratia infunduntur quo ad habitum, etsi non pro illo tempore quo ad vium; non autem attendentes generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam, quæ dicit tam paruulis, quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam, & virtutes, tanquam probabiliorē, & dictis sanctorum, ac doctorum modernorum Theologia magis consonam, & concordem sacro approbante Concilio duximus eligendam. hæc ibi Romanus Pontifex; ex his igitur pucis quoque gratiam, virtutumque harum habitus condonari non est, cur dubitemus; & quamuis, cum iam sapere incipimus, non modò tacilè non operemur, sed nè operari quidem sciamus; non hoc

hoc idcirco tamen fit; quòd, vel habitus hosce non fuerimus adepti; vel quod eisdem non adiunemur; verum, uti Thom. ab Arg. d. 4. q. 1. art. 2. verè ad illud, ac Sot. d. 6. q. 6. art. 3. in responsione ad tertium argumentum, inquirunt, quòd nos & rationem, qua uti in operando debemus, ignoramus; & quòd innata nobis libidine quadam, si minus ab ea vincimur, non mediocriter tamen à bono retardamur; ac sanè quis Paulum miseriam hæc, qua homines præmuntur, deplorantem non audiuit? Condelector, inquit enim ipse, lege Dei secundum interiorem hominem; video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis; infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? hæc diuus Paulus; quousque quisque, ne longe abeamus, est, qui in se ipso eam summo cum periculo dies, noctesque propemodum non experiatur? hinc igitur ad operandum illa hominum ineptitudo; hinc magna ex parte nostra oritur inciticia, præterea virtutum harum habitus non industria, exercitatioque nostra, sicuti earum, quæ ad mores pertinent, uti Philosophus Moralium lib. 2, cap. 5. docuit, comparantur; verum diuinitus in animos nostros, atque idcirco in puerorum quoque mentem, sicuti Bon. dist. 4. quest. 2. art. 2. p. 2. inquit, infunduntur; ob eamque rem non continuo earum facilem usum habemus; pueris igitur vnà cū gratia virtutum quoque harum habitus quibus, cum adoleuerint, adiuti operentur; quarumque rerum speciem quandam aqua ipsius claritas præferret, uti Sot. d. 6. q. 1. art. 3. in respons. 1. arg.; baptismi susceptione conferuntur; etenim, etsi abque scientiæ habitu æternam vitam adipisci possumus, sine virtutibus tamen hæc salus nostra constare, id quod Thom. ab Arg. e. docuit, minimè potest; ac sanè quis sine fide Deo ipsi se grati fore confidat? quis, ut commune hominum solatium ipem ipsam præteream, sine charitate, si Pauli doctrinam attenderit, se aliquid promoreri posse iactitet? vn inersis igitur, qui baptismum suscipiunt, gratiam, virtutesque conferri concludendum est; atque de effectibus communibus, ac per se, qui in hac vita præstantur satis; ad eos, qui per accidens sunt, descendamus.

De effectibus communibus per accidens sacramenti baptismi, qui in hac vita conferuntur, Cap. VII.



EFFECTVS denique communis per accidens baptismi, qui in hac vita cõfertur maioris, minorisve gratiæ perceptio est; sic enim Thom. q. 69. art. 8. in 1., & Sot. d. 6. q. 1. art. 6., & Bon. d. 4. art. 1. q. 3. 1. p., & Scot. d. e. q. 7. verè. de tertio, & Ant. And. e. d. & q. 7., ac denique Thomas ab Arg. d. e. q. 1. art. 4. propè finem asseruerunt; etenim, sicuti generatim antea probauimus, uti quis magis, minusve paratus ad sacramenti susceptionem est, eo maiorem, minoremve gratiam, qua magis, minusve habiles ad bonum efficiuntur; uti Bon., citati que autores ibidem inquirunt, consequitur; quare; quòd puerorum in hoc par, æqualeque studium est; ideo ipsi parem, æqualemque gratiam communi lege, id quod Thom. ab Arg. e., & Bon. d. 4. q. 3. art. 2. p. 2. aiunt & in c. ne quicquam de consecr. d. 4. probatur, adipiscuntur; Planè, dicitur enim in citato c. ne quicquam, eadem gratia spiritalis, quæ in baptismo æqualiter à credentibus sumitur; in conuersione, atque actu nostro postmodum, vel minuitur, vel augetur; ut in euangelio Dominus semè æqualiter seminat, &c. II. Doni alicuius alterius collatio, cuius tamen causa sacramentum institutum non est; uti Sot. e. concl. 3. & Thom. e. art. 8. cõcludunt; eteni in hac actione immemor Imperator baptismi susceptione & graui morbo liberatus est, & tanti beneficii non Cõstantinus summis diuitijs ecclesiam ditauit, honoribusque maximis, ut in c. Constantinus d. 96. habetur, decorauit: hæc de communibus effectibus, qui in hac vita nobis præstantur, dicta sint; ad reliquos, qui in alia conferuntur, transeamus.

De communi effectu sacramenti baptismi, qui post huiusce vitæ cursum confertur, Cap. VIII.



**E**FFECTVS autem communis baptismi, qui post huiusce vitæ cursum nobis præstatur, æternæ vitæ consequutio est; sic nanq; in c. emerisisti, & in cap. filius de consecr. dist. e. Ambr., & August., & in cap. 3. §. 1. de baptismo Inno. senserunt; sic quoque Scot. d. 6. q. 5., & Biel. dist. 3. q. vn. dubit. fin., & Pet. Sot. e. lect. 2., atque Cat. e. cap. de fructibus, declarant; etenim; cum sacramenti huius susceptione filij Dei [uti paulò post probabimus] efficiamur; planè æternæ quoque salutis, nisi nos nostra culpa indignos præstemus, hæredes institumur, ac destinamur; præterea, cum baptismi uti ea, quæ nobis irer in coelestem patriam occludunt, peccati culpa scilicet, ac pœna tollantur, uti videbimus; ideo iure effectum hunc ipsi baptismi hac quoque ratione tribuimus; ac sanè, cum Christus dominus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hunc saluum fore; uti March. c. 6. refert, pronunciauerit; idemque Nisi quis renatus fuerit, ex aqua & spiritu sancto, ut in cap. 3. Ioan. recenset, hunc in regnum Dei ingressurum non esse fuerit interminatus, atque edixerit; sanè, inquam, hic baptismi etiam fructus quin fiet, non est, quod dubitemus: atque de cõmunibus effectibus latis, ad proprios, priusq; ad remotos; & per se ueniamus.

De effectibus proprijs, ac per se baptismi, sed remotis Cap. IX.



**Q**UONIAM uerò effectuum baptismi propriorum partim per se, quorum alij proximi, alij remoti; partim uerò per accidēs sunt; ideo de remotis, ac per se prius agamus; horum igitur Primus quidem in filiorum Dei numerum receptio est; sic enim Bon. d. 4. quæst. 1. art. 1. p. p. vers. Secunda congruitas; itemque Ioan. Nid. e. cap. 3. in fine, & Petr. Sot. e. lect. 2. effect. 3. docuerunt; sic in cap. proprie de consecr. dist. e. habetur, ibi enim Romanus Pontifex, cur in Paschate, & in Pentecoste baptismus in primis cõsèratur, rationem reddens, inquit; Quæ latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputauit, ut appareret ex huius doctrina: spiritu regenerandis filijs hominum, & in Dei filios adoptandis illum diem, & illud tempus electum, in quo per similitudinem, formamque mysterij ea, quæ geruntur in membris, ijs, quæ in ipso sunt capite gesta, congruere: ex his igitur baptismi sacramento in filios Dei nos cooptari dignoscitur; idem in Cat. e. in c. de defnit., & in c. de fidei. declarauit; Natura, inquit enim, primò ex Adâ filij iræ nascimur; per baptismum uerò in Christo filij misericordie renascimur; siquidē dedit hominibus potestatem filios Dei fieri ijs, qui credunt, in nomine eius & cet., idem paulò post hæc addit Animus noster diuina gratia replet, qua iusti, & filij Dei effecti æternæ quoque salutis heredes institumur; hæc ibi Cat.; etenim baptismi spiritualem vitam, cuius & pater, & autor Deus est, nascimur, ut in cap. primo, in cap. ex quo, in cap. re generante cum sequenti, & in cap. non dubito, probatur; atque à Thom. d. 4. quæst. 5. art. 1., & q. 66. art. 9., & à Sot. dist. 3. q. vn. art. 9. concl. prima, & à Scot. d. 6. q. 4. asseritur; vnde in cap. si baptizata de consecr. dist. e. regenerationis sacramentum baptismus dicitur; & Quot, quot autem receperunt eum, Ioan. inquit, & in cap. si quis autem epiphania, de consecr. dist. e. refertur, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, sed ex Deo nati sunt; baptismi susceptione igitur, quasi adoptionis ratione quadâ filij Dei efficiamur; quare Apostolus ingentem hanc Dei erga nos benignitatem, uel charitatem potius admiratus Magna, inquit, nobis donauit, ut filij Dei simus, & nominemur. II. Christi fratris euasio; si enim filij Dei, uti paulò ante probauimus, baptismi susceptione efficiamur; cur & Christi fratres Dei eiuſdem filij non erimus? sic enim Ioan. Nid. e. in fine docuit; quare merito ipsius

ipsius etiam cohæredes à Trident. Synod. sess. 5. de peccato originali uersic. Si quis per Iesum Christum, nominamur; nanque, cum ibi, quicquid peccati rationem habet, baptismi rolli sancta Synod. affirmasset, rationem huiusce asserens sic inquit, In renatis enim nihil odit Deus; quia nihil est damnationis ijs, qui uerè conſepulti sunt cum Christo per baptismum in mortem, qui non secundum carnem ambulant, sed ueterem hominem exuentes, & nouum, qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati; puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi; hæc Trident. Synod. inquit; baptismi susceptione igitur & Christi fratres, & eiuſdem cohæredes efficiamur. III. Noſtri cum Christo, uti capite coniunctio; Ad hoc enim baptismus ualet; ut in cap. secundo de consecr. dist. ead. habetur, ut homines Christo incorporerentur, & mēbra eius habeantur; & Quot quot in Christo baptizati estis, autore Paulo, Christum induistis; quare; cum ipse, & primogenitus, caputque nostrum sit; merito nos, uti eiuſdem membra cum ipso copulamur, atque coniungimur; atque ita Thom. d. 4. q. 6. artic. 4. lib. 4., & quæst. 69. artic. 5. in 3. parte, & Petr. Sot. eod. lect. 2. in 3. effectu; & Sot. d. 6. q. 1. art. 3. uersic. Circa secundam conclusionem, nouissimèque Cat. e. cap. de fruct. uers. lam uerò per baptismum, affirmarunt. IV. Spirituum, quæ ad æternam vitam consequendam pertinent, quæ à sanctis patribus illuminatione dicitur, per facili cognito; cum enim in baptismi susceptione Christianam fidem profiteamur, qua fide mens nostra, uti lumine quodam illustrata diuinis oraculis, quamuis abdita, ab humanaque ratione longè absint; assentitur; merito Thom. dist. 4. quæst. 6. art. lib. 4., ac quæst. 99. artic. 5. in 3. parte, & Sot. dist. 4. eod. uersic. Circa secundam, & dist. 3. quæst. vn. artic. 1. uersic. Argumentum autem contra, itemque Thom. ab Arg. dist. 3. quæst. 1. artic. fin., reliqui que diuinarum rerum scriptores, & effectum hunc baptismi esse suis scriptis memorie prodiderunt, eundemque, & illuminationem nominarunt; fructum igitur hunc baptismi susceptione, sicuti & gratiam, atque iure consequimur; ut enim animantium uita in cognitione, & operatione uersatur; earumque rerum gratia ipsis, & cognoscendi potentias, simulque operandi instrumenta benignior natura condonauit; ita Christianis hominibus fidem, qua cognoscant, & gratiam, qua secundum ea, quæ cognouerunt, fructuose operentur, benignus, ac misericors Deus, uti Sot. dist. 3. quæst. vn. artic. primo uersic. Arguitur autem contra, impertitus est; vnde Sine me nihil potestis facere, & Qui mauet in me, & ego in eo, & hic tert fructum multum, inquit Dominus; humanæ igitur mētes fide huiusmodi lumine quasi quodam illustrantur; hinc fit; ut nihil, quantumcunque amplum, ab humanaque ratione alienum fiet, quod nobis polliceatur Deus, nõ fieri posse credamus; hinc, ut Deum patrem unum in essentia cum filio, ac spiritu sancto, neque idcirco unam personam tantum, sed tres distinctas esse, fateri ne dubitemus; hinc, ut filium de spiritu sancto conceptum, è uirgineque natum esse constanter asseramus; hinc denique fit, ne singula persequare, ut mortuos in uitã reuocandos de uictoria certiores facti cum gentium Philoſophis disputare, ac pugnare ne uereamur; hæc igitur cum ita sint, quis Deo ipsi, qui hæc nobis tantis in tenebris, ignoracioneque abdita, nobis paruulis explicauit, contra uerò gentium sapientes celauit, Christi Domini exemplo excitatus nõ gratias continuè agat? non eundem, qua fieri potest, pietate, ac religione colat, ueneretur, adoret? illuminatio igitur hæc baptismi effectus est. V. Spirituum bonorum, quæ à reliquis Christi fidelibus cum priuatim, tum publicè fiunt; ut quis particeps sit, efficiatur; nam, cum baptismi susceptione in sacrosanctum Ecclesiæ collegium cooptemur; immò unum corpus, cuius Christus caput est, efficiamur; planè, sicut in corpore ciuilitatis membri salubritas ad reliqua membra necessitudine, qua inter se adstringuntur, redundat, ac pertinet; ita ea, quæ piè, sanctèque ab uno suscipiuntur, charitate, quæ non quarit, quæ sua sunt, ut & in ea symboli parte habetur Credo sanctorum communionem, cum ceteris communicantur. VI. Ut bona, quæ operamur, ad æternam vitam consequendam, profint; sicuti Thom. dist. 4. quæst. 6. artic. quarto lib. 4., & quæst. sexagesima nona artic. quinto in 3. parte, ac Sot. eodem inquit, id quoque præstatur; ac planè, qua ratione ipsi Deo sine fide, quam in baptismi in primis profiteamur, placere unquam poterimus? qua uia, si salutaribus hinc aquis, uel non animo, si te minus possit, fuerimus abluti, in coelestem patriam penetrabimus? quia igitur

baptismo non suscepto. quasi steriles, fructus nullos ferre, eo autē initiati, vel vberriores, quasi fecundi redditi praestare possunt; iure optimo citati auctores, reliquique; diuinarum rerum scriptores, & effectum hunc baptismo tribuerunt, & eundem fecunditatem nominarunt. VII. Vt Christi legibus, praecipisque; pareat, qui baptismum suscepit, obligatio; Si quis, inquit enim Trid. Syn. e. sess. 7. can. 7. dixerit baptizatos per baptismum ipsum solius tñ fidei debitores fieri, non autem vniuersae legis Christianae seruandae, anathema sit. hęc Trid. syn. inquit; ac profectò, cum huiusce vitæ suscepta à nobis rōne felicitas summa post huiusce vitæ cursum proposita sit; cur, si quid in ea oneris sit, dū his sumus in terris, non libenter illud sustinemus; non ultro appetimus; praesertim quòd ad hoc vel inuiti, si diuinarum rerū monumenta inspexerimus, inuiti cogi possumus; ecce. n. primò in c. ple. riq̄ue id probatur, de consec. d. e. Pleriq̄ue, dñ enim ibi, ex iudeis, qui dudum ad christianā fidem promoti sunt, blasphemantes Christum non solum iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed et abominandas circumcisiones exercere; de quibus consulti piissimi, ac religiosissimi dñi nostri Siemandi regis hoc sanctum decreuit concilium, ut huiusmodi rransegressores pontificali auctoritate correpti ad cultum christianae dignitatis reuocentur; ut, quos propria voluntas non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat; eos autē, quos circumcidunt, si filij eorum sint, à parentum consortio separentur; si serui, pro iniuria corporis sui liberati tradantur. hęc in dicto c. habentur; ecce itidem nouissimè eadem Trid. Syn., quae e. sess. can. 8. idem anathemate proposito sancituit, Si quis; inquit enim, dixerit baptizatos liberos esse ab omnibus sanctae Ecclesiae pceptis, quae vel scripta, vel tradita, sunt, ita, ut ea obseruare nō teneantur, nisi se sua sponte illi submittere voluerint, anathema sit. quare, cur hac de re qs dubitet, causa nulla est; nec. q̄ magna ex parte homines, dum rōnis viū carēt, sicut infantes, baptismo initiantur; idcirco minus eos obligari existimandū est; nam, cum eorum res vtiliter agatur [vt enim infinita vno verbo cōprehendam] baptismi susceptione filij Dei efficiuntur; etiam infcij, nolentesque nihilominus obligantur; vti in l. soluendo, & tot. tit. ff. de negot. gest., & l. sed an vitro ff. de solut. & tot. tit. de in rem. VIIII. verso. probatur, atque hoc Host. in sum. e. num. 17. asseruit. VIII. Concupiscentiae, seu libidinis compressio, uti Thom. ab Arg. d. 3. q. 1. art. 4. Bon. d. ead. q. 1. art. 1. cart. 2., Thom. Elyf. e. art. 5. versū. Effectus autem per accidens, Magist. eod. cap. Quid pro fit, & Bacch. d. 4. q. 3. art. 2. asseruerunt; gratia etenim, quae baptismi susceptione nobis cōfertur, adiuti peccatis facilius resistimus; non igitur ipsa aut tollit; aut debilitatur; naturalis enim quaedam potentia est, qua ad peccata, uti Trid. Synod. sess. 5. de peccato orig. asserit, impellimur; verum nos eius vi grauius corroborati, vti Sor. d. 6. q. 1. artic. 2., & Scot. d. 4. q. 7. inquit, facilius peccata cauemus, ac demōni ad ea nos vrgenti repugnamus, atque resistimus: ac de effectibus remotis baptismi, qui in hac vita percipiuntur hastenus, ad eos, qui proximi, & primò qui priuantes sunt, transeamus.

De culpa deletione per se, ac proximo effectu priuante baptismi, qui in hac vita percipitur, Cap. X.

**Q**UONIAM autem effectus baptismi per se, ac proximi, qui in hac vita percipiuntur, partim negantes, seu priuantes, horumque hi culpam; illi verò poenam spectant; partim autem affirmantes sunt; ideo prius de priuantibus, qui culpam tollunt, deinde de alijs agamus; effectus igitur baptismi huiusmodi. Primus peccati origine à nobis contracti in primis culpae deletio est; ut in cap. 3. §. 1. extra de Bapt. probatur, & Magist. c. cap. Quod alij suscipiunt sacramentum, & rem lib. 4., & Thom. d. 4. art. 5. q. 69. artic. 1. in 3. parte, & q. 66. artic. 9. versū. Quarto quia, & Sor. d. 3. q. vn. art. 9. ibi Quarta demum ratione, & Scot. d. 6. q. 7., & Bon. d. 17. q. 1. art. 2. p. 2. versū. Ad illud quod obijcitur, reliquique diuinarum rerum scriptores asserunt; quare Trident. Synod. sess. 5. de peccato originali

originali contrarium asserentes anathemate damnauit, Si quis [inquit enim] per Iesu Christi dñi nostri gratiam, quae in baptismo confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut et asserit non tolli totum id, quod verū, & propriam peccati rōnem habet, sed illud dicit tñ radi, aut non imputari, anathema sit. hęc Trid. Syn. inquit; ex quibus ipsam culpam tolli optimè constat; ea. n. est, quae peccatum redolet; ea cuius gratia baptismus in primis institutus est. 1. Totius culpae eiusdē peccati deletio, hoc. n. Pet. Sor. e. lect. 2. de effectū, & lect. 3. docuit, ab omnibusque receptum Bon. d. 4. artic. 1. q. 1. p. 2. restatur; hoc eadem Trid. Syn. sess. e. ibidē anathemate proposito cōprobanit; ac sanè, cum baptismi vi gratia tribuitur, qui fiet, ut cū mortiferi peccati culpa pueniat; praeterea origine à nobis peccati tñ culpa vnā est; ergo, vnum cum diuidi non queat, totā simul culpam tolli necesse est; postremò, si quispiā salutaribus hisce aquis ablutus statim, nullo. f. peccato interiecto, è vita discederet, in cælum illico aduolaret, arg. c. debitum extra e.; at, qui peccati, vel lenioris culpa pollutus est, penetrare eò nullo modo pōt; nihil. n. flagitio inquinatum, vt ecclesia inquit, in Dei regnum introibit; quare merito culpā hanc vniuersam tolli cōcludendum est. II. Peccati quoque, quod nos cōmissimus, culpae deletio; Regenerante carne, inquit enim Romanus Pont. in c. regenerare de conse. d. 4., tantūmodo tñitur peccatum originale; regenerante autē spiritu sancto, non solum originalium, sed et voluntariorū fit remissio peccatorum; non minus in c. à paruulo e. d. idem quoq; explicatur, A paruulo dñ nanq; ibi, receter nato vique ad decrepitū senem, sicut nullus prohibēdus est à baptismo; ita nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo; sed paruuli tantūmodo originali, maiores autē omnibus et moriuntur peccatis, quae malè viuendo addiderunt originali; ex his igitur, & peccati huius, quod à voluntate nostra profectum est, culpam deleri apertissime cōstat; idem in c. gratia cum sequenti, & in c. p., & in c. sine pñia, & in c. filius, cū duobus seq. e. d., & in c. qui ejs d. 23., & in Trid. Syn. e. versū. Si quis per Iesu Christi, habetur; atq; à Thom. d. 4. q. 5. art. 1. lib. 4., & q. 69. art. 1. in 3. p., & à Sor. d. 6. q. 1. art. 1. concl. p., atque à Bon. d. 4. art. 1. q. 1. p. p., & d. 17. q. 1. art. 2. p. 2., & à Bacch. d. 4. q. 3. art. 2. ab hisce, inquam, & à reliquis, qui hac de re piè scripserunt, cōprobatum hoc est; etenim ut Innoc. in c. 3. §. sed adhuc quaeritur extra e. inquit, Pœna originalis peccati est carentia visionis Dei; actualis verò pœna peccati est gehena perperuē cruciatus; vnde, si dimittretur alicui primum, altero non dimisso, talis non careret visione Dei pp originale dimissum; & cruciaretur in gehena perpetuò pp reatum criminis actualis; sed hęc, tanquam incompassibilia sese minimè patiuntur, immo sibi mutuo aduersantur; ergo & c. hęc ibi Roma. Pontifex; baptismi ergo vi cuiuscunque peccati culpas tolli; vel rōnes, vel Romanorum Pontificū sanctiones, sanctorumque patrum auctoritates intueatur, non est, quod quis dubitet. 1. Totius culpae huiusmodi quoque peccatorum cum ob rōnes in superiori numero allatas, tum Pet. Sor. e. lect. 2. cum sequenti autore, delentio; hac de culpae deletione satis dicta sint, ad poenarum quoque deletionē, quae baptismi vi expiantur, descendamus.

De poena deletione effectu proximo, ac per se priuante baptismi, qui in hac vita percipitur Cap. XI.

**P**ŒNA quoque peccati in primis quidē origine à nobis contracti, quae ad personam tñ respectum hēt, quaeque; Dei aspectus priuatio est, uti Thom. q. 69. art. 3. in 3. p. inquit, & in c. 3. in §. sed adhuc extra e. habet; baptismi susceptione delentur; ita nanq; Thom. q. 69. art. 2. in 3. p., & in dicto §. sed adhuc Rom. Pont. inquit; etenim; cum is, qui baptismi initiatus est, si è vita is statim discedat, nullo scilicet peccato admisso, in cælum illico euolet, ut in cap. debitum extra eod., & in cap. nullus expectet de poenit. d. 7. probatur, ibique diuini numinis praesentia perfruatur; planè, quin poena hac salutaribus hisce aquis expietur, dubitare nemo potest; postremò Dei praesentia peccati huius culpa idcirco priuamur, poenaque hac plectimur; quod eius causa infensus nobis ipse Deus est; ergo, cum ea culpa, atque ita assentia in Deum commissa, baptismi vi tollatur, uti proxime

conclusimus, & poenam hanc, qua Dei praesentia priuamur, quae una cum culpa uel infligitur, uel remittitur, uti Trident. synod. sess. 6. de iustificatione cap. 14. declarauit, tolli simulque eiusdem praesentiam nobis restitui fatendum est; sicuti nanque, quo temporis spatio, atque puncto tenebrae fugantur, eodem lumen ipsum nobis elucescit; ita hic, ut primum offensa Dei, peccati que huius culpa nobis remittitur; in eius gratiam redimus, suauissimoque, atque sancto ipsius aspectu, ac praesentia dignamur. I. Totaque poena hae tollitur, hoc enim Cat. eod. cap. de fructibus in uersic. Iam uero in baptismo, sensit; hoc Thomas quaest. 69. artic. 2. in 3. parte, ac dist. 4. q. 5. art. 3. lib. 4. uoluit; hoc idem Bon. d. 4. q. 2. art. 1. p. p., uniuersique, qui hac de re pie scripserunt, sensere; sicuti nanque peccati huius culpa uniuersa necessario deletur, & non pars; ita poena hac omnis, quae priuatio Dei est, culpaque ipsam sequitur, statim nobis condonatur; ex his igitur poenam hanc uniuersam tolli satis, iam satis constat, quae; quoniam, ea infligita, perpetuo Dei aspectu, summoque bono priuamur; ideo & damni poena, eademque aeterna a sanctis patribus dicta est. II. Peccati quoque mortiferi, quod ipsi contraximus, poena deletur, ecce enim poena, quae damni dicitur, quaque Dei aspectu priuamur, una cum culpa, uti proximè probauimus, tollitur; nam, cum ea quoque idcirco nobis infligatur, quod Deum uitae huius illecebris illecti deseruimus, plane statim, atque huiusmodi actae uitae nos penitet, ad eumque reuertimur, ut in commentario de penitet. declarauimus; in gratiam ab ipso recipimur, aspectuque ipsius digni existimamur. I. Verum, quoniam mortifere peccando non solum a Deo deficiamus, cuius gratia ea, quam diximus, ut eo priuemur, poena afficimur: sed ad ea, quibus oblectatur sensus, caduca, fragiliaque animu inducimur; unde eisdem, quae sensu percipiuntur, plecti debemus, idque perpetuo non ui sua, uerum, quia summum, infinitumque bonum Deum offendimus; ideo poena haec, quae sensus dicitur, quod scilicet sensu percipiatur, ut ignis ardor, quo assidue concelerati homines apud inferos concremati excruciantur, haec, inquam, poena baptismi susceptione uniuersa, ita, ut nec poenis ad tempus praescriptis opus sit, deletur; ita probatur in cap. 1. de confessione d. 4.; cum enim ipsam concupiscentiam non tolli August. asseruisset, haec addit, Sed, ut quicquid ab homine dictum, factum, & cogitatum est, cum eisdem concupiscentiae mente subiecta seruiret, totum aboleatur, & quasi factum non sit, habeatur. haec ibi August. ; si ergo peccatum a nobis commissum baptismi ui efficitur, ut perinde, ac factum non sit, habeatur; ergo poena quoque uniuersa, quam diximus non culpa solum expiatur; idem probatur. in cap. nullus expectet de penit. d. 7. Penitentia, dicitur enim ibi, si in extremo uitae hiati aduenit, sanat, & liberat in ablutione baptismi; ita, quod nec purgatoriu sentiunt, qui in fine baptizantur, sed potius ipsi ditati bonis sanctae matris Ecclesiae recepturi sunt multiplex bonum in vera beatitudine. haec Diuus Augustinus, idem nouissime Tridentina Synod. sess. 5. de peccato originali in uersic. Si quis per lesu Christi Domini nostri gratiam, asseruit, ac Summus Pontifex in cap. 3. §. sed adhuc quaeritur extra e. multo ante probauit; baptismi susceptione igitur quicquid mortiferi peccati a nobis contracti poena, tam quae damni, quam quae sensus dicitur, atque est, omnino deletur. III. Leuiorum denique peccatorum poenas, sicuti eorundem, & culpas sacramenti huius uirtute tolli, si rationes, quas antea reddidimus, contempletur, nemo inficiabitur; nam, cum, ut sapientiam diximus, sacramento hoc suscepto, si statim mortem quis obeat, in coelum deferatur; sane cum ibi poena, culpae expianda locus non sit; hic uero non potuerit; expiari uero necesse omnino sit, tandem a baptismo ut id efficiatur, reliquum sit; haec igitur culpe, quae, in se in nos animo ut sit Deus, eiusdemque iucundissimo aspectu priuemur, efficiunt; haec, inquam, culpe expiantur; haec poena, quae nos, quo minus est uita hac migrantes in coelum est uestigio euolemus, retardant, non multae, non irregularitates, non quae denique ad corpus, famamque spectant, poena, quibus minime ab ingressu caeli prohibemur, delentur; ac sane, si incommodis huius baptismi susceptione liberaremur, quous quisque est, qui baptismi amore non horum incommodorum potius euitatione, quam posterioris uitae desiderio flagraret? at haec, dum uitam hanc uiuimus, sapientissimum Deum hac quoque ratione praestare noluisse paulo post probabimus: atqui de effectibus proprijs per se, ac proximis priuantibus, qui in hac uita percipiuntur, haecenus, ad affirmantes transeamus.

De

De effectibus proprijs per se, ac proximis baptismi affirmantibus, qui in hac uita percipiuntur, Cap. XII.



EFFECTVS denique proprius per se, ac proximus affirmans baptismi, qui in hac uita percipitur characteris impressio in anima est; ita nanque; Cat. e. de bapt. cap. de fruct., & de genere uniuerso sacramentorum cap. fin. docuit, & Triden. Synod., qui contrarium assereret sess. 7. can. 9. de sacramentis anathemate damnauit; Si quis, inquit enim, dixerit in tribus sacramentis baptismi scilicet Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile; unde ea iterari non possunt, anathema sit; haec Trid. Synod. ait: hic autem character, quod insigne quoddam est, quodque anima, quae aeterna est, imprimitur, uti Trid. Syn. & Cat. eisdem in locis inquit, & ipse idcirco aeternus est; postremo sicuti characteris huius susceptione ad reliqua sacramenta suscipienda habiles efficiuntur, uti Thom. d. 4. q. 4. art. 3. lib. 4., & q. 63. art. 6. in 3. p., ac Sot. d. 6. q. vn. art. 1., & Petr. Sot. e. lect. 3. & lect. 5. aiunt; ita eod. ab ijs, qui Christi fidem non norunt de Cat., aliorumque sententia distinguuntur, ac separamur: haec de effectibus per se, ac proprijs, qui in hac uita a nobis percipiuntur satis; ad eos, qui per accidens in hac tamen & ipsi uita conferuntur, veniamus.

De effectibus baptismi per accidens, qui in hac uita percipiuntur, Cap. XIII.



EFFECTVVM autem baptismi sacramenti per accidens, qui in hac uita percipiuntur. Primus quidem spiritualis cognatio est; ita probatur in tot. tit. de cognatio spir. in antiq. & 6.; etenim, sicuti cum parentibus, a quibus orti sumus, cognationem quandam natura nobis indixit, quae, ne matrimonio cum ipsis iungamur impedimur; ita, ut d. 40. q. 1. art. 1. Bacch. inquit, cum ijs, a quibus spirituale uitam ducimus, cum baptismi ministro scilicet, itemque cum susceptore [ id quod & patribus, matribusque nostris cum eisdem contingit ] necessitudinem quandam huiusmodi; unde matrimonium modo impeditur, modo contractum tollitur, uti probabimus, necessitudinem, inquam, huiusmodi nobis cum ijs esse sacrosancta ecclesia uoluit; & quamuis antiquitus cognatio haec longè, lateque pertineret; hodie tamen in sess. 24. de reformat. matrim. in cap. 2. Trid. Syn. ijs perionis, quas recensuimus, matrimonij fauore conclusit. II. Matrimonij in gradu non diuina, ac naturae, sed hominum, lege prohibito contracti permissio; si quis enim cum ea, quae cum non pontificia, sed diuina, naturaque lege poterat, ante baptismi susceptionem matrimonio iungatur; ne alter alterius coniugis amore, si seiungendi essent, a Christi fide, quam uel ambo, uel alter eorum profiteri uellet, auocetur; ut simul esse queant, sacrosancta mater Ecclesia, hoc illis benignè concessit; ita in c. gaudemus de diuort. a Romano Pontifice sancitum est, ita Bacch. d. 4. q. 3. art. 2. adnotauit; non igitur, si plures simul uxores hic, qui baptismi initiandus est, habeat; cum omnibus simul esse; id enim iure naturae prohibitum est; uerum, posterioribus dimissis, uti Bon. e. inquit, cum priore, quam duxerat, esse poterit. III. Uita huius quandoque prorogatio; si enim mulier morti ob scelus aliquod adiecta pragnas sit; tunc, ne partus cum hac luce aeternam quoque perdat; id quod lex itidem civilis cauit, ut habetur in l. pragnantis ff. de poenis, & in l. negat de mortuo inferendo, matris uita tempus prorogatur; ita consuetudo rerum magistra docet; ita quoque Christi fidelium pietas tuadet, ac postulat; atque de effectibus proprijs baptismi, qui in hac uita percipiuntur, haecenus; ad eos, qui nobis in alia uita reuerantur, descendamus.

De

De effectibus Baptismi proprijs, qui post huiusce vitae cursum praeslantur, Cap. XIV.

**I.** **Q**UOD huiusce vitae cursum tandem in beatis, cum immortalitate eos donauerit Deus, baptismi susceptione effectus huiusmodi praestantur. Primò animae insita libido, concupiscentia à sanctis patribus appellata, Philosopho in lib. 1. morali in cap. postremo animae pars ratione carès dicta, quae alteri parti ratione utenti repugnat, ad malumque nos impellit, à bono autem auocat, uti Trid. Syn. sess. 5. de originali peccato asseruit; baptismi virtute ea, inquam, libido extinguitur; iustitia quidem enim, qua parentes nostros ditavit Deus, efficiebat, ut animae pars rationis particeps Deo facillimè infernaret, sibi verò ut altera animae pars rationis experta obtemperaret; at; statim atque iidem parentes ipsum Demona, quam Deum audire maluerunt, illico & nos tanto munere spoliati illud, cum beati in vitam non amplius morituri reuocabimur, vi baptismi, ut iam dixi, recuperabimus. II. Corporis deinde infirmitatum famis scilicet, sitis, caloris, nec non frigoris, agrotationum item reliquarum, mortis denique ipsius liberatio; quibus quidem miseris in initio praeter naturam ordinem nos liberat Deus; cum enim corpus ex contrarijs concretum sit; atque idcirco aeternum esse non queat, incommoda huiusmodi necessario corpus consequebantur; verum, quibus telis animus noster exulceratus est, eisdem & corpus parentum nostrorum infirmita confixum fuit; quare, hinc veluti malorum quodam fonte, corporum graues deformitates, non leuium dolorum perpeffiones profecta sunt; hinc interitus incerti, acerba mortalitates emanarunt; ex omnibus igitur hisce, & animi, & corporis infirmitatibus, post huiusce vitae decursum spatum, cum è mortuis excitati rursus ad vitam erimus, baptismi virtute liberabimur; sic enim Thom. q. 69. art. 3. in 3. p., & Scot. d. 6. q. 1. art. 2. conclus. 1., & in fine, & Thom. Elyf. cap. 5. e. versic. 2. asserunt; sicut enim non ex quo de conf. d. 4. August. inquit; ac nouissime Cat. in cap. de fruct. e. declarauit; Efficit enim, ut ibi dicitur praeterea baptismus post huiusce vitae periculum poenarum omnium, quae originale peccatum consequuntur, liberationem; merito autem hisce incommodis hic plectimur; nam, cum baptismi susceptione cum Christo capite coniungamur, eiusdemque, ut haberetur in c. ad hoc de consecr. d. eod. & in Cat. e. cap. de fructibus, membra efficiamur; quis, si Christum tot, tantaque perpeffum esse peccatorum nostrorum culpa intueatur, nos, qui peccauimus, poenarum expertes prorsus esse iniquum non existimaret; non decet enim sub capite spinoso, ut diuus Bernardus aiebat esse delicatum membrum; praeterea huiusmodi poenis, ut in Deo spem nostram omnem fixam, collocatamque habeamus, efficitur; quis enim incommoda haec non assidue experitur; quis, ut ea per nos euitemus, vitium nostrarum, imbecillitatem non nouit; miseris igitur hisce admoniti, roborisque nostri, ac virium non ignari vni Deo confidimus; illum nobis presto futurum existimamus, atque, ut esse velit, iummis praecibus contendimus, votaque nunquam, ac saepe facimus; quare huiusmodi mala non modò peccatum non redolent, quamuis ad ea nos impellant; verum potius ut leges quadam, ubi quis mereri, ubi cuiusque virtus excurre, atque elucere possit, sicuti Petr. Sot. e. lect. 3., & Chlmgus e. cap. 6., nouissimeque Trid. Syn. e. inquit, relicta sunt. Manere autem, inquit ibi Trid. Syn., in baptizatis concupiscentiam, vel somitem. haec sancta synodus faretur, & sentit, quae, cum ad agonem relicta sit; nocere non contentibus, & vtiliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet; quinimo, qui legitime certauerit, coronabitur, in c. etiam de consecr. d. e. idem habetur, Per baptismum, dicitur enim, id agitur, ut caro peccati euacuetur, non autem sic euacuetur, ut in carne concupiscentia innata non sit, sed ne oblit; nam, si post baptismum ad aetatem naturalem peruenerint; ibi habent, cum qua pugnent, eamque adiuvante domino superent, si non gratiam in vacuum susceperint. haec ibi Augustinus; hinc igitur merendi occasio ampla nobis datur; hinc, martyrum victoriae, hinc sanctorum triumphu, hinc denique sanctarum virginum laurea protectae sunt, hinc

hinc facta sanctae ecclesiae thesaurus locupletior, copiosiorique redditus; praeterea, si pristinus ille nobis status restitueretur, iterum in peccata laboreremur, verendum esset; postremo quis nescit, hisce poenis sublati, magna ex parte homines praesentis potius vitae comoda, quam futurae speratae gloriae condescendentes, uti Bon. e. d. 4. art. 1. par. 2., & Cat. e. c. de fruct., c. citati que autores eisdem in locis inquit, baptismum susceperunt; hisce, igitur de causis sapientissimus Deus his miseris, dum his summus in terris, inuis nos liberauit; verum in postero id nobis reseruauit; tunc enim absterget omnem lacrimam ab oculis sanctorum; tunc neque luctui, neque clamori erit locus; quoniam, ut inquit ecclesia, priora haec transferunt; atque de baptismi effectibus haec dicta sint, ad materiam, & primo communem transeamus.

De materia communis sacramenti baptismi, quae ad genus spectat, Cap. XV.



**M**A T E R I A quidè igitur baptismi, quae ad genus spectat; sacramenti nouae legis est; nam, cum in definitione generis materia locum subeat; verba autem haec in cuiusque nouae legis sacramenti definitione pro genere firmatur; eucharistiam enim, confirmationem ve, exempli causa, quid sit explicantes vtrunque nouae legis sacramentum dicimus, plane, quia materia communis haec sit dubitare non possumus. I. Non iterabile; uti Thom. q. 66. art. 9. in 3. p., & Scot. d. 6. q. 7., & Sot. q. vn. d. 3. art. 9. & Bon. d. 6. q. 6. art. vn. p. 1., & Petr. Sot. lect. 5. inquit, & ita dedit, q. 1., & in c. hi, qui baptisma, & in c. hanc regulam, & in c. non licet fieri cum multis seq. de consecr. d. 4. habetur; quare nec, qui ab ecclesia baptismi suscepto defecit, si in eius gratiam redeat, baptismi initiari, uti Trid. Syn. can. 1. i. e. sess. 7. inquit, iterum poterit; si quis, inquit enim, dixerit verum, & ritè collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles Christi fidem negauerit, cum ad poenitentiam conuertitur, anathema sit. haec ibi Trid. Syn., neque iniuria; quemadmodum enim; quatenus ad corpus spectat, semel tantum nascimur, ita, & hic, cum baptismi spiritualiter nascimur, semel tantum illum suscipere debemus; aut possumus; praeterea baptismus ad peccatum; quod origine contraximus, quodque non iteratur, expiandum in primis institutus est; ergo, quemadmodum citati autores ibidem inquit, nec baptismum eiusdem medicinam iterari; nec conuentaneum, nec opus est; postremo baptismi susceptione character animae inuisus perpetuo permanet; ergo, cum effectus baptismi perpetuo duret, cur iteretur, causa nulla est; ac re vera, si sacramentum hoc iteraretur, quam ampla peccandi hominibus fenestra, cum ad peccata tollenda parata sibi, nullaque proposita poena medicinam viderent, patefieret; non enim in baptismi susceptione pro peccatis, quae ante commissimus longioribus, quas ad Deum effundat, praecibus quis oneratur; non res familiaris beneficentia in pauperes exhauritur; non ieiunijs denique quis maceratur; baptismus igitur saepius administrari, suscipi neque debet, neque potest; nam, praeter quam quod nihil sit, minister primum, ut in Cat. cap. de fruct. dicitur, & sacrilegio graui se adstringit, & ut in cap. 2. de apost. & iter. bap., & in Cat. e. habetur, nisi facti incitua probabilis eum excuset, arg. l. i. cum seq., & l. error, & l. regula ff. de iur. & fact. ign., irregularis efficitur; etenim, sicuti iuris incitua enim praesertim, ad quem munus hoc pertinet, non excusat, arg. l. i. & l. regula, & l. fin. ff. e.; imperitia enim in huiusmodi homine culpa, dolusque quidam, existimatur, l. qua actione §. fin. cum l. seq. ff. ad l. aquiliam, & §. praeterea, & §. imperitia in inst. e., & l. illicitas §. sicuti ff. de officio praesidis; ita nec facti minus probabilis ignorantia, quae dolo par esse creditur, à poena liberat. l. regula §. sed facti ignorantia, l. nec supina ff. e.; irregularis igitur hic fiet, mortiferaque culpa [qua is, ad quem functio haec non pertinet; dolo non abhibito, vacabit] hic idem alligabitur, uti Scot. itemque Sot. e. idem in locis asseruerunt: baptismum saepius itidem suscipiens, etsi in peccatum non incidit, si rationis

vsti careat, in verisimilitudine iuris, factive ignorantione versetur; quin tamen irregularis fiat, non modo si ius, sed ne si factum quidem ignoret, quod in cap. qui bis de consecr. d. 4. habetur, negari non potest; nam, cum ibi de facti inficitia, uti glos., in reprobis que rel- qui aiunt, agatur; Qui bis ignorater baptizati sunt, dicitur. n. ibi, non indigeat pro eo poenitere, nisi quod secundum canones ordinari non possunt; hac ibi habentur; quantum igitur peccati culpam, poenasque reliquas in dicto c. qui bis, & in c. eos, quos e. d. ijs; qui scientes baptismum suscipere iterum conati sunt, propositas hi eritent; quin tamen irregulares fiant, etiam praeter eorum voluntatem, atque culpam, non effugient; sic nanque ijs, qui e matrimonio non legitimo nati, quibusve manus abscissae, oculive iniuria effossi sunt, contingit; neque; quod, ut in c. placuit r. q. 4. dicitur; infantes, quibus haeretici baptismum administrarunt, irregulares aliorum culpa non fiunt; idcirco nec hi irregulares erunt; esto enim in utroque casu per similes inficitia fiet, diuersam tamen rationem, si paulo diligentius attenderit, in utroque casu reperiet; nam in c. placuit ea res agitur, qua, si necessitas adsit, permittitur, & alias non permittitur, si baptismus administratur, tamen confertur; hic vero, ut sapius baptismum quis suscipiat, neque unquam id licuit, neque, ut liceat, permitti quoque potuit; ac plane, quid aliud est baptismum iterare, ut in citato c. qui bis ead. d. dicitur, quam Dei filium cruci iterum affigere; hac ministri pena a lege, si facti inficitia ducti baptismum eidem iterum conferant, non afficiuntur; neque nos ergo, per legem de praetio ff. de publ. in rem act.; & l. cum quidam ff. de liberis, & post.; & l. in interpretatione ff. de p. his, & c. odia de reg. iur. in 6.; ipsa eos afficiemus; baptismum igitur ne iteremus, cautio summa habenda est; cum ergo baptismi communis materia sacramentum non legis sit; atque idcirco a veteris legis sacramentis seiungatur; quatenus autem eundem minus iterari probauimus, ab eiusdem nouae legis, que iterantur, sacramentis separetur; cum tandem, quod ad peccatum origine contractum delendum institutum est, hac ratione, ab ijs, quibus cum proximè conueniebat, que peccatum huiusmodi non tollunt, distinguatur; ex his omnibus veram, ac germanam baptismi sacramenti definitionem hanc habebimus; Baptismus est sacramentum nouae legis initerabile, per quod peccatum origine contractum deletur; atque de materia huiusmodi hac satis dicta sint, ad materiam itidem communem, sed circa quam transeamus.

De materia communi circa quam baptismi, & de ijs, qua necessario illi inesse debent, cum aliorumque sacramentorum eadem materia sibi communia sunt, Cap. XVI.



MATERIA autem baptismi communis circa quam; uti generatim antea probauimus, homo est; nam, cum baptismus contra peccatum, quod origine contrahimus, institutus sit; plane, sicuti homo tantum eo morbi genere tenetur, ita & medicina ipsius, remediique solus capax est; necessitudo autem ei, qua cum aliorum sacramentorum materia eadem communia sunt, inesse haec debent. Primum ut, sicuti generatim antea probauimus, atque Sot. d. 3. q. vn. art. 1. prope finem asseruit, vitam hanc viuat; quare, si, dum baptismus cuiuspiam a nobis administratur, ante absolutam formae prolationem, is mortem obeat; viterius non progrediemur; si, an mortuus sit, dubitetur, hac baptizandi rationem si mortuus non es, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, argumento cap. 2. extra eod., adhibebimus. II. Praesens adsit; si enim per alium baptismum suscipere quis non potest, ut probabimus; ergo, ut si praesens adsit, fateri omnino debemus. III. Baptismus suscipere queat; vnde, quoad quis matris ventre conclusus continetur; quoniam aqua tangi non potest, id quod necesse est; Quae tanta virtus aquae in cap. detrahe r. q. 1., August. enim inquit, ut corpus tangat, & cor abluat? baptismus illi non administrabitur; ut in cap. qui in matris, cum sequenti de consecr. d. ead. habetur, atque a Thom. ab Arg. d. 6. q. 1. art. 4. concl. 3., & a Bon. d. ead. art. 1. q. 1. parte 2., & a Scot. d. 4. q. 3. versic. Ad quaestionem, & a Magist. eod. cap. Quibus liceat baptizare, atque omni-

no ab

ab vniuersis concluditur; ac plane, si per id, quod extrinsecus sit, quid intrinsecus sacramenta operentur, significetur, oporteat; si corporis pars aliqua non abluatur, animae ablutio baptismi effectus, non dicam qui fiet, sed qua ratione significabitur? neque igitur puer ea, qua cum nascitur, pellucula obuolutus, uti Fraciscus a Vict. e. in sum. inquit; neque corio obligatus, uti Scot. d. 4. q. 3. versic. Ad quaestionem, ibi Ex hoc sequitur, asserit; quod aqua non tangitur baptismum nunquam initiabitur. IV. Baptismus suscipere velit, ita enim in c. maiores in §. item queritur extra eod. habetur, ac Thom. q. 68. art. 7. in 3. par., & Bacch. d. 5. q. 2. art. 2., & Petr. Sot. e. lect. 1. de suscipiente, itemque Scot. d. 4. q. 4. in 3. membro, & Sot. d. 4. q. vn. art. 7., nec non Bon. d. 4. art. 2. q. 1. p. p., nouissimeque Cat. eod. c. Quomodo affecti esse debent, qui baptismum sunt percepturi, asseruerunt. 1. Re vera; uti Bacch. d. 5. art. 2. docuit; quare, qui se baptismum suscipere velle simularet, re vera tamen eius suscipiendi propositum non haberet, quemadmodum Thom. ab Arg. d. 4. q. 1. art. 3., & Bon. d. 6. q. 1. art. 2. p. 2., & Sot. d. ead. quaest. 1. art. 7., itemque Scot. d. ead. q. 5. inquit, baptismum non reciperet. 2. Re ipsa; non enim, ut baptismum velle possint, factum est; verum, infantibus exceptis, omnino velint, sicuti generatim probauimus, necesse est. 3. Saltem virtute; etsi enim baptismum suscepturus eo temporis spatio, quo sacramentum illi administratur, alibi animum habet, aliaque de re cogitat; quin tamen, si antea baptismum suscipiendi propositum habuerit, ab eo que non discesserit, sacramentum suscipiat, negari non potest; dormienti ergo, furiosoque eo, quem diximus, animo praedito, uti Scot. d. 4. q. 4. in 2. membro, quem Tart. d. e. q. 2. sequitur, asseruerunt, atque in c. §. dormientes extra e. Innoc. sanctione sua declarauit, collatus baptismus valebit. V. Ipsemet baptismum suscipiat; ac sane, si aqua eum, qui baptismum initiandus est, ut tangat, sicuti probauimus, necesse est; per alterum baptismum suscipi qua ratione potest? quare nec matri baptismum collatum puero, qui in ventre est, quicquam prodesse in c. si ad matris de consecr. d. ead. Diuus Aug. asserere non dubitauit; atque de ijs, quae huic communia cum alijs sunt, haec tenent; ad ea, quae eidem materiae, necessario itidem inesse debent, sed baptismi propria sunt, transeamus.

De ijs, qua eidem materiae circa quam necessario inesse debent, propria tamen baptismi sunt, Cap. XVII.



NE SSE quoque eidem communi sacramentorum materiae circa quam hoc, quod baptismi proprium est, ne baptizatus sit, debet; qui enim sacramentum hoc suscepit, iterum ab eodem illud suscipi non posse antea probauimus; atque idcirco hominem non baptizatum baptismi materiam vnà cum Sot. in d. 3. q. vn. art. 9. versic. Crediderim tamē, nunc asserimus; haec de ijs, quae materiae huic necessario inesse debent, satis dicta sint; ad ea, quae inesse eidem, quamuis non necessario, debent, quaeque sibi cum alijs sacramentis communia sunt, transeamus.

De ijs, qua eidem materiae circa quam inesse, quamuis non necessario, debent, cum aliorumque sacramentorum eadem materiae communia sunt, Cap. XVIII.



NE SSE autem eidem materiae, quae sibi cum aliorum sacramentorum eadem materiae communia sunt, haec debent. Primum, ut rationis usum habeat; ita enim in cap. §. dormientes extra eod. habetur, atque Thom. d. 4. quaest. 8. artic. 3. lib. 4., & quaest. 68. artic. 12. in 3. parte, quem Sot. d. 5. q. vn. art. 12., ac Syl. eod. 4. num. 3. sequuntur, declarauit; non igitur, infantibus exceptis, furiosi, modo naturae tales non sunt; de his enim idem, quod de pueris dicendum esse existimamus; non dormientes, modo vtriusque mortis periculum non impendat; tunc enim, si reliqua ad baptismi susceptionem necessaria in ipsis fuerint, H sacra-



sacramentum eis, & furiosis, nel repugnantibus, administrabitur; non igitur, inquam, furiosi, non dormientes, nisi cum hi somno excitati, illi vero furore liberati fuerint, baptismo de eorundem, quos citauimus, sententia initiabuntur. II. Rem, quam suscipit, uti generatim iam tradimus, intelligat. III. Ob eum finem, cuius gratia a Christo domino institutus est, uti d. 6. q. 2. art. 2. Thom., & d. ead. q. 3. artic. 2. par. 2. Bon., itemque lectione prima eodem de suscipiente Petr. Sot. aiunt, baptismum in primis suscipiat, ac relictam, ut aiunt, intentionem habeat; alioquin, etsi baptismus suscipitur, gratia tamen, sicut citati autores inquirunt, non tribuitur. 1. Actum, atque re ipsa baptismi suscipiendi eius finis gratia, quem diximus, propositum hoc tunc habeat. 2. Libens itidem ipse uelit, ut, qui tamen minis, terroribusve adhibitis animum idcirco, ut baptismum suscipiat, induxit; gratia excepta, sacramentum suscipiet, ut in cap. 3. §. item queritur extra de Bapt. habetur, & Scot. dist. 4. q. quarta, & Sot. dist. 5. q. vn. artic. 7. concl. 2. inquirunt, de communique sententia d. quarta art. 2. q. 1. p. p. Bon. testatur. IV. Ne origine peccati contracti, mortiferive a se commissi culpa oblectetur; verum, ut oportet, quantum in ipso est, eam detestetur; Omnis, Aug. enim in cap. omnis de consecr. d. 4. inquit; qui iam sua voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi eum poeniteat veteris vita, nouam non potest inchoare; ab hac poenitentia, cum baptizantur, soli paruuli immunes sunt; nondum enim uti possunt libero arbitrio. hęc ibi August., id quod & in duobus cap. sequent. comprobatur; Trid. itidem Syn. sess. 14. cap. 1. de poenit. Fuit quidem, ait, poenitentia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore ad gratiam, & iustitiam, assequendam necessaria, illis etiam, qui baptismi sacramento ablui peruisissent; ut peruersitate abiecta, & emendata tantum Dei offensione cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur. hęc ibi sancta Syn. 3. princeps quoque apostolorum Petrus Poenitentiam agite, inquit, & baptizetur vnusquisque vestrum; omnium denique, qui hac de re pie conscripserunt, uti Thom. q. 68. art. in 3. par., & Bonau. d. 4. art. 2. q. 2., & dist. 16. q. 2. art. 1. p. secunda, & Scot. d. 4. q. quinta, itemque Sot. d. 6. q. 1. art. 7., & Petr. Sot. e. lect. p., & lect. 4., & Host. nu. 15. in summa, omnium, inquam, vna, consentiensque opinio hac fuit; ac re vera qua ratione Christum induar, quod baptismi susceptione fit, si in mortifero peccato perseuerem? quo modo me in eiusdem amicitiam, quem grauiter offendi, si offensa ipsi illatae me minus poeniteat; insinuabo: quare merito eum, qui hoc animo affectus non est, ut peccata dereliquerit, si baptismum suscipiat; quod extrinsecus baptismi scilicet susceptione peccandi animum se abiectisse, peccataque odisse indicat; intrinsecus vero peccatorum laqueis constrictus tenetur, eisdemque oblectatur, Sot. dist. 5. q. vn. art. 4. concl. secunda, & d. 6. quaest. 1. artic. 7., Doctoresque reliqui fictum nominarunt: hac autem peccatorum detestatio, & poenitentia interior, & poenitentia virtus dicitur; hac, uti Bon. d. 16. artic. 1. q. 2. in 2. parte, & Sot. dist. 6. quaest. 1. artic. 7., & Magist. eod. in cap. Quid profit baptismus, vniuersis sacramentum hoc susceptoribus, ratione carentibus exceptis, non poenitentiae sacramentum necessaria est; hac denique, confessione, satisfactioneque exceptis, contritio dici potest; non enim ante baptismi susceptionem peccata confiteri, pro eisdemve poenas pati cogimur; ut in cap. sine poenitentia de consecr. d. ead. habetur, ac Trident. Synod. sess. 14. cap. 1. declarauit; verum, ut anteaquam vitam derelictamur, si gratiam consequi uelamus, omnino compellimur; quare sacrosancta Ecclesia, quod animum hac in re nostrum cuiusmodi is fiet, pericruteretur: an daemona renuntiemus, baptismum nos iam suscepturos percunctari sapius consuevit: non idcirco tamen hic, si peccati eum non poeniteat, minus caractera baptismi consequetur; cum peccato enim is esse potest; at quod in priori peccato perseuerat, baptismique susceptione aliud graue in se suscipit; uti Sot. distinct. quinta quaest. vn. artic. quarto in fine, ac Petr. Sot. eadem lect. quarta inquirunt; ob eam rem, sicut in cap. ostenditur, & in cap. quomodo de consecratione eadem, & in cap. sicut 1. quaest. 1. habetur, atque Sot. d. 6. q. 1. art. 7. probauit, gratia priuabitur; quam tamen gratiam, cum & scelera, quae ante baptismi susceptionem commisit, fuerit derelictus; & quae baptismi suscepto addidit, ea indem confitendi, pro ipsisque satisfaciendi propositum habuerit; ut in cap. tunc, & in c. ostenditur, & in c. nullus de consec. d. ead. habetur,

ac

ae Thom. q. 69. art. 10. in 3. par., & d. 6. q. 1. art. 8. concl. 1. asserit; de communique sententia Petr. Sot. e. lect. 4. testatur, sine dubio recuperabit; ac plane, si culpa peccati uel origine, uel ante baptismi susceptionem a nobis commissi, cum resipiscimus, eamque detestamur, non tolleretur; quo remedio, quae ratione ipsa expiabitur? neque enim peccata huiusmodi, uel quae in ipsius baptismi susceptione ante formam enunciatam in se quis suscipit; poenitentia sacramento de Soti dist. 6. quaest. 8. versi. Secundo, Doctorumque sententia tolli possunt; constat igitur iam ex ijs baptismum suscepturos peccata detestari eos oportere. V. Ne censura ecclesiastica irretitus fiet; etsi enim, qui Christi fidem baptismi professus non est, ea poena plesti per se, ac directe non potest; indirecte tamen posse, ut in cap. etsi Iudaeos, & in c. postulasti, & ibi gloss. de Iudaeis, & in c. post miserabilem, ubi notat. Abbas, de vsur. habet, nemo dubitabit. VI. Ne ab alio, quam a proprio parochio eiusve delegato baptismum suscipiat; esto enim sacramentum consecratur; quia vero, uti Nauar. in Man. cap. 22. inquit, grauiter peccat; ob eam rem baptismi gratia ei non condonatur: quod tamen alibi fecimus, hic quoque bonam fidem, necessitatem, incertiamque suscipientis probabilem excipimus, atque excusamus; etenim, si quemcunque baptismum ei, qui necessitate constringitur, administrare tunc, sineque vilo conscientiae scrupulo posse probauimus, cur tunc ab hoc suscipientem culpa uacare non concluderemus? quare, etsi proprium parochum mortiferi peccati culpa pollutum, censurave ecclesiastica, non tamen aut nominatim, aut ita, ut celari nequeat, constrictum esse certo scio; alium vero non parochum huiusmodi vitij non contaminatum habeo; ob extraneum. Ad euitanda a meo parochio suscipere tunc possum, ac deo; quod itidem, etiam si eo modo, quae proxime excepimus, censuris obligetur, necessitas vero adsit, quae illum habilem tunc reddat, faciendum est; nec, quod alius, qui ijs poenis non afficitur, adest; ab illo idcirco; si & ipse meus parochus non sit, suscipiendum sacramentum est; nam, cum necessitate habiles ambo facti sunt, idque priuato iure; tuncius commune, ut in l. assiduis C. qui potior. in pignor. hab., notatur, locum habet; at iure communi a meo parochio, & non ab alio, cum ipse praesens adest, baptismum suscipere debeo. I. Censura ecclesiastica, aliave poena, unde sacramenta administrare nequeat; uel nominatim, uel ita, ut celari nequeat, non affecto; qui enim sacramentum ab hoc suscipit, etsi character ei imprimatur, gratia tamen [ nisi uel in ignorantia probabili versetur, uel necessitas adsit; tunc enim, licet non peccat, ita & gratiam consequitur, ut in cap. si quem forte 24. quaest. prima habetur, & Scot. distinct. quinta quaest. secunda in primo membro, & Bonauent. distinct. ead. artic. secundo quaest. fin. inquirunt, de communique sententia, Thom. ab Arg. distinct. ead. quaest. prima artic. primo testatur ] gratia, inquam, ab huiusmodi ministro suscipiens priuatur: hac de ijs, quae materiae circa quam baptismi inesse, non tamen necessario, debent, cum aliorumque sacramentorum materia communia sunt, satis dicta sunt, ad propriam ipsius institutio nostro transeamus.

V.  
VI.

I.

De ijs, quae materiae baptismi circa quam inesse, non tamen necessario, debent, propriaeque ipsius sunt, Cap. XIX.



PROPRIA vero materiae huius, non tamen itidem necessaria, haec sunt: I. Primum, ut fidei Christianae prima rudimenta, quae symbolo potissimum continetur, si rationis usum habeat, edoctus sit; ut in c. placuit decima q. prima, & in c. ante baptismum, cum seq. de consec. d. 4. habetur; etenim, cum baptismi susceptione Christi fidem profiteamur; merito eius ignari esse non debemus: si tamen id praetermittatur, sacramenti naturam haud totum, non est; quod dubitemus; nam horum ignorantia ad baptismum suscipiendum non idcirco, inhables omnino reddimur. II. Christi fidem profiteatur, atque ijs, quae Christus nobis credenda proposuit, fidem habeat; ut in c. 3. extra de bapt. habetur, atque

I.  
II

H 2 Cat.

Cat. e. cap.; Quomodo affecti esse debent sacramentum hoc suscepturi, & Thom. q. 68. art. 8. in 3. par., & dict. 6. quest. 3. art. 1., & Sot. d. 5. quest. vn. art. 8. concl. 8., & Petr. Sot. e. lect. 4. inquit; etenim, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hunc saluum fore Christus dominus edixit; contra vero, qui non crediderit, hunc condemnatum iri affirmavit; quare sacrosancta Ecclesia, antequam baptismo initemur, an, quæ credenda nobis ipsa proponit fidem ipsis habeamus, ut ministri id percunctentur, diligenterque inuestigent, sanciuit; id tamen, neq. ad sacramentū suscipiendū, præterquā ad ipsam gratiā, necessaria est; Non interest, inquit enim Aug. in c. sicut in § item non interest de consecr. d. e., cum de sacramenti integritate tractatur, & sanctitate, quid credat; aut quali fide imbutus sit ille, qui accipit sacramentum; interest quidem plurimum ad salutis viā, sed nihil interest ad sacramenti quaestionem; item manifestum est fieri posse, vt de fide non integra in quoquam maneat sacramentum baptismi. hæc ibi Aug.; qui rationis vsus ergo habet, hoc animo, vt & gratiam consequatur, affectus esse debet; atqui de materia circa quam hætenus, ad materiam in qua propriam baptismi iam veniamus.

De materia baptismi propria, ac necessaria in qua Cap. XX.



MATERIA igitur in qua baptismi propria, ac necessaria hominis pars corporis est; atque hæc nihil interesse arbitramur, quæ nam fiet; nam, cum in sacramenti huius susceptione hominis corpus idcirco abluatur; quod animæ ablutio significetur; hæc autem significatio quacunque corporis abluta parte fiat; planè, quin baptismus conferatur, negare nemo verè potest; præterea cum Christus dominus baptismi institutor neque, quando discipulis, vt sacramenti huius legem promulgaret, præcepit; vllam corporis præcipuā partem, ac necessariam illis præscripserit; Euntēs [ inquit .n. tantum] in vniuersum mundum prædicate euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cur nos eam præscribamus, ratio nulla est arg. de prætio ff. de publ. in rem act., & l. pe. §. & generaliter ff. de leg. præst.; accedit quia si, quem admodum legis partem eiusdem alteram interpretari posse non ignoramus, ita hic reliquas baptismi partes intueri velimus; sanè & vehementius in hac sententia confirmabimur; ecce enim primum tibi ad functionem hanc quisque, vel à christiana fide alienus; si reliqua ad id necessaria adsint, minister nõ ineptus; ecce aspersio, ecce immersio atq. effusio latis simus baptismi administrandi modus, mitto verò susceptionis tēpus, quod nunquā intempestiuum; præterea loca, quæ, si necessitas adsit, quæque aptissima sunt; sileo suscipientium ætates, quæ nunquam non habiles, nunquam non idoneæ; vnum hoc addo aquam naturalem comparatu cuique facillimam, eiusdem sacramenti materiam institutam esse; hæc igitur cum ita sint, Christum dominum, quem hæc in partibus adeo largū, adeo liberalem videmus; in suscipiente, cuius gratia reliqua concessit, restrictum, quaruque fuisse autumabimus? ac planè, si corporis partem quampiam tantum abluere oportuisset, rem tam grauem; vnde salus nostra pendet, tanto silentio idem Christus paternā erga nos pietate affectus præterisset? ecclesia deinde materno erga nos amore prædita tot, tantisque sanctorum patrum conuentibus habitis, concilijsque coactis hæc in tenebris tam diu rem hanc iacere passā fuisset? non declarasset? atqui non ita in confirmatione, non ita in extrema vnctione, à quibus tamen sacramentis salus nostra non petitur, factū fuisse scimus; verum sic se res habet, nouerat Christus dominus, vel in ipso ortus nostri limine, qui aduersi casus, quæ repentinae mortes contingerent; meminerat ijs, qui ex aqua, & Spiritu sancto nati non essent, cælorum regnum oclusum iri se antea interminatum fuisse; quò igitur benignus Deus subitis hæc, miserandisque casibus opem ferret, quò saluti nostræ consuleret, nulla parte necessaria præscripta, vnam quamque aptam ob id innuens Apostolis tantum, vt baptizarent, mandauit; nec, quòd caput corporis princeps pars sit, in eoque vniuersi, tum interni, tum externi sensus vigeant, idcirco ipsius tantum abluione baptismi conferri necessario consequitur; at illud sanè capitis abluione

honestius, decentiusque administrari concluditur; quamcunque igitur corporis partem abluemus, baptismus conferetur. I Huic autem necessario id inesse debet, vt à ministro aqua abluatur; si enim pars illa non extaret, ita, vt à ministro, vel aspergi aqua non posset; planè; vti Bon. d. 6. art. 1. q. 1. par. e., & Magis in cap. quibus licet baptizare, inquit, & antea nos id pluribus egimus, baptismus sine dubio; cum animæ ablutio corporis abluione, quæ fieri non potest, non significetur, baptismus, inquam, non confertur; qui in ventre matris ergo conclusi continentur, hi baptismi initiari, vt in cap. qui in matris de consecr. dist. e. Hifidorus inquit, non possunt; at de materia propria in qua necessaria hætenus, ad eandem non necessariam transeamus.

De materia in qua sacramenti baptismi propria, non tamen necessaria Cap. XXI.



MATERIA verò in qua baptismi propria non necessaria Caput est; sic nanq. in c. postquam de consecr. d. 4. habetur; Postquam, dicitur enim ibi, vos credere promissistis, tertio capita vestra in sacro fonte demersimus; neque iniuria etenim, cum princeps corporis pars caput ipsum sit; merito diuinarum rerum scriptores & Cat. e. cap. de legit. abluione, & Sot. d. 3. quest. vn. art. 7. in tertio arg., ac Petr. Sot. e. lect. 1.; eam partem, quæ ablueretur, à quorum sententia, quatenus fieri potest, non discederem, aptiorem existimari: hæc de baptismi materia in qua hætenus, ad materiam itidem propriam eiusdem ex qua; atque simul ad ea, quæ necessario illi in esse debent, transeamus.

De materia ex qua sacramenti baptismi propria, ac necessaria, & de ijs, quæ necessario illi inesse debent, Cap. XXII.



MATERIA tandem ex qua baptismi propria, ac necessaria Aqua est; de baptismo enim agens Christus dominus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto in regnum Dei introire, non posse asseruit; necessariam igitur ad baptismi administrationem aquam esse, & hinc constat; & cōmunis hæc in re sanctorum patrum, consentiensque, opinio hæc est; omnino autem inesse hæc illi debent; Primum vt naturalis aqua sit; ita namque in c. in quadam de celeb. mis. Innocentius docuit, atque à Magis, quem Thom. quest. 66. art. 3. in 3. par., ac Sot. dest. 3. quest. vn. art. 3. & Bon. dist. ead. art. 3. & Bon. d. e. art. 1. par. 2., itemque Scot. d. e. q. 3., atque Bacch. d. 4. q. 1. art. 1., vniuersique diuinarum rerum scriptores sequuntur; à Magis, inquam, in cap. Quare in aqua tantum, asseritur; ita Trid. Syn. in can. 2. e., qui contrarium asseueraret, anathemate damnauit. Si quis dixerit, inquit enim ibi, aquam veram, & naturalem non esse de necessitate baptismi; atque idem verba illa domine nostri Iesu Christi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquā detorserit, anathema sit. Hæc Trid. Syn. neque iniuria, etenim, cum Christus aquæ mentionem fecerit; neque apertius verbi debemus arg. l. cum quaritur ff. de stat. homin.; non igitur ex aqua, quæ è rosis exprimitur; non ex ea, quæ è cæcis vitibus, alijsve arboribus, fluit; non denique ex vllis alijs humoribus, præterquam ex naturali aqua confici baptismus potest; atque merito; namque cum baptismus ad æternam vitam consequendam, cuique necessarius sit; vti paulò post probabimus; iure huiuscemodi aqua, quæ omnibus in promptu, quæque comparatu facillima esset; vti Thom. dist. 3. quest. 3. artic. primo, ac Petr. Sot. e. lect. p., citaque autores ibidem aiunt, baptismi materia institui debuit; postremo sacramenta

- per ea, quae extrinsecus fiunt, quid intrinsecus ipsa operentur, declarant; at nullus liquor aque, atque aqua haec, quid baptismus operetur, significat; humiditate, namque sua culpa ac poena deletio; frigiditate libidinis, concupiscentiaque ardoris repressio, claritate gratiae collatio, mentisque illuminatio baptismi effectus; sicuti I hom. ab Arg. d. 3. q. 1. artic. 4., citarique autores ibidem inquit; significatur; ergo merito hac quoque ratione huiusmodi aqua baptismi materia destinata est. II. Vt re ipsa, atque actu aqua ad abluendum apta fiet; nam, cum baptismus aut asperzione, aut effusione, aut mersione conficiatur; ex eo, quod aqua re ipsa non est, nulla ratione; uti Scot. d. 3. q. vn. art. 4. versic. De niue autem, ac Biel. d. e. q. vn., & Tab. e. 4. num. 8., itemque Syl. e. 2. num. 3. afferunt, administrabitur; quare aquam hanc Scot. d. 3. q. 3. versic. Quod additur, itemque Ant. And. d. e. art. 3. in fine, simulque Scot. d. ead. q. vn. artic. 1. propemodum in fine, fluidam esse debere affirmant; neque igitur glacies, neque grandis, neque nix, neque pruina, & id generis; quamvis ex aqua constent, uti Scot. d. 3. q. vn. art. 4. versic. De niue, citarique doctores eisdem in locis concludunt, baptismi materia ex qua esse possunt. III. Cum nulla re; unde naturalis aqua species esse desinat, miscetur; non enim tunc, quod materia necessaria non adest, baptismus conficitur; quare lutum, quod pulvis aqua madidus, non aqua est, materia haec baptismi, uti Scot. d. 3. e. scipis, esse non potest. IV. Non aut natura vi, aut artis ad se immutetur, ut esse aqua huiusmodi deserit, non ex aqua igitur, quamvis magna ex parte ex aqua constet; non ex urina, eiam si aquam quis biberit; non ex aqua, quae feruente adhuc pane exire solet, ut Scot. d. 3. q. vn. art. 4. in 3. arg.; atque in 4. explicatione inquit; multo minus autem ex sudore, atque lacrimis baptismus conficietur; aqua tamen, quae ex sale fit, si sal ex aqua constet, in eamque iterum dissoluitur, cum vera aqua fiet, materia baptismi erit. V. Tanta, ut ablutio altero ex tribus modis, id quod Scot. d. 7. quaest. 1. art. 7. in fine, docuit, a ministro fiat, quare, cum asperione baptismus quoque conferatur, gutta vero aqua aspersio fiat; ea merito baptismus conficietur; etenim & Rosel. e. 4. sintillam aqua a ministro proiectam sat esse inquit, ac Scot. d. 3. quaest. 3. versic. Hic dicendum, non tantam, quae sordes abluat, atque abstergat requiri, verum, quae corpus tangat; sufficere affirmant; hinc Magis. cap. Quid sit baptismus, in distinctionem baptismum esse definiunt; hinc Cat. de modo abluitionis, qui aquae asperione tanguntur, ab hisce baptismum suscipi asserunt; & de materia ex qua baptismi propria, ac necessaria, simulque de ijs, quae necessario illi in esse debent, satis; ad ea, quae eidem in esse, etsi non necessario, tandem veniamus.

*De materia eadem ex qua, & de ijs, quae inesse illi, non tamen necessario, debent, Cap. XXIII.*

- I.** **E** I D E M materia denique haec inesse, quamvis non necessario, debent, Primum, ut aqua haec, quo maiori dignitate baptismus administratur, ne turbida, aliaue ratione inquinata fiet; ita enim Thom. ab Arg. d. 3. quaest. 1. art. 1. conclus. 1. versic. Ad tertium, scripsit; ac sane, si ad abluendas corporis sordes non cenosam aquam, non inquinatam adhibemus; quanto magis, quae ad abluendas animae maculas, ac labe adhibetur, vitijs omnibus, si fieri potest, vacare debet; addo manifestius, illustriusque baptismi effectus ab ea rationibus huius praedicta significari; quoquo modo tamen affecta sit [naturalis aqua modo permaneat] baptismi materia erit; quare ex licium, & ex aqua, in qua carnes, aliaue res concoctae sunt, omninoque ex huiusmodi aquis; uti Thom. ab Arg. e. ac Scot. d. 3. q. vn. art. 4. in responsione secundi, & quarti argumenti, scribunt, ex hisce, inquam, baptismus conficitur. II. Nulla res alia, etiam si aquae vim non tollat; ob ea, quae diximus, ei admisceatur. III. Ne corrupta, atque fetida, sit. IV. Vt pijs praecipuis, solemniusque ceremonijs, sicuti d. 5. q. 1. art. 2. Thom. ab Arg. inquit, in missaliq. Romano Pij Quinti iussu in lucem edito in Sabbato Paschae; Pentecostesque habetur, quibus diebus haec fiunt; ut ibi dicitur, & in c. de ritibus, & in c. in sabbato sancto de col. d. 4.

d. 4. probatur, aqua haec consecratur. V. Christum, Cathecumenorumque olio aspersa sit; quae asperio, cum in missali e. in loco, qua ratione, quibus caerimonijs, ritibusque fiat, in promptu cuique sit; cur illam hic inseramus; causa nulla est; haec autem, ab ecclesia, cum instituta sint; & si necessario non requiruntur [ad Christum enim ea, ex quibus sacramenta constant, instituire, non ad ecclesiam oportuit;] si tamen, quando, vel necessitas non impedit, vel probabilis inscitia non excusat; praetermittatur; & qui baptismum confert; & is, cui baptismus confertur, grauius offendunt, atque, uti Thom. ab Arg. d. 5. quaest. 1. art. 2. declarant, mortifero peccato se adstringunt; his igitur affecta qualitate naturalis haec aqua, ut esset, ecclesia Spiritu sancto edocta optimum factu duxit, atque sancit; aqua denique haec non vi sua, sed quod a Christo domino [uti, quae aptior ad fructus baptismi significandos esset] huic muneris, quando ipse baptismum suscepit, non alij liquores, destinata est, peccata delet; destinatio igitur illa, ad delenda peccata, & ipsius vis, atque virtus est; uti Bon. d. 3. q. 2. artic. 1. par. 2., ac Scot. d. 3. quaest. vn. art. 2. conclus. 1. versic. quod si arguas, concluderunt; haec de materia baptismi satis dicta sint, ad formam, & primo necessariam, itemque ad ea, quae communia sibi cum reliquorum sacramentorum formis, itidemque necessaria sunt, veniamus.

*De forma necessaria sacramenti baptismi, & de ijs, quae necessario illi inesse debent, communiisque sibi cum aliorum sacramentorum formis sunt, Cap. XXIV.*



**P** O R M A igitur sacramenti baptismi necessaria haec est, Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti; Euntes in vniuersum mundum docete omnes gentes [inquit enim Christus dominus] baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti; quibus verbis baptismi formam ecclesia a Christo traditam Scot. d. 3. quaest. 2. §. e. Bon. d. e. art. 2. quaest. 1., & Scot. d. e. quaest. vn. art. 5., itemque Thom. quaest. 66. art. 5. in 3. par., simulque Petr. Scot. e. lect. 1. de forma, & Cat., diuinarumque rerum scriptores vniuersi interpretati sunt, Romanique Pontifices, & in c. non, ut poneret extra e., & in c. proprie de consecrat. dist. 4. intellexerunt, ac declararunt; Ad cuius rei confirmationem, ait naque Leo summus pontifex, plurimum valet, quod ipse dominus Iesus Christus, postquam resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum praesules docebantur, & formam, & potestatem tradidit baptizandi dicens. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti; haec igitur baptismi forma; ut citati autores ibidem inquit, necessaria omnino est, haec merito, ut, quae fructus baptismi peccatorum scilicet abluitionem verbo illo baptizo; undeque vis haec emanet, ijs ve bis in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ostendit, haec, inquam, merito instituta; in esse autem ei necessario, quae sibi cum aliorum sacramentorum forma communia sunt, haec debent. Primum, ut exprimatur. II. Verbis. III. A causa efficiente humana, quae I. minister dicitur. IV. In tempore instanti. V. Sine eorum verbis, quae ipsius baptismi III. forma vim, substantiamque tollunt, adiectione. VI. Sine eorum, quae eisdem baptis- III. mi formam naturam deprauant, detractio. VII. Sine eorum verborum, ex quibus for- VI. ma constat, huiusmodi, unde forma tollatur, corruptione. VIII. Sine verborum quoque V. huiusmodi traniectione. IX. Sine interpositione ea, qua consequentia formae ver- VI. ba eiusdem antecedentium partes esse desinant. X. Sine ea verborum formae mutatio- VII. ne, qua itidem ipsa forma tollatur. XI. Sine earum sex mutationum, quas proximè re- VIII. centuimus, etiam si formae natura, atque vis ab ipsa quidem non tollatur, sed hoc tamen IX. animo fiat, ut noua introducat; vlla mutatione; quae omnia; Quod generatim antea X. de ipsis egimus, pluribusque disputauimus, ut breuitati consulamus, merito praetermit- XI. timus; ad ea igitur, quae eidem formae necessario in esse, itidem debent, propriaque ip- sius sunt, veniamus.

De ijs, quæ eidem formæ necessariò inesse debent, propriæq;  
baptismi sunt, Cap. XXV.

**I.** NECESSARIO autem huic formæ hæc quoque, baptismi propria quæ sunt, inesse debent. Primum, vt verbum illud Baptizo idest verbum ablutionem hanc significans ponatur; ex eo enim, quòd Christus dominus ibi Euntes in vniuersum mundum prædicate euangelium omni creature, illud baptizantes eos &c. adiecit; ministri actionem exprime- dam esse, vti Cat. e. cap. de forma, ac Sot., itemque Scot. e., simulq; Bon. d. 3. art. 2. quæst. 1., & Petr. Sot. e. lect. 1. de forma inquit, ecclesia intellexit; neque iniuria; nam, cum sacramentorum formæ in primis, quid ipsa operentur, declarent, si [verbo ablutionem significante tacito] baptismi formam reliquam quis enunciarer; quid baptismus efficeret [cum nomina per se posita, vt in lib. de interpretat. Philosophus docuit, neque affirmet, neque negent] non declararetur; verbû igitur ablutionem significans omnino vt inferatur, necesse est. **II.** Is, cui baptismus administratur, necessariò quoque nominandus est; ita enim Sot. e. art., & Petr. Sot. e. lect. 1. de forma asserunt; id quòd cum è Christi verbis ijs Baptizantes eos; vti Scot. d. 3. quæst. 2. vers. tertio inquit, colligitur, tum etiam ratione probatur; nam, cum ipse suscipiens materia, circa quam actio hæc omnis versatur, siet; vti iam vidimus; planè, sicuti albedo hæc, nisi, vbi consistat, habeat, esse non potest; ita baptismus, nisi sit, cui conferatur, nisi que nominetur, quod & communiter receptum esse Sot. e. recenset, non extabit. **III.** Præpositio etiam illa In omnino requiritur; textus enim casus præpositione non adiecta prolatus, si grammaticos audiamus, causam, quæ instrumentum dicitur, significat; at sanctissima Trinitas baptismi princeps, non, quæ instrumentum, propriè causa est; ergo, ne in impietatem hanc incidamus, præpositionem illam, quæ vim baptismi in ipsa Trinitate collocatam, ab eaque pendere ostendit, adhibendam esse censemus. **IV.** Dicitio itidè illa Nomine prætereunda non est; alioquin, Trinitatis personæ quid illic efficerent, quidvè sibi vellent; in quam sententiam accipiendæ; qua ratione ad enuntiationem illam accommodanda, conformandæque essent, non dignosceretur. In singulorum quoque numero dictionem eandem prolatam esse oportet; hæc enim ratione vnam, eandemque Trinitatis personarum naturam profitemur; quare, qui eius loco plurimum numerarum. Nominibus scilicet vsurparet, is nihil, vti Magist. e. cap. quæstio Ambrosij, ait, quem Thom. e. art. 5. vers. Ad sextum, & Sot. e. art. 5. vers. sextum argumentum, itemque Cat. e. sequuntur; is, inquam, nihil faceret. **V.** Patris, & filij, & spiritus sancti; nomina hæc quoque; vti citati auctores ibidem inquit, necessaria sunt; sic enim Christus dominus baptismi formam illis verbis Euntes in vniuersum mundum &c. tradens, apostolos docuit, sic Romanus Pontifex ab ecclesia sanctum, ac declaratum in c. in synodo de consecra. d. 4., commemorauit; quare, qui forma hac non adhibita abluuntur, nihil, vt vulgò receptum est, ic Bon. d. 3. art. 2. quæst. 2. 1. par. testatur, consequetur, immo, vt salutaribus hæc aquis, forma hac adhibita, iterum abluantur, sicut in c. multi sunt, & in c. ij. verò de consecra. d. 4. habetur, admonendi sunt; Trinitatis igitur personæ omnes, eademque separatim exprime- dæ necessariò sunt; nam præter ea, quæ conscriptimus; quæ, Christo baptismum susci- piente, facta sunt, hæc per bellè declararunt; ibi enim ipsemet Christus Dei filius aderat; ibidem tunc hæc patris vox, Hic est filius meus dilectus, audita est; spiritus quoque san- ctus in colūba specie apparuit; sicut igitur Trinitatis personæ separatim tunc sensu percep- tæ; ita & separatim in baptismo administrando nunc enuntiandæ sunt; nec, qd diuus Am- brosius, persona vna prolata, si intus fides integra sit, plenum esse sacramentum affirmavit; vti Thom. ac Sot. inquit, quicquid officit; tum quòd formam à Christo traditam immu- rare nobis minimè permissum est; tum, quòd Romanus Pontifex, ad quem dubitatio- num huiuscemodi dissolutio pertinet, ita declaratum in synodo tres scilicet personas ex- primendas esse; quod iam vidimus, recensuit; non igitur persona tantum vna Trinitatis expressa, quæcunque sit, etià si in Christi nomine baptismus administrer, quod factitasse apo-  
aposto-

apostolos non nulli inquit, Cat. verò de sanctissimo quorunda patrum autorita- te id pro certo non affirmavit, ad baptismum conficiendum sat erit; sic etenim Sot. d. 3. q. vn. art. 6. asseruit, receptumque Syl. e. primò num. 4. recensuit; sic Pelagius Rom, Pontifex in c. re vera de consecra. d. 4., & in c. multi sunt. e. d. declarauit, Multi sunt, in- quit. n. ibi, qui in nomine solummodo Christi vna etiam mersione se asserunt baptiza- re; euangelicum verò præceptum ipso Deo, & domino Salvatore nostro Iesu Christo di- cente, & tradente, nos admonet in nomine Trinitatis trina etiam mersione sanctum ba- ptisma vnicuique tribuere, dicente domino Iesu Christo discipulis suis Ite, baptizate om- nes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; hæc inquit ibi Romanus Ponti- fex; idem in citaro. c. si re vera, confirmavit; non vno etiam verbo personis tribus hæc compræhensis, vti Baptizo te in nomine Trinitatis, id quod à sanctis patribus com- muniter probatum fuisse d. 3. q. vn. art. 5. in arg. 7. testatur Sot. [personarum quippe nu- merus, non persona eo verbo significatur] baptismus administrari poterit; non deniq; etiam vniuersis expressis, sed alijs nominibus eadem ratione personas ipsas non signifi- catis, vt In nomine genitoris, geniti, atque ab utroque procedentis [quòd quidè nomi- na hæc non personarum essentiam, quod à Christo præscripta verba efficiunt, sed propri- etates personarum earundem quædam declarant] collatus valebit, atque sic Syl. e. primò num. 5. docuit, sic itidem Sot. d. e. q. un. art. 5. arg. 7. vulgò id receptum esse testatus est, atque comprobauit; hæc de ijs, quæ necessariò baptismi formæ inesse debent, hæc tenent; ad ea, quæ eidem inesse, sed non necessariò, debent, cum aliorumque sacramentorum formis si- bi communia sunt, transeamus.


De ijs, quæ eidem formæ inesse, quamuis non necessariò, debent,  
communiq; sibi cum reliquorum sacramentorum for-  
mis sunt, Cap. XXVI.





**E**A verò, quæ eidem formæ baptismi cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt, inesseq; ei, quamuis non necessariò, debent, hæc habentur. Primum nequid ei, etsi ipse vis non tollitur, omnino addatur. **II.** Sine verborum, etià si ex ipsis forma non constet, detractio. **III.** Sine ea itidem interpositione, qua verborum formæ connexio nõ ita tollitur, quin eiusdem formæ sententia remaneat. **IV.** Sine huius- cemodi etiam transpositione. **V.** Sine eiusdem forme tandem verbo- rum mutatione, ea igitur. **1.** Forma, qua sua ecclesia vti contineuit, adhibeatur; quare neque latinus minister græcorum formam, neq; græcus latinorum vsurpabit; etsi enim eorum forma baptismum cõfici cõmuniter receptum esse Syl. e. par. in fin. recenset idèq; d. 3. q. vn. art. 5. vers. Percunclaberis, Sot. tenet; grauius tamen, nisi probabilis incertitia eum excuset, vti Syl., atq; Sot. ibidem inquit, hic peccabit. **2.** Eadem lingua, quæ eo in lo- co, vbi sacramentum administrat, adhiberi contineuit, enuncietur; non enim græcis ver- bis latinis; non græcis latinis, nisi ecclesiæ consuetudo id postulet, proferere debebit. **3.** Eiusdem lingue verbis, quibus proferri contineuit, proferatur; quoniam igitur inuete- rata Romana Ecclesiæ consuetudo verbum Baptizo adhibet, neq; nos illud, alio adhi- bito, quamuis idem significet, eodemq; baptismi forma non tollatur, vti Abluo; quem- admodum d. 3. q. vn. art. 5. in vers. De mutatione autem verbi Baptizo Sot. tradidit, respu- emus. **4.** Eiusdem personis itidem exprimat; non igitur, cum nos forma hac hæc per- sonis expressa vtamur, Ego baptizo te &c. alia ratione, vt Franciscus [quia ministro for- tasse nomen hoc est] te baptizat, enunciabitur; & si enim conficitur baptismus, culpa ta- men, vti Sot. e. vers. Longè autem, inuisibile videtur, non omnino vacabit. **5.** Eodem in nu- mero, & nomina, & verba, quibus consueuerunt, collocentur; Ego igitur baptizo te, non Nos baptizamus vos, si vnus sit, cui baptismum cõfero, pferemus; si tñ, vt graues viri, pluriù numero vtamur; nihil officit, qn vti Sot. e. art. 5. vers. Quòd autè pro baptizo, asserit, com- munitèq; receptum est, baptismus conferatur. **6.** Eiusdè et casibus formæ verba, quibus ef-  
I  
terri

7. ferit conuenienter, efferantur; si tamen pro Ego baptizo te, Tu baptizaris à me, dicere-  
tur; baptizatus tamen cur non extaret, non video; etenim & sic Sot. e. art. vers. longè aūt  
minus, sensisse reperio. 7. Recto, emendatoque denique adhibito sermone, conficitur ta-  
men, si contrarium fiat, vt in c. retulerunt de consecr. d. 4. probatur. Retulerunt, inquit  
enim summus Pontifex, nunciij tui, quod fuit in eadem prouincia sacerdos, qui latinam  
linguam penitus ignorabat; &, dum baptizaret, nesciens loquilarinè infringēs ling. uam  
diceret Baptizo te in nomine patris, filii, & spiritus sancti, & per hoc tua reuerenda san-  
ctitas considerauit eos rebaptizare. Sed sanctissime frater, si ille, qui baptizauit, non erro-  
rem introducens, aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romana locutionis infringendo  
linguam, vt supra diximus, hoc baptizans dixisset; non possumus consentire, vt denuo  
baptizetur: Hæc ibi sumus Pontifex, de quibus omnibus, qm̄ generatim antea pluribus dis-  
seruimus; ideo, ne laborem, tempusque conteramus, nulla causâ nobis uidetur, cur eadē  
hic iteremus; atque de his hætenus, ad ea, quæ eidem formæ, non necessario quidem in-  
esse, prætermitti tamen non debent, propriaque baptismi formæ sunt, veniamus.

*De ijs, quæ eidem formæ inesse, quamuis non necessariò, propriatamen  
ipsius sunt, Cap. XXVII.*

I.  VAE denique baptismi formæ propria sunt, inessēq; ei, nō tamen neces-  
sariò, debent, hæc habent. Primum pronomē illud Ego; etsi enim uerbi  
illiusu Baptizo comprehenditur; atque idcirco necessarium nō est; vt  
Thom. q. 66. art. 5. vers. Ad primū, & Thom. ab Arg. d. 3. q. 1. art. 2. concl. 4.,  
diuinarumq; eorum scriptores vniuersi, asserunt, quod tamen, eo ex-  
presso, animus noster magis exprimitur; ob eam rem, ac ne, uel leniter  
offendamus; vt Thom. e., ac Sot. d. 3. quæst. vn. art. 5. vers. Collige ergo inquit, id præ-  
termittendum non est. II. Copula denique illa Et; quod enim cum ecclesia omnino nos  
conformemus, ab eaque non discēdamus; nihil, quantum fieri potest, prætermitemus;  
neque tamen eam idcirco necessarium esse quis existimet; non enim ipsius omissio, vt  
per se id cōstat, formæ vim, atque substantiam tollit; id quod & in citato c. retulerunt cō-  
spicitur, in quo, etsi copula, quæ ante uerbum illud Filia collocanda erat, omissa est, Ro-  
manus tamen Pontifex, ne baptismus iteraretur, prohibuit; atque de baptismi formæ  
necessaria satis hæc dicta sint; ad eiusdem formam non necessariam transeamus.

*De forma baptismi non necessaria, quæ ceremonie dicuntur  
Cap. XXVIII.*

I.  O R M A tandem baptismi non necessaria, quæ ceremonie uulgò appel-  
lantur, bipartita est; partim enim ablutionē antecedit, eandem partim  
consequitur; de priore igitur primò agamus. Primum igitur susceptores  
eorum, qui baptismum suscipere uolunt, numerantur, de quibus; quo-  
niam in commentario de confirmatione ea, quæ ad ipsos pertinebant,  
abundè egimus; ideo hæc hoc in loco præteribimus. II. Catechismus  
II.  eidem requiritur; Eunt, inquit enim Christus dominus, in uniuersum mundum do-  
cete omnes gentes, baptizantes eos &c.; ex quibus uerbis instructionem [Catechismus  
enim à greco uerbo ductum nomen eruditionem, institutionemque latinè interpreta-  
mur] baptismi præmittendam esse nobis significauit; idem quoque in cap. ante bap-  
tismum de consecr. d. 4. habetur; Ante baptismum enim, dicitur nanque, catechigandi de-  
bet hominem præuenire officium; vt fidei primū Catechumenus accipiat rudimentū;  
item ipse Christus pius cæci nati oculos luto ex spūto facto superliniuit, & sic ad aquas  
floræ missit; quæ debet baptizandus fide incarnationis Christi instrui, & sic ad baptismū iam  
credu-

credulus admitti, vt sciat, cuius gratiæ in eo est particeps; & cui iam debitor fiat deinceps  
Hæc ibi Rab.; idem Magist. e. cap. de cat., & exor., quocum Thom. d. 6. quæst. 5. art. 1.  
l. b. 4., & quæst. 61. art. 1. in 3. par., ac Bon. d. c. art. 3. quæst. 1. par. 2., simulque Sot. dist. e.  
quæst. 2. art. 1. sentiunt, docuit; ac planè, cum baptismi susceptione nouum uitæ genus  
instituiamus; nonis institutis, ac legibus, obligemur; Christi fidem profiteamur; sicuti,  
quæ instituta hæc, quæ uel leges essent; simulque fides quid credendum nobis propo-  
neret, nos antea edoceri æquum fuit; ita, & an inuiti iugum hoc domini subiremus, id  
quod incitato c. ante baptismum, cum sequen. habetur; atque Magist., & Bon. eodem  
in loco declarant, ecclesiam prius experiri decuit; quare sit, vt baptismi initiandus. I. I.  
Quid petat, interrogetur; cuique respondenti se fidem perere, & quid fides præster rur-  
sus rogato æternam uitam ab ea præstari affirmanti, statim, quid æterna uita sit, ideo qua  
ratione fidem adeptus æternam uitam consequatur, deum scilicet colendo, proximumq;  
amando declaratur; unde à ministro dicitur, Hæc est uita æterna, diligens dominum De-  
um tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum, sicut te ipsum &c. 2. Edoctus autem  
ut est, quid, quod æternam uitam consequatur; præstandum sibi sit; quoniã, ex quo Chri-  
sti iam fidem se profiteri uelle affirmauit; idem & ante actam uitam detestatus esse, si-  
mulque gratiam adeptus existimatur; ideo, ne posthac peccatorū sanie putrescat, uerum  
ueriorē in dies gratiã adipiscatur, in os eius à ministro sal benedictum inferitur; Ex hinc  
iam dicuntur, ait enim Rab. in cap. ex hinc, cum sequen. de consecr. d. e. super eum oratio-  
nes, ut fiat Catechumenus; tunc datur baptizando sal benedictum in os; ut per sal typicū  
cum sapientiæ sale conditus fetore careat iniquitatis; ne à uermibus peccatorum ultra  
putrescat; sed magis illæsus seruetur ad maiorem gratiam percipiendam. 3. Postremò, quò  
habilius ad mandata Dei audienda fiat, quibus se obtemperaturum, dum fidem pete-  
bat, tacito fuerat quodammodo pollicitus; quodque ea audiendo, ipsorum odorem sen-  
tiant facilius, eoque capiat; sputo aures primò, nares deinde tinguntur; Tanguntur in  
c. postea, dicitur enim, ead. d., ei nares, & aures de salina, & dicitur uerbum euangelicum,  
quod Iesus dixit, quando surdum, & mutum sanauit, tangens cum sputo linguam eius;  
& mitrens digitos in auriculam eius dixit, Effeta, quod est ad aperire; hoc enim sacra-  
mentum hic agitur; ut per salinam typicam, & sacerdotis tactum sapientia, & uirtus diu-  
na salutem eiusdem Catechumeni operetur; ut aperiantur ei nares ad accipiendum odo-  
rem notitiæ Dei; ut aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei, ut aperiantur ei sen-  
sus in intimo corde ad respondendum. Hæc ibi Rab.; huiuscemodi autem ratione &  
si in initio maiores natu tantum; vt Vgo asserit, quem d. 6. quæst. 2. art. primò Sot. re-  
fert, ac sequitur, erudiebantur; quò tamen vnus baptismi suscipiendi modus esset, inue-  
nerata ecclesie consuetudo; sicuti Bon. dist. 6. art. 3. quæst. 1. par. 2. scripsit, eisdem institutis,  
ut & infantes informarentur, præcepit. III. Exorcismus quoque, si fieri potest, ablu-  
tionem præcedere debet; Sine enim paruuli in cap. siue de consecr. dist. ead. dicitur,  
siue iuuenes ad regenerationis ueniunt sacramentum, non fontem uitæ prius adeant,  
quam exorcismus, & exustationibus clericorum spiritus immundus ab eis abijciatur.  
Hæc ibi Calest. Pontifex, idem in cap. ante viginti, & in cap. postquam se baptizandus  
ead. dist. habetur, ac denique Magist. eod. cap., quem Thom. quæst. 71. in 3. par. art. 2.,  
& dist. 6. quæst. 6. art. 1., itemque Sot. d. ead. quæst. 2. art. 2., diuinarumque rerum scripto-  
res uniuersi sequuntur, tradidit; neque iniuria; coercendi enim dæmones sunt; eorum  
comprimenda uis, imperus, ne, id quod elaborant; vt Bon. d. 6. art. 3. quæst. 2. par. 2. in-  
quit, à baptismi susceptione nos auocent, quam rem exorcismi, quantum in ipsis est, si-  
cuti Magist. eod. c., ac Sot. d. 6. art. 3. quæst. 2., ac DD. reliqui asserunt, semper efficiunt;  
imperus, inquam, retardandi; ac sanæ, cum is, qui baptismi initiandus est, Spiritus sancti  
templum futurum sit; si dæmon inde non expellatur, Spiritus sancti domicilium esse qua  
ratione poterit; non enim commune quicquam lux cum tenebris, non Christus cum  
Dæmone habet; omnino tamen demonum uis, antequam ad salutare illas aquas  
uentum sit, non cohibetur; Si aliquis, in cap. nec quenquam de consecratione distinct.  
quarta Cyprian. Pontifex inquit, in illo mouetur, quòd quidam ex his, qui baptizan-  
tur, ægri spiritibus immundis adhuc teneantur; sciat diaboli nequitiam pertinacem  
uicque ad aquam salutarem ualere; in baptismi uerò omnis nequitia suæ uires amittit.

tere; quod exemplum cernimus in Pharaone, qui diu reluctatus, & in sua perfidia demoratus tandem resistere potuit, & preualere, donec ad aquam veniret, quod cum uenisset, victus est, & extintus; mare illud sacramenti baptismum fuisse declarat beatus Paulus dicens Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt; & omnes mare transierunt; & omnes in Moyse baptizati sunt & in nube, & in mari; & addidit dicens, Haec autem omnia in figura nostri facta sunt; quod hodie uidelicet per exorcistas uoce humana, & potestate diuina flagelletur, & uratur, & torqueatur diabolus; & cum exire se, & homines dimittere sepe dicat; in eo tamen, quod dixerat, fallat; & id, quod per Pharaonem prius gestum est, eodem modo obstinationis, & fraudis exerceat; cum tamen ad aquam salutarem, atque baptismi sanctificationem uenitur; scire debemus, & confidere; quod illic diabolus opprimitur; & homo dicatur Deo diuina indulgentia liberatur. Haec ibi Cyprian.; ac plane cui mirum hoc uideri potest? nam, cum exorcismi gratiam minus nobis praesentent; uerum, ne demon nos impediatur, quominus gratiam suscipiamus, efficiant; nec, hisce adhibitis, antequam salutaribus illis aquis abluatur, & uita quis decedens, maioribus natu exceptis, ut Thom. quaest. 71. art. 3. in 3. par., ac Sot. eod. art. 3. versic. Primum argumentum, inquit, salutem consequitur: exorcismi autem huiusmodi ita efficiuntur. 1. Flatu baptismi inuitandis pullamus; Sicut nostis, in cap. sicut de consecr. dist. ead. inquit enim August. fratres carissimi, paruuli exulfantur, & exorcizantur; ut pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quae decepit hominem, ut possideret homines; non ergo creatura in infantibus exorcizatur, aut exulfatur; sed ille, sub quo sunt, qui sub peccato nascuntur. 2. Signo deinde crucis tam in ea corporis parte, quae ad cor ipsum pertinet, quam in fronte notatur; sic enim in cap. postea d. e. habetur; Signatur, dicitur namque, signaculo sanctae crucis tam in corde, quam in fronte, ut ab eo tempore apostata diabolus in uase suo pristino suae interemptionis cognoscens signaculum iam sibi deinceps illud sciat esse alienum. 3. Flatu deinde eiusdem os mulcemos; quare Spiritus sancti immisio qui diabolum prorsus eiciat, significatur; unde in Catechumenorum libello dicitur Infusio te Catechumenum in uirtute Spiritus sancti, ut quicquid in te uitij malorum est spirituum inuasionem, per huius exorcismi mysterium gratia sit tibi ipsa uirtus purgatio. 4. Item, cum demonis impedimenta exorcismis ab ecclesia remota sunt; an baptismum susceperis, eius uel nomine is, qui eum suscipit, demonia renuntiet; ut in cap. paruuli, cum tribus sequen. e. d. habemus, interrogatur. 5. In pectore praeerea, inter scapulas oleo benedicto ungitur; id uero, quam obrem fiat, in cap. deinde a sacerdote dicit. e. a Rab. declaratur. A sacerdote, dicitur enim ibi, inunguntur, ut sacrum baptismi cum fide acceptum custodiat; ungitur tunc illius pectus oleo sanctificato cum inuocatione sanctae Trinitatis; ut nullae reliquiae latentis inimici in eo resideant, sed in fide sanctae trinitatis mens eius confortetur; ungitur & inter scapulas de eodem oleo; ut undique muniatur, & ad bona opera faciendae per Dei gratiam roboretur. Haec ibi Rab., eadem in cap. uenisti ad fontem ead. dicit. habentur, atque d. 3. quaest. vn. art. 10. suis scriptis Sot. mandauit. 6. Postremo uel demonum compressa, quod fidem in initio baptizandus se petere fuerat professus; iterum, quae nobis fides credenda proponat, tacito ecclesia eum edocet; atque, an ijs fide habeat, sigillatim partibus explicata baptismum tandem, uoluntate ipsius hac de re quoque conuicta, illi confert; ut in c. prima igitur e. d. habetur; In hoc ergo fonte, inquit ibi August.; antequam uos toto corpore tingeremus; interrogauimus, Credis in Deum patrem omnipotentem? respondistis Credo; rursum interrogauimus, Credis & in Iesum Christum filium eius, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine; respondistis singulis Credo; item interrogauimus, Credis & in Spiritum sanctum? respondistis similiter Credo; hoc autem fecimus iuxta Domini Nostri Iesu Christi seruatoris imperium; haec ibi, August.; quae & Cat. e. cap. de ritibus complexus est, atq. consuetudine seruantur; haec de ijs, quae usque ad baptismi collationem fiunt, dicta sunt; ad ea, quae baptismi administratione fiunt, traueamus. 1. Primum igitur in uertice a ministro sacro chrismate ungitur; quare Aug. in c. postquam e. d. inquit, Postquam ascendit baptizatus de fonte, statim signatur a presbytero in cerebro cum sacro chrismate sequenti similiter oratione; ut Christi regni particeps fiat, a Christo christianus possit uocari. Haec eadem in duobus capitibus sequentibus habetur; atq. Thom. q. 71. art.

art. 3., & Sot. d. 3. quaest. 1. artic. 2. comprobantur: chrisma uero illud & recens, uniusque anni tantum; ut in cap. si quis de alio ead. d. habetur, esse debet; mortiferumque is peccat, qui alio utitur, ut in c. cap. dicitur, nisi necessitas ipsum excuset; a proprio igitur Episcopo singulis annis per presbyterum, ordine uel alio sacro insignitur; sic enim in c. presbyteri cum sequen. ead. dist. habetur, peti debet, atque post diem Iouis sancti petitio hec fieri, quamuis & postea queat, consueuit. 2. Candida ueste, si maior natu sit, qui baptismum suscepit, induitur; uel, si infans, supra ipsius caput paruulum quoddam linteum imponitur; uti Car., & Thom. ead., itemque Sot. d. 3. q. vn. artic. 10. versic. Tertium argumentum, asserunt; atque, cur id fieret, Rab. in cap. post baptismum cum sequenti d. ead. rationem reddens declarat; Post baptismum, inquit enim, traditur Christianis uestis candida, quae significat innocentiam, & puritatem Christianam, quam post ablutas ueteres maculas studio sanctae conuersationis immaculatam seruare debet, representandam ante tribunal Christi; cuncti uero renati albis induuntur uestibus ad mysterium sanctae resurgens Ecclesiae; item uentur baptizati albis uestibus, ut quorum primae natiuitatis faciem uetusti erroris pannus fuscauerat, habitus secundae regenerationis gloria praesertat indumentum; tegitur enim post sacram uctionem caput eius mystico uelamine, ut intelligat se diademate regni, & sacerdotali dignitate potiri, haec ibi Rab. 3. Postremo ceceus ardens baptizato, ipsius uel susceptori traditur; uti Car. eod. in fine, & d. 3. quaest. vn. artic. 3. in fin. ead. d. 6. quaest. 2. & Sot., itemque Syluest. eod. 5. num. 4. inquit; quare baptizatus fidem declarat inflammata, quam in baptismum accepit, bonorum operum studio alendam esse, atque augendam de eorundem, quos citauimus sententia, admonetur; hi ergo ritus, haec caerimoniae in ipsa baptismi administratione adhibende sunt, eadem quacunque ex causa omissa, baptismi collato [quo una baptismi administrandi norma, atque ratio sit] eadem, inquam, uti Thom. quaest. 71. art. 3. in 3. parte, ac Sot. dist. 6. q. 2. art. 3. versic. Ad tertium argumentum, aiunt [si poterit] supplenda; atque ob eam rem, quod uis demonum magis, magisque debilitetur; & exorcismos, simulque uctiones cum praecibus [quamuis, ipsis omissis, nihilominus: uti d. 6. quaest. 2. artic. 2. prope finem Sot. ait, operentur] adhibebimus; atque idem, quod, quanta adeptus sit, quibusque se obligarit, baptismi initiatus intelligat, nec Catechismum, nec quicquam aliud [ea interrogatio ne An baptizari uelit excepta] praeribimus: at qui de causis haec tenent, ad accidentia, quae ab ipsis emanant, ac primo ad ea, quae a fine proficiuntur [de ijs enim, quae a causa efficiente descendunt, iam egimus] transeamus.

De accidentibus, quae a causa baptismi, qui finis dicitur, emanant, Cap. XXVIII.



Fine igitur quatuor haec enascuntur. Primum an baptismus institui necessario debuerit, id quod necesse omnino, uti generatim antea probauimus, non fuit; etenim ratione alia a peccato origine contracto, quod maioribus nostris contigisse non ignoramus, vindicare nos Christus dominus potuit; uerum, quando institutus iam est, nobis omnino; re ut illum suscipiamus; sin id minus queat, eius suscipiendi animus, ut habeamus, opus est; sic namque Thom., quem Sot. d. 5. art. 1. sequitur, quaest. 68. art. 1. cum sequenti in 3. parte docuit, & in cap. firmissime, cum multis sequentibus de consecr. d. 4. habetur; sic Trid. Syn. cap. 5. sess. 7. eod. qui contrarium assereret, anathemate damnauit. Si quis, inquit enim, dixerit baptismum liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, anathema sit; neque iniuria, namque & a Christo nobis id illis uerbis praecipit; Euntes in uniuersum mundum docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti; ex quo enim Apostolis, ut baptizarent, mandauit; & nobis baptismum ut susciperemus argumento cap. 5. de consecr. in Trid. Syn. sess. 14., praecipit; & ut idem Christus nobis interminatus ibi est; Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, ac Sot. d. 5. quaest. vn. art. primo, & Pet. Sot. ead. sess. 5., simulque

simulque Bon. d.4. art.1. q.1. p.2. declarant, eo re, uel animo saltem, si minus, re non suscepto, saltem esse non possumus; quare non maiores natu tantum, non infantes modò huic precepti vinculo obligantur; ut in cap. firmissimè, & in cap. nulla prater de consecr. d. ead., & in cap.3. extra eod. habetur; ac Thom. dist.4. artic.8. q.1. lib.4., & q.68. artic.3. in 3. parte, & Sot. d.5. q.vn. art.nono, & Cat. eod. cap. de necessitate, vniuersique, qui hac de re pie conscripserunt, sentiunt; & Millinet. Syn. in cap. placuit ead. d. anathemate, qui contrarium asseueraret, eos feriens declarauit; peccatum enim, & ipsi origine contrahunt, quod salutaribus hinc aquis expiari oportet, sicut Trid. Syn. sess.5. de peccato originali probè his verbis confirmat. Si quis paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti; aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam aeternam consequendam; vnde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur; anathema sit; quoniam non aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi, quemadmodum Ecclesia catholica vbiq; diffusa semper intellexit; propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt; ideo in remissionem peccatorum ueraciter baptizantur; ut in eis regeneratione mundetur, quod regeneratione contraxerunt; nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei; Hæc ibi Trid. Synod., non modò igitur infantes, sicuti dicebamus, eo baptismi precepto obligantur; verum, & qui in ventre matris iustitiam adepti sunt [quod Ioannibaptista, Hyeremiaque contigisse sacri annales testantur] uti Tart. d.4. q.3. versic. Circa tertium, ac Thom. ab Arg. d.4. q.1. artic.4. concludunt, ea lege tenentur; etenim [vt mittà baptismi susceptione sacramenti gratiam, qua alias carerent, eos cõsequi] is eorum animis character imprimitur, quo, sicuti ad reliqua sacramenta suscipienda habiles fiunt; ita, ut Scot. d.4. quæst.6., & Ant. Andr. d. ead., & Bon. d.6. quæst.2. art.1. p.2. inquirunt, a reliquis, qui baptismi initiati non sunt, seiunguntur. II. Propositum deinde Christi in huiusce baptismi institutione proprium [cõmuni, de quo generatim egimus, omisso] fuit; sicuti in cap. quando quis de consecr. d. e. habetur, atque Cat. eod. cap. de effectu, itemque Chlingius eod. cap.5. in principio asseuerant; ut nos à peccato origine contracto vindicaret. III. Causa denique huius propositi, & utilitas, quæ quanta sit, ex ijs, quæ de fructibus antea docuimus, satis iam satis constat; atque de accidentibus hinc hæctenus, ad ea, quæ à materia emanant, ueniamus.

De accidentibus, quæ à sacramenti baptismi materia emanant,  
Cap. XXXI.



Materia verò diuisio exoritur; verum, cum unum baptismum illis verbis Credo vnum baptisma nobis ecclesia credendum proponat; unum esse baptismum itidem Thom. q.66. art.11. in 3. parte, & Sot. d.3. q.vn. art.11. prædicent; ob eam rem hic diuisio locum sibi non vindicabit; neque enim baptismus fluminis, sanguinisve baptismi huius species sunt; atqui, quod peccata delent [si baptismus aquæ suscipi nequeat, propositumq; suscipiendi ipsius sit] in hoc que baptismi locum subeunt, ut in cap. baptismi vicem, & in cap. Catechumenum habetur, idcirco baptismi appellantur: Baptismi vicem, nanque ibi, dicitur aliquando implere passionem de latrone illo, cui non baptizato dictum est, Hodie tecum eris in Paradiso, Beatus Cyprianus non leue documentum assumpsit, quod etiam, atque etiam considerans inuenio non tantum passionem pro nomine Christi, id quod baptismi deerat, posse supplere, sed etiam fidem, cõfessionemque cordis, si fortè ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest, &c. Hæc ibi Augul., quare, ut omittam sacramentorum in numero: uti Thom.

ab

ab Arg. d.4. q.1. artic.4. concl.1. inquit, illorum neutrum collocari: ut præteream ab eisdem characterem, quæ duo baptismi huius susceptione præstatur, non imprimi; & si quippiam pro Christi fide sanguinem effundit, moriturusque iam est [qui hac ratione sanguinis baptismus appellatur] uel baptismum aquæ suscipere quis audeat, ante actamque vitam, ut oportet, derestetur [vnde, sicuti ob hanc rem baptismus poenitentia, ita, quod spiritus sancti diuino afflatu nobis cõdonatur, fluminis baptismus nominatur] hi tñ huiusce baptismi aquæ suscipiendi precepto [modò ipsius facultas detur] uti Thom. ab Arg. d.4. q.1. art.4. concl.2., & Bacch. d. ead. q.1. artic. secundo, & Petr. Sot. ead. lect.5., simulque Nauar. eod. in Man. num.4. asserunt, & in citato cap. baptismi vicem, habetur, non liberatur; unum igitur cum sacrosancta Ecclesia baptismum esse profiteamur, habetur, non liberatur; unum igitur cum sacrosancta Ecclesia baptismum esse profiteamur, unum esse cum eadem asseueremus, atque credamus: ac de accidentibus materiæ satis hæc dicta sint, ad ea, quæ tandem à forma proficiuntur, ueniamus.

De accidentibus, quæ à forma sacramenti baptismi emanant,  
Cap. XXX.




ACCIDENTIA postremò, quæ à sacramenti baptismi forma emanant hæc sunt. Primum ipsius baptismi institutionis tempus; quod, quando Christus à Ioanne baptismum suscepit, fuisse Thom. q.66. art.2. in 3. p., & Magist. eod. cap. In qua forma baptizauerunt Apostoli, & Host. e. in sum. num.2., & Bacch. dist.6. q.1. art.1. versic. Est autem notandum de tempore, & Sot. d.3. q.vn. art.2. in 1. concl., & Gloss. in cap. per aquam de consecr. d. ead., simulque Cat. cap. de legit. ablutionis ratione, diuinarumque rerum scriptores uniuersi memoriæ prodidere; etenim; ut citati autores ibidem inquirunt, & in c. nunquam de consecr. d. ead. habetur, ipsi aquæ sanctificandi uis data, baptismi que materia instituta tunc est; Nunquam aqua baptismi purgare peccata creditum possit, inquit enim ibi Chrysost., nisi tactu dominici corporis sanctificata fuisset; ante passionem igitur Christi perfectam, ut citati autores ibidem aiunt, institutum baptismi sacramentum est. II. Eius efficacia, id est, quo tempore peccati delendi vim habuit, quod statim; uti generatim antea probauimus, post eius institutionem fuit. III. Tempus promulgationis, scilicet quando de baptismi promulgata lex fuit; id quod, ut à mortuis Christus excitatus est, factum fuisse in cap. firmissimè de consecr. d. ead. habetur, ac Bacch. dist.6. q.1. art.1., & Host. e. in sum. num.2., itemque; Cat. e. testantur. Eunt, tunc enim precepit apostolis Christus, ut citati autores ibidem inquirunt, docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. IV. Promulgatione verò facta ea baptismi lege tunc primum obligari homines ceperunt; cum illius notitiam haberent; ita enim Thom., quocum Sot. d.3. q.vn. art.2. propè finem; & d.5. q.vn. art.1. versic. Cæpit ergo obligare, itemque Perr. Sot. e. lect.5., & Cat. eod. sentiunt, q.66. art.2. in 3. p. docuit; ut qui que igitur citius, seriusve eam nouit, eo celerius, rardiusve; uti Ant. Andr. dist.3. q.4. in p.p. inquit, obligari cepit; immo & qui nunc in probabili ignorantie legis huiusce versaretur; quemadmodum Sot. d.5. q.vn. art.2. concl.2. versic. Ex hac autem cõdisione ait, excusaretur. V. Ordo susceptionis, qui prior omnibus alijs sacramentis est; nemini enim ante baptismi susceptionem ad ullum aliud sacramentum aspirare licet; quare Gloss. in cap. quicumque, & in c. primo, & in c.3. de presb. non ministr., & Cat. e. cap. p.; & Bon. d.7. q.3. art.3. baptismum & sacramentorum ianuam, & regenerationis sacramentum nominant. VI. Aetas verò eorum, qui baptismi intianci sunt; quod quæque morti obiecta est, baptismoque non suscepto saluus hinc discedere nemo potest; quæuis commoda, quæuis habilis, aptaque est; quare Trid. Syn., qui eam, in qua Christus dominus baptismum suscepit, aetatem expectandam esse asseueraret; eum in can.12. ead. sess.7. anathemate damnauit. VII. Locus baptismi collationis, atque susceptionis; qui aptus qui uis est; nam vbiunque administratur, valet, ratusque habetur; quamuis non nunquam mortiferè, uti Sot. d.4. q.vn. art.3. in 2. concl. versic. Ad hæc baptizare, asserit, peccet ecclesia

ecclesia tamen, & ipsius conferendi, suscipiendi que eadem que propria locus est; Praesenti prohibemus edicto, inquit enim Summus Pontifex, in clem. vn. e., ne quis de cetero in aulis, uel cameris, aut alijs priuatis domibus, sed dumtaxat in ecclesia, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos [nisi Regum, uel principum, quibus ualeat in hoc casu deferri, liberi extiterint, aut talis necessitas emerferit, propter quam nequeat ad ecclesia absque periculo propter hoc accessus haberi] audeat baptizare; qui autem secus praesumpserit; aut suam in hoc praesentiam exhibuerit, taliter per Episcopum suum castigetur, quod alij attentare similia non praesumant. Hac ibi Romanus Pontifex; in sua igitur ecclesia quis baptismum suscipiat, alterive administrandum curet, ut generatim probauimus. VIII. Modus susceptionis, atque collationis, id est quomodo ad sacramentum hoc suscipiendum affectus quis esse debet, quibus que adhibitis conferendum; de quibus antea pluribus disputauimus. IX. Administrationis uero tempus bipertitum est; infantes quidem enim; quod eorum uita multis obiecta periculis est; quod que aliunde nulla salus ipsis relinquitur; statim atque ad ecclesiam deferri queunt, baptismi initiandi sunt; sic enim in cap. nulla de consecr. d. ead. habetur; sic Thom. q. 78. art. 3. in 3. parte, nec non Sot. d. 5. q. vn. art. 3. concl. prima, & Bacch. d. 6. q. 1. art. 2., simul que Cat. eod. in cap. de necessitate baptisimi, comprobant; in maioribus uero natu [quod eorum animi, an baptismum uelint, tentandi; quod prima Christiana fidei erudimenta edocendi sunt; quod que a subitis periculis hac ratione absunt: argumento c. debitum extra e., citati que autores ibidem inquirunt, si aut mors non urgeat, ut in c. de catechumenis de consecr. d. ead. dicitur; aut a fide ne auocentur, si pertimescendum non sit; ut in c. ne, quod absit e. d. habetur, aut optimo, denique pio que animo erga baptismum affectos, iisque rebus, quibus oportet, eruditos esse constat; paululum mora interponendum est; quare duo potissimum tempora, qua modò absoluisse d. 5. q. vn. art. 3. uersic. Ad secundum Sot. testatur, Pascha scilicet, atque Petecostem ob eam, qua in c. proprie ead. d. redditur, rationem, huic rei gerendae praestituta fuisse in c. duo tempora, cum consequentibus multis e. d. legimus; quocumque tamen tempore, etiam interdicti, & adulti, etiam si mortis periculum non impendeat, ut in c. non est uobis de spons. , & in c. quoniam de sent. excom. in 6. dicitur, & Gloss. in c. quod in te de poenit. in antiq. notat, conferatur, atque administreretur, ualet. X. Sacramenti tandem huiusce nomen, quod plane uarium, & multiplex est; quia enim salutaribus huiusce aquis peccata delentur, atque expiantur, Baptismus, Expurgatio, Sepultura; ut in cap. proprie de consecr. d. 4. habetur, atque in d. 3. q. vn. art. 1. in p. confid. Sot. ait, nominatur; quod uero in ipsius susceptione, qua christiana religio nobis credenda proponit, uniuersa profiteamur; unde ad ea, qua diuinitus tradita nobis sunt, cognoscenda habiliores effimur; sicuti Magist. e. cap. 2. de respons. patrin., ac Sot. e. artic. in uersic. Arguitur autem contra rationem, & in prima confide., inquirunt, simul que in cap. nihil est aliud de consecr. d. ead. continetur, & sacramentum fidei, & Illuminatio dicitur; quia de nique eo spiritualis uita nobis datur; cum Christo copulamur; ad reliqua sacramenta suscipienda aditus nobis aperitur, habiles que reddimur; eiusdem susceptione Christi legemur obligamur; qua omnia Christi passione, quam cruci affixus pertulit, nobis praestantur; regenerationis sacramentum, fons uita, Plantatio, sacramentorum reliquorum fundamentum; eorundem Ianua, sanctissimorum mandatorum primum, ac demum Crux; ut in cap. ueniens de prae. non bap. min., & in c. siue paruuli de consecr. d. ead. traditur, ac Bon. d. 7. q. 3. art. 3. e., & Sot. e. art. p., & Cat. e. in princ., & Pet. Sot. e. lect. 3. uersic. Manet itaque, simul que Bacch. d. 4. q. 3. art. 1. asseuerant, appellatur; hac de baptismi hacienus, ad confirmationem sacramentum transeamus.



Tabula Confirmationis sacramenti nouæ legis.



38

# BARTHOLOMAEI VGOLINI


## EX MONTE SCVTVLO IVRISCONSULTI

### AC MISANI ARCHIPRESBYTERI

#### De Confirmatione sacramento nouæ legis Tabula.



*De causa efficiente humana confirmationis sacramenti nouæ legis, eiusdemq; ministro; atque de ijs, quæ necesariò illi inesse debent, sibiq; cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, Cap. I.*



**V**EM AD MODVM prouida, solersque natura, quos homines in lucem hanc edidit, ut adolescant, ad functionesque vitæ huius obeundas, perpetiendosque labores ut corroborentur, elaborat, ac nititur; ita sapientissimus, optimusque Deus naturæ ipsius autor, ac parens, quos spirituales filios baptismo suscepit, ne à se tali, tantoque parente degenerent, atque à fide, quam in baptismo professi sunt, aut occultis dæmonum insidijs, aut apertis hominum vndique exquisitis cruciatibus, ac supplicijs deficiant, diuinis viribus confirmat, ac munit; confirmationis enim sacramenti virtute tantum animi, tantumque roboris additur, ut, qui modò initiati baptismo, quasi infantes, timidi videri poterant; sacramento hoc suscepto, quasi viri facti, animi robore aucti, si gratiam sibi confirmationis vi condonata aspernari nolint, Christi partes, eiusdem nomē, atque fidem apertè, palamque tuei facilius queant: de quo sacramento cum nobis agendum nunc fiet; eo ordine, quem hæcenus obseruauimus, adhibito, primùm de causa efficiente, quæ minister dicitur, simulque de ijs, quæ eidem necesariò inesse debent, communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum ministris sunt, agamus; confirmationis igitur sacramenti efficiens causa, ac minister [sicuti generatim antea probauimus] Homo est; huic autem, quæ sibi quidem cum aliorum sacramentorum ministris communia sunt, necesariò hæc inesse debent. Primùm, ut unus, à quo conficiatur, administreturque sacramentorum, fiet. II. Alius ab eo, quem confirmat, uti Tart. distinct. 7. artic. primo eodem lib. 4. ait, itidem fit. III. Vitam hanc viuat. IV. Rationis vsum habeat. V. Intelligat id, quod agit. VI. Quæ ad confirmationem administrandam necessaria sunt, ea ne ignoret. VII. Confirmationem conficere, administrareque possit. VIII. Conficere, aut conferre velit, sicuti Tart. eodem VI. artic. primo, docuit. IX. Formam, itidemque materiam adhibeat, vti sacramenti ratio VII. necessaria postulat. X. Ei, quem ijs qualitatibus præditum non esse constat, quibus VIII. omnino præditum esse oportet, qualque infra explicabimus, ne conferat; atque de IX. ijs, quæ ministro confirmationis inesse debent, sibi que cum aliorum sacramentorum ministris communia sunt, hæcenus; ad ea, quæ ipsius propria magis sunt, transeamus.

De ijs, quae ministri confirmationis propria magis sunt, eidemque necessaria inesse debent, Cap. II.

- I.
- II.
- III.
- IV.



VAE autem ministri confirmationis propria magis sunt, eidemque necessaria inesse debent, haec habentur. Primum, ut vir fiet; etenim, cum, ut sacerdotij dignitate prius decoretur, necessario requiratur; plane, quin vir esse debeat, dubitare nemo iure potest. II. Baptismus susceperit; namque, si sacerdotem ministrum hunc esse oportet, ut proxime posuimus, baptismo initiatum prius hunc esse debere, argum. tot. tit. de cler. non bapt. min. concludendum est. III. Sacerdos quoque sit; Episcopum enim eum esse necesse est, uti paulo post probabimus; ergo prius sacerdotium suscepisse omnino is debet. IV. Episcopus itidem sit; Praesbyteri, dicitur enim in cap. Praesbyteri de consecr. d. 4., baptizatos infantes signare in frontibus sacro Chrismate non praesumat; sed praesbyteri baptizatos ungant in pectore, ut Episcopi postmodum confirmant in fronte. Haec ibi Gregor.; eadem in cap. Praesbyteris ead. d. & in cap. p. cum multis sequentibus. de consecr. d. 5., & in cap. vn. §. per frontis de sacr. vnct. habentur; atque Mag. eod., & Thom. d. 7. q. 6. art. 1. lib. 4., & quest. 72. in 3. par. art. 1. 1., & Scot. d. ead. q. prima, & Bon. d. 3. art. primo, & Bacch. de ead. art. 4., & Thom. ab Arg. d. ead. q. 3. concl. prima, & Car. eod. cap. de ministro concludunt; quare, qui contrarium asseueraret, in Can. 3. sess. 7. ead. Trid. Syn. hunc anathemate damnauit; Si quis dixerit, ait enim ibi Sancta Synod., sancta confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, anathema sit. Haec ibi Synod.; ad Episcopos igitur sacramenti huius administratio pertinet; neque iniuria, etenim, ut in extruendis aedificijs, etiam fabri, qui inferiores ministri sunt, cementa, calcem, ligna, & reliquam materiam parant, atque componunt; absolutio tamen operis ad architectum spectat; ita de eorum, quos citauimus, sententia sacramentum hoc, quo veluti spirituale aedificium a sacerdote in baptismi administratione inchoatum perficitur; a nullo alio praeterquam a summo Sacerdote administrari opus erat; postremo sacramentum hoc, ut in cap. manus de consecr. d. 5. habetur, Apostoli, in quorum locum [quod in cap. vn. §. per frontis de sacr. vnct., & in cap. quorum vices d. 63., & in cap. in nouo d. 20. legimus.] Episcopi suffecti sunt, tantum administrabant; ergo functio haec ad ipsos Episcopos solum spectare debet; si ab alio igitur, quam ab Episcopo confirmatio haec administraretur, nihil fiet, ut in cap. manus de consecr. d. 5. Summus Pontifex, declarauit; Manus, quoque impositionis sacramentum, ait enim ibi, magna ueneratione tenendum est; quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus; nec tempore apostolorum ab alijs, quam ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur, peractum esse; nec ab alijs, quam per illos, qui eorum tenent locum, nunquam perfici potest, aut fieri debet; nam, si aliter praesumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum; & inter ecclesiastica nunquam reputabitur sacramenta. Haec ibi Eusebius; Peruenit, inquit itidem Greg. in cap. quanto de conuict., ad audientiam nostram, quod quidam simplices sacerdotes apud Constantino. ea sacramenta praesumunt fidelibus exhibere, quae ab apostolorum tempore fuerunt solis pontificibus reuerata, ut est sacramentum confirmationis, quod chrismando renatos soli debent Episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis solam consuetudinem praetendentes, & infra. Discret. t. mandamus, quatenus omnibus praesbyteris districte praescribas, ne talia de cetero sua temeritate praesumant; quae licet non sint a fidelibus contemnenda, tutius tamen est ea sine periculo ex necessitate, quae legem non habet, committere, quam ut ab alijs, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, quae lege damnatur, non sine graui periculo inaniter conferantur; cum ymbra quadam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectum. Haec Greg.; qui sacerdotij dignitate tantum ergo praedictus est, sacramenti huius minister is esse non potest; si tamen a Romano Pontifice auctoritate huius administrandi facultas sacerdotij detur sine dubio administrare illud possunt; sic enim in cap. peruenit 95. dist. dicitur; Peruenit ad nos, ait namque Greg. quosdam iudaizatos

dalizatos fuisse, quod praesbyteros tangere chrismate eos, qui baptizati sunt, prohibuimus; nos quidem secundum veterem Ecclesiae nostrae usum fecimus; sed, si omnino de hac re aliqui contristantur, ubi Episcopi desint, ut praesbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus. Haec Greg.; eadem opinio in Concilio Florentino ab Eugenio Quarto comprobata, atque a Trid. Syn. can. 3. significata est; sic denique citati auctores Thom. distin. e. quest. 6. art. 3. lib. 4.; & quest. 72. art. 11. in 3. par., ac Scot. d. 7. quest. vn. art. 11. conclus. 10., & Biel. e. quest. vn. art. primo, concl. 1., & Thom. ab Arg. e. art. 3. concl. 2., & Suppl., ac Rotel. e. comprobant; & simplex sacerdos igitur a romano Pontifice facultatem huius sacramenti conferendi habens sine dubio illud conferre poterit: atqui de ijs, quae ministro confirmationis inesse debent, haec enus; ad ea, quae eidem inesse, quamuis non necessario, oportet, primumque ad ea, quae sibi eum aliorum sacramentorum ministris communia sunt, veniamus.

De ijs, quae eidem causa efficienti humanae confirmationis sacramenti, ac ministro inesse, non tamen necessario, debent, sibi que cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, Cap. III.



A vero, quae eidem confirmationis ministro inesse, etiam non necessario debent, sibi que cum aliorum sacramentorum ministris communia sunt, haec habentur. Primum, ne mortiferi peccati culpa sciens pollutus sit; etenim, si ministrum hunc cibi, potusque ieiunium esse decet, sicut in c. ut Episcopi de consecr. d. 5. probatur; quanto magis peccatorum culpa eum vacare par est? II. Censura ecclesiastica, quod iam generatim tradidimus, irretitus ne sit. III. Eius finis gratia in primis, cuius instituta confirmatio est, ipsius administrandae propositum, atque animum habeat. 1. Re ipsa, atque actu propositum hoc habeat. 2. Libens eam administret. IV. Cerimonias, ac ritus, quos infra explicabimus, ad functionem huiusmodi adhibeat. V. Eum, quem confirmat, sub iurisdictione habeat. 1. Aut ordinarium. 2. Aut delegatam, ut d. 23. quest. 2. art. 1. vers. Sed est tamen hic dubium, Scot. ait. VI. Eum, quem in mortifero peccato perseverare constat, ne confirmet. VII. Ne ei, qui censura ecclesiastica irretitus est, sibi que, ne sacramentum hoc suscipiat, prohibuitum sit; & sacramentum hoc, quod & in reliquis sacramentis, vel in baptismo obseruabimus, conferat; etiam enim poenitentia, extremaque vnctione exceptis, sacramentum confertur; quod tamen, qui poena huiusmodi affectus est, si sacramentum sibi administrandum curat, mortificare peccat, ob eam rem & ipse sacramenti gratia priuatur, & minister raro non offendit. VIII. Ne ei, qui ad confirmandum aegre venit, sacramentum hoc itidem tribuat. IX. Ne eum denique, qui rationis visu caret, sicuti Car. e. cap. De ijs, qui sacramentum hoc susceperunt sunt, admonuit, confirmet, atqui de ijs hactenus; ad ea, quae propria ipsius magis sunt, veniamus.

- I.
- II.
- III.
- 1.
- 2. VI.
- V.
- 1. 2.
- VI.
- VII.
- VIII.
- IX.

De ijs, quae eidem ministro inesse, non tamen necessario, debent, propriae ipsius sunt, Cap. IV.



NE SSE denique eidem ministro, quae propria ipsius sunt, quamuis itidem non necessario, haec debent. Primum, ut minister ipse confirmatus sit; cum enim sacerdos esse debeat, qui sacramentum hoc administraturus est, ut iam probauimus, plane, quin, antequam sacerdotij dignitate is decoretur, confirmatum esse hunc deceat, ut in cap. 4. sess. 23. de reformat. Trid. Syn. docuit; nemo inficiabitur; non idcirco tamen, ut in tit. de Cler. per salt. promot. probatur, necessario id requiritur, ut ieiunium sacramentum hoc administret. VI. Episcopi, dicitur. n. in can. 6. de consecr. d. 5.,

- I.
- II.

d. 5., non nisi ieiuni per impositionem manuum Spiritum sanctum tradant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus: sicut autem duobus temporibus, Pascha, videlicet, & Pentecostes à ieiuniis celebrari debet baptismus; ita etiam traditionem Spiritus sancti à ieiuniis Pontificibus conuenit celebrari; sic igitur Melden. concilium ait, sic Bacho d. 7. art. 6., ac Suppl. itemque Rosel., ac Magis e. inquit: verum, quò Christi fidelium còmodo consulatur, neque, si à ieiuniis tantum administratur, hominum celebritate, ac frequentia diutius tanto bono quis priuetur; & à non ieiuniis ut conferatur, Ecclesia, quod inueterata consuetudo id declarat, sicut Ioseph, Angl. e. in fine restatur, id permittit. III. Ut vestibus sacris indutus ijs fiet, quibus Ecclesia, ut indueretur, quæque, cuiusmodi sint, in Pontificali habentur, mandauit; atque de causa efficiente satis dictum sit, ad effectus, & primò ad principem eorum instituto nostro veniamus.

*De effectu primò, ac principe Sacramenti confirmationis, qui sibi cum alijs sacramentis communis est, Cap. V.*



**Q**VONIAM igitur confirmationis sacramenti effectus plures sunt; hosque partim cum alijs sacramentis communes, partim proprios; Confirmatio hæc habet; ideo de communibus, ac primò de principe agamus; effectus ergo hic, quod generatim antea probauimus, Dei honor est; etenim Christi Domini fidem, nomenque sacramenti huius vi muniti tueri non dubitamus; eiusdem virtute roborati pro Christo sanguinem profunderè, mortemque oppetere, & magnificum, & gloriosum ducimus; quibus rebus quid Deo gratius; quid pietati, diuinoque cultui magis consentaneum esse potest: hæ sunt enim hostiæ, quæ Deo decore, gratæque sunt; hæ sacrificia, quibus peccata expiantur; hæ victimæ, quibus oblatis, laurea decorati, hostiumque spolijs onusti in cœlum ingredimur; atque de effectu hoc hætenus; ad alios, qui per se in hac vita percipiuntur, iam transeamus.

*De effectibus per se secundis, atque communibus confirmationis, qui in hac vita percipiuntur, Cap. VI.*

- I. **E**FFECTVS itidem per se, secundi, ac communes confirmationis sacramenti, qui in hac vita percipiuntur, hi sunt. Primus gratiæ præstatio; huius enim sacramenti susceptione, ut Bon. d. 7. art. 2. quæst. 1., & Thom. d. e. quæst. 5. art. 1. lib. 4., & quæst. 72. art. 6. in 3. par., & Sot. d. 7. quæst. vn. art. 7., & Thom. ab Arg. d. e. quæst. 1. art. 1. concl. 2., & art. 4. in fine, asserunt, & in Car. e. cap. de fruct., & in c. 1. de consecr. d. 5. habetur; huius, inquam, sacramenti susceptione nouum gratiæ genus, cuius vi timiditate abiecta, ruboreque absterfo, de eorundem, quos citauimus, sententia Christi nomen publicè, palamque profiteri neque formidamus, neque erubescimus; cõfertur; quare, etsi gratia, quod & in alijs sacramentis contingit, præstatur; tamen, sicuti non eisdem, quos reliquorum sacramentorum gratia tribuit, effectus præbet; ita non ipsos, quos baptismi gratia, confirmationis diuina hæc vis condonat; hinc baptismi gratia nos christianos nasci, confirmatione verò christianos iam natos perfici in d. 5. Romanus Pontifex declarauit. II. Virtutum scilicet fidei, spei, & charitatis ad sacramenti huius functiones facilius, commodiusque obeundas consecutio. III. Donorum Spiritus sancti vberior effusio; Nouissimè, dicitur enim in c. 4. de consecr. d. 5., à summo sacerdote per impositionem manus Paraclæti traditur baptizato, ut roboretur per Spiritum sanctum ad prædicandum alijs, idest donum, quod in baptizate consecutus est per gratiam vitæ donatus æternæ; signatur enim baptizatus con Christum in summitate capitis per sacerdo-

sacerdotem; per Pontificem verò in fronte, ut in priori vnctione significetur super ipsum spiritus sancti descensio ad habitationem Deo consecrandam; in secunda quoque, ut eiusdem Spiritus sancti septiformis gratia cõ omni plenitudine sanctitatis, & scientiæ, & virtutis venire in hominem declaretur. Hæc ibi Rab., quæ in cap. ut ieiuni ead. dist. Aurelianens. conc. comprobauit; constat igitur, ut & Mag. eod. lib. 4. asserit, quo cum Bon. dist. 7. art. 3. quæst. 1., & Thom. ab Arg. dist. ead. art. 1. in fine, & Perr. Sot. eod. lect. 2., & Thom. q. 72. art. 11. in 3. par., & Bacchon. dist. 7. art. 5., nouissimeque Cat. eod., & præsertim in cap. de fructibus, sentiunt, Spiritus sancti dona sapientiam scilicet, & intellectum, consilium, atque fortitudinem, scientiam, ac pietatem, simulque Dei piuum timorem sacramentum hoc suscipientibus tribui; hinc eo vehementius veritatem amplexati falsitatem aspernamur; hinc honesto otio, sanctoq; gaudio fruimur; hinc à recta non deduci æquo animo aduersa tolleramus; hinc benignitatem, bonitatemque sectantes faciles, modesti, fidelesque sumus; hinc denique continentiam amplexi castitatem quoque amamus; hæc igitur, hæc nobis sacramenti huius vi, & vberius, quam aliorum sacramentorum virtute conferuntur; hæc demum olei natura sacramenti huius materia, quod pingue sit, quodque faciliè difundatur, atque permeet, significantur; atque de effectibus per se, ac communibus, qui in hac vita percipiuntur hætenus, ad eos, qui per accidens sunt, quoque itidem hic conlequimur, transeamus.

*De effectu per accidens sacramenti confirmationis, qui in hac vita percipitur, sibi que cum alijs sacramentis communis est, Cap. VII.*



**E**FFFECTVS denique sacramenti confirmationis, qui in hac vita percipitur, cum alijsque sacramentis communem habet, maioris, minorisve gratia perceptio est; quibus enim paratior ad sacramentum hoc suscipiendum quis venit, eo vberior gratiam, sicuti generatim iam probauimus, hic consequitur: hæc de effectibus communibus, qui in hac vita percipiuntur, satis sint, ad eum effectum, qui post huiusce vitæ cursum percipitur, descendamus.

*De effectu communi confirmationis sacramenti, qui post huiusce vitæ cursum percipitur, Cap. VIII.*



**P**OST huiusce autem vitæ cursum sacramenti huius communis effectus æternæ felicitatis consecutio est; neque enim Christus Dominus, quem suum nomen professum esse, in hominumque cœtu illud idem concelebrasse, à munereque hoc sacramenti huius vi amandato non metu, non rubore deduci potuisse animaduertit, hunc cœlestis regni hæredem non dignabitur, eovè erubescet; verum cum æterno patre ipsum hæc colloquentem Volo pater, ut vbi ego sum, illic sit & minister meus, summo perfusus gaudio, ac lætitia hic audiet: atque de effectibus communibus sacramenti confirmationis hætenus, ad proprios, & primò ad eos, qui per se sunt, ac remoti, sed priores veniamus.

De effectibus proprijs, per se, ac remotis, sed primis sacramenti confirmationis  
Cap. IX.

I. **E**FFECTVS autem proprii, per se, ac remoti, sed primi sacramenti confirmationis hi sunt. Primus spiritualis vitae roboris consecutio; sic enim Thom. dist. 7. quaest. 5. art. 1. lib. 4., & quaest. 72. art. 6. cum sequenti, & in art. 4. in 3. par., & Scot. dist. 7. quaest. 1., & Tar. dist. ead. art. 1. vers. Sed dubium est, & Bacch. dist. ead. art. 5., & Bon. dist. ead. quaest. 2. cum sequenti, nec non Cat. eod. cap. de fructibus, asserunt; quare Spiritus sanctus, in cap. 1. de consecr. dist. 5. Melch. ait, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum praestat ad gratiam; &, quia in hoc mundo tota aetate victuris inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam; in baptismo abluimur, post baptismum roboramur; & quamuis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia; regeneratio per se saluat mox in pace baptismi, vel secundo recipiendos, confirmatio armat, & instruit ad agones mundi huius, & praemia referendos; qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculati peruenierint ad mortem, confirmantur morte; quia iam non possunt peccare post mortem. Hac ibi Romanus Pontifex; ex quibus sacramenti huius vi nos corroborari, ad Christi quoque nomen publice profitendum, ac tuendum armari comprobatur; ac plane quis Apostolorum ante sacramenti huius susceptionem animi imbecillitatem non quodam modo contemnat? eorundem in fide hesitationem non admiretur? nam sub ipso passionis tempore [reliqua ut praeteream] hos metu perterritos turpiter fugientes cernas; illos, qui pro Christo se vel morturos paulo ante iactitarant, non semel, atque iterum, sed & tertio audias Christum pernegantes; ut a mortuis vero excitatus est, uniuersos domi se inclusos continentes sentias; at vero in die pentecostes, ut sacramenti huius virtute repleti sunt, eum animum eisdem adeptos, ijs auctos viribus, eo robore confirmatos intueare, ut ipsos audacter in publicum prodire, Christum cruci affixum verum Deum, ac Saluatorem palam, publiceque praedicare, pro eodem contumelias, conuitia, cruciatus, mortes denique eos libentissime pati contemplatus summè colas, ac venerere; hinc baptismi gratiam perfici in cap. 1., & in c. nouissime, & in c. ut ieiuni Melch. Rab., Aurelianense concilium de consecr. d. 5., & Cat. eod. cap. de fructibus, atque Thom. dist. 7. quaest. 5. art. 3., itemque Petr. Sot. eod. lect. 2. in quibus, hinc nos sacramentum hoc adeptos ad christianae soliditatis perfectionem, ad perfectamque eiusdem aetatem nos aduci, viros quodammodo euadere, plenos denique Christianos effici Cat. eod., & Thom. quaest. 72. art. 1., & art. 5. cum sequenti, & art. 1. in 3. par., itemque Sot. dist. 7. quaest. vn. art. 1. concl. 1., & art. 5., & Romanus Pontifex de consecr. dist. 5. in principio, & Aurelianense concilium in citato c. ut ieiuni, testantur; baptismi namque virtute Christiani nascimur, & quasi infantes, modoque geniti teneritatem adhuc, & molitiem quasi quandam animi retinemus; verum confirmati, quasi adulti, virique; effecti firmitate, ac robore, ut iam probatum est, consequimur. II. In eorum Christianorum numerum, qui publice Christi nomen, Christianaque religionem contra eos, qui eam oppugnare nituntur, ex officij ratione ut tueantur, adscriptio, sicuti Thom. d. 7. q. 4. art. 1. lib. 4., & q. 72. art. 5. in 3. par., & Petr. Sot. e. lect. 2., & Cat. e. cap. de fructibus concludunt; etsi enim, cum occasio datur, quisque baptismi initiatus hac eadem tutari, sexcentisque; vel acerbissimam mortem potius appetere, quam aut Christianae fidei tutelam deserere, aut ab ea quicquam declinare debet; tamen non tam eorum, qui baptismum susceperunt, quam, qui confirmati sunt, uti Thom. ibidem, ac Bon. dist. 7. art. 3. quaest. 1., & Thom. ab Arg. d. e. art. 2. conclus. 1. inquit, munus est; hinc, quod ab alijs seiungantur, character sacramenti huius susceptione imprimitur; hinc, ne hostium vultus pertimescant, neque in Christianae fidei tuitione, vel pudore, vel metu deficiant, sacrosancto Crucis signo, uti docebimus, in fide no tam; atque de effectibus proprijs, per se, ac remotis, sed primis haec tenent, ad proximum transeamus.

De effe-

De effectu per se, ac proximo confirmationis sacramenti  
Cap. X.

**E**FFECTVS denique proprius, per se, ac proximus, sed minus princeps sacramenti confirmationis Characteris impressio est; sic namque Thom. d. 7. quaest. 4. art. primò, & quaest. 72. art. 5. in 3. par., & Sot. d. ead. quaest. vn. art. 5.; & Trid. Syd. De sacramentis in genere can. 9. sess. 7., & Cat. e. nouissime asseruerunt; etenim, cum sacramenti huius susceptione in eorum numerum, qui Christi fidem tutari ex officij ratione debent, adscribamur; merito character hic, quasi nota quaedam de eorumdem, quos citauimus, sententia animis nostris imprimitur, quod a reliquis Christi fidelibus segregemur; hic autem character, quod eo potestas quaedam ad pugnandum traditur; quodque anima nostra, quae ipse nititur, immortalis est; ob easdem causas voluntati, quae in potentiam complectitur, unde ad pugnam excitamur, sicuti Thom. ab Arg. d. 7. art. 2. concl. 2. inquit, subijcitur; perpetuoque, vel post huius vitae cursum extabit; hac de effectibus per se, ac proprijs dicta sunt; ad effectum per accidens, itidemque proprium eniamus.

De effectu confirmationis sacramenti proprio, qui per accidens dicitur, in hacque vita percipitur,  
Cap. XI.

**E**FFECTVS tandem proprius sacramenti confirmationis sed per accidens, qui in hac quoque vita percipitur, spiritualis cognitionis adeptio est; ita namque in cap. 1. §. fin. de cogn. spirit. in 6. & in cap. fin. e., & in cap. si quis filiam, & in cap. dictum est nobis 30. quaest. 1. habetur; etenim sicut cum ijs, a quibus orti sumus, naturam cognitionem quandam nobis ingenuit; ita, ut spiritualis ortus hic, qui in baptismo inchoatus perficitur confirmatione, significaretur; cognitionem quandam sacrosancta Ecclesia baptismi, confirmationisque tantum susceptione, ut in citato cap. fin. dicitur; induxit; hac autem cognitio quod nascatur, necessario, vel alterum sacramentorum, quae proximè recentissimus, nos cuiuspiam administrasse; vel, cum illi administraretur, eiusdem susceptores nos met ipsos fuisse Trid. Syn. sess. 24. cap. 2. de matrimonij reformatione voluit; quare neque maritus, vetere iure exploso, sacramentorum cognitionem hanc uxori, neque uxor marito communicabit; neque procurator ei, a quo hac de re mandatum habebat, eandem, uti Bart. in l. Gallus §. forsitan in fine ait de communione sententia ibidem lat. num. 13. ff. de lib., & Posthum. testatur, acquirat; non enim, qui mandatum dedit, quod Trid. Syn. eod. in loco sancit, baptismi, confirmationisve intinandum, verum ipse procurator suscipit; ac plane, si cognitio inter parentes, & filios ut enascatur, ipsos filios ab ipsismet parentibus procreatos esse opus est; si, qui adoptare sibi quempiam volunt, quod adoptio valeat, cognati quoque nascatur, ut praesentes adsint in leg. post mortem §. fin. ff. de adop. iure cautum legimus; cur in cognitione hac spirituali praesentes nos adesse oportere, ipsomet quoque, vel sacramentum quod piam horum administrare, vel in alterius administratione eum, cui administratur, suscipere opus esse non asseuerabimus; namque, etsi ministro de rebus, quae assolent, cum aliquem in baptismo suscipimus, interroganti ut respondeamus, necesse non est, quemadmodum Bacch. dist. 3. quaest. 4. art. primò, & dist. quadragesima quaest. prima art. quarto num., ac Rosel. in imped. 6. num. vigesimotertio

simotertio inquit, atque Sylue. in verb. Matrimonium versic. 13. communiter id respectum esse testatur; ex quo enim quis in fidem suam quempiam recipit, tacito, qua generanda deinceps sunt, recipere, ac polliceri videtur l. 2. ff. de iurisdic. onn. iud. & l. illud ff. de acqui. enda hereditate; tamen, quod significationem nonnullam susceptionis huius in fidem, ac tutelam demus; si sacramentum ipsi non conferamus, verum susceprores simus; ratione quampiam, vel per pannos, quibus sacramentum suscipiens in uoluntus tegitur, ut cum tangamus, si cognationem hanc contrahere velimus; necesse est, non igitur, qui, suo nomine quempiam ut in his sacramentis, vel suscipiat, vel eadem ea ut administrat, cuiuspiam mandavit, cognationem ipse, sed is, cui mandatum hoc dedit, etiam si id minus cogitet, nolirve, contrahet; nam cum id iure cautum sit, atque idcirco, dum functiones has excrcemus, ius illud locum ne habeat per l. nemo potest ff. de leg. 3. eff. cere nequeamus; plane quoniam necessario cognationem hic contrahat, non est quod dubitemus, neque enim si liberis quis operam det, consanguinitatemque, afinitatemve in d. q. q. i. aut polli, aut non cogitet, minus idcirco orietur; nec, quod, sacramentum ei, qui illud omnino respuit, si conferratur, ab ipso non suscipitur; ob eam rem, cognatio hanc non contrahetur; nam, & a iure omnino pendet, & quo purius, sanctiusque sacramenta hac excolantur, inuenta in primis est; at sacramenta salutis nostrae causa, atque ut eternam vitam, consequamur, instituta sunt; quam cum aspectari possimus argumento leg. si quis in e. inscribendo C. de pact., eamque nobis aspernantibus, atque inuitis Deus minimè largiatur; his de causis inuiti sacramenta non suscipimus, cognationem verò hanc, vel nolentes contrahimus: atque de effectibus confirmationis sacramenti satis; de communi materia, qua ad genus spectat, more nostro agamus.

*De materia communi sacramenti confirmationis, qua ad genus spectat, Cap. XII.*



**M**ATERIA communis igitur confirmationis, qua ad genus spectat, haec Sacramentum scilicet nouae legis est; sic enim Thom. dist. septima quaestio prima art. primo, & quaest. 72 art. primo in 3. par.; & Sot. dist. 7 quaest. vn. art. primo, & Cat. eod. inquit; sic nouissimè Trid. Syn. sess. 7. eod. can. primo contra eos, qui contrarium affirmare non dubitant, anathemate proposito declarat, atque asserit; Si quis, ait enim in. d. xerit confirmationem baptizatorum otiosam cerimoniam esse, & non potius verum, & proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quandam, qua adolecentia proximi fidei suae rationem coram ecclesia exponebant, anathematis. hac Trid. Syn.; nouae legis sacramentum igitur confirmationem esse iam satis constat, idque iure optimo; etenim cum baptismi susceptione spirituales vitam tantum incohemus; atque idcirco viribus infirmiores, imbecillioresque sumus; cumque Christi fidem a potentissimis saepe hostibus qua oppugnatur, in baptismo itidem profiteamur; merito, ut & ea vita a nobis suscepra perficeretur, & a fide, quam professi sumus, vel publica confessione nullo suppliciorum, nullo mortis metu perterriti auocaremur, verum contra ipsam labefactare conantes constanter ut tueremur; nouo, ac praecipuo auxilio nobis ut subueniret, decuit; quare Christus dominus, quo hac abunde nobis suppeditarent, sicut ibi Cat. e. paulo post principium, simulque Sot. d. 7 quaest. vn. art. i. vers. Vnde praeter rationem, concludunt, sacramenti huius institutione eam, quam susceperamus, vitam perfecit, uiribus nos auxit, hac denique eiusdem sacramenti virtute singularebus, diuinisque quibusdam quasi armis nos muniuit, ac texit. I. Non iterabile; ut in cap. dictum est, cum sequen. de consecr. habetur, Diuinarumque rerum scriptores sentiunt, ac Trid. Syn. de sacram. sess. 7. can. 9. asseuerauit; non idcirco tamen, sicut


sicut Scot. d. 7. quaest. 5., & Tart. d. ead. quaest. fin. & Ant. And. dist. e. quaest. 3, & Sot. dist. e. quaest. vn. art. 5. inquit, qui sapius eundem confirmauit, quique sepius se confirmari, passus est, irregulares efficiuntur; etenim, cum iure id catum non sit, quamuis in baptismo sanctum hoc esse reperiamus, ad confirmationem tamen interpretatione nostra sanctionem eam ob cap. is, qui in Ecclesia de sen. excom. in 6., non trahemus; praeterea, cum po. na odiosa sit, ob eam rem, ut in cap. edia de reg. iur. in 6., & in l. in interpretatione ff. de po. nis, & in l. cum quidam ff. de lib., & posth. habetur, eam coangustari magis, quam dilatare oportet; postremo non eadem in confirmatione, quae in baptismo, itidem ratio est; nam in baptismo, quod Donaristarum haeresis [ qui ab haereticis baptismum adepto iterum faciamur illud, ut administraretur, curabant ] conuulsa erat, irregularitas po. na ipsi proposita est; in confirmatione verò, quod quid huiusmodi non erat, ob eam rem, ut Sot. dist. 7. q. vn. art. 5. versic. At vnus, ait est praetermissa, quare, cum genus confirmationis hoc sacramentum scilicet nouae legis fiet, atque ab ijs, quae sacramenta non sunt, eo separetur; differentijs uero duabus illis scilicet Nouae legis, & Non iterabile & a ueteris legis, & a nouae legis, quae iterantur, sacramentis seungatur, proprias ab effectibus depromptas si addiderimus, quibus a reliquis omnibus distinguitur; sic eam definiemus, Confirmatio est sacramentum nouae legis initerabile, quod baptizatus ad Christi fidem publice ex officio tuendam adscribitur, atque corroboratur: hac de materia huiusmodi satis sunt, ad materiam communem circa quam, itemque ad ea, quae necessario eidem inesse debent, sibi que cum alijs sacramentis conia sunt, descendamus.

*De materia communi circa quam confirmationis sacramenti, & de ijs, quae necessario illi inesse debent, cum aliorumque sacramentorum eadem materia communia sunt, Cap. XIII.*



**M**ATERIA uero communis circa quam confirmationis sacramenti, uti generatim nos probauimus, ac Tart. dist. 7. e. art. i. speciatim asseruit, Homo est; necessario autem ei, quae cum aliorum sacramentorum materia eadem communia sunt, inesse haec debent. Primum ut, sicuti generatim egimus, & Scot. dist. e. vers. Suscipiens est homo uiator, & Tart. dist. ead. in declaratione de fin. art. i. inquit, vitam hanc uiuat. II. Praesens adsit. III. Confirmari queat. IV. Confirmationem, de Scoti, ac Tart. eod. in loco, administrari ipse sibi uelit. I. Re uera. 2. Re ipsa. 3. Saltem uirtute si queat, infantibus, naturaque furore laborantibus exceptis; in ipsis enim, uti Tart. ibidem docuit, ecclesiae uoluntas, quod & in baptismo affirmauimus, sat est. V. Ipsemet sacramenti hoc suscipiat: ac de ijs, quae huic materiae communia sibi cum alijs sacramentis sunt, haecenus; ad ea, quae ipsius propria magis sunt, eidemque necessario inesse debent, traicemus.


*De ijs, quae eidem materiae circa quam inesse debent, confirmationisque propria magis sunt, Cap. XIV.*




**I**NESSE quoque eidem materiae circa quam, quae confirmationis magis propria sunt, haec omnino debent. Primum, ut baptismum hic susceperit; sic enim Sot. d. 7. quaest. vn. art. 6., & Bon. d. e. art. i., & Bacch. dist. e. conprobarunt; ac plane, cum id, quod non est, confirmari nequeat; qua ratione nos spiritualiter nondum nati, quam rem baptismo consequimur, sacramenti huius uirtute corroborabimur; baptismo igitur sacramentum hoc suscepturus initiatus esse necessario prius debet. II. Ne confirmatus alias sit; nam, cum

sacramentum hoc iterari nequeat; iam confirmatus aptior materia, quae confirmationem iterum recipiat, hic esse nequaquam potest, atqui de ijs, quae eidem materiae inesse, non tamen necessario debent, instituto nostro iam agamus.

*De ijs, quae eidem materiae circa quam inesse, quamvis non necessario, debent, cum alijsq; sacramentis sibi communia sunt, Cap. XV.*

- I.**  N E S S E autem eidem materiae, non tamen necessario, quae sibi cum alijs sacramentis communia sunt, haec debent. Primum ut rationis usum habeat, sapereque iam incipiat; Illud observandum est; ait namque Cat. eod. cap. de hac materia, omnibus quidem post baptismum confirmationis sacramentum posse administrari; sed minus tamen expedire hoc fieri, antequam pueri rationis usum habuerint; quare, si duodecimus annus non exspectandus videatur; usque ad septimum certe hoc sacramentum differere maxime convenit; neque enim confirmatio ad salutis necessitatem instituta est; sed, ut eius virtute optime instructi, & parati inveniremur, cum nobis pro Christi fide pugnandum esset; ad quod sane pugnae genus pueros, qui adhuc usum rationis carent, nemo aptos esse iudicavit; haec Cat., quae & Sot. d. 7. quaest. vn. art. 8. concl. 3. comprobavit. II. Rem, quam suscipit, intelligat. III. Ob eum finem, cuius gratia a Christo domino institutum est, sacramentum hoc in primis suscipiat. 1. Actum, atque ipsa propositum hoc habeat. 2. Libens; ut, qui ad Christi fidem tuendam arbilera quidam designetur. IV. Ne in mortiferi peccati culpa sciens perseveret; Ex his efficitur, ait namq; Cat. eod. cap., ut, qui adulta iam aetate confirmandi sunt, si quidem huius sacramenti gratiam, & dona consequi cupiant, eos non solum fidem, & pietatem afferre, sed graviora etiam peccata, quae admiserunt, ex animo dolere oporteat. Haec ibi Cat.; contritus igitur esse debet. V. Ne censura ecclesiastica irretitus, sacramentumve hoc ne suscipiat, interdictum sibi fiet. VI. Ne ab alio, quam a proprio ministro, eiusve delegato se confirmari patiat. 1. Non censuris, alijsve ecclesiasticis poenis; unde sacramentum hoc administrare nequeat; aut nominatim constricto, aut ita, ut nullo integumento, nullisve latebris occultari illud possit; sed iam ad ea, quae propria magis ipsius sunt, veniamus.

*De ijs, quae eidem materiae inesse, non tamen necessario, debent, propria vero magis ipsius sunt, Cap. XVI.*

- I.**  N E S S E quoque eidem materiae, sed non necessario, quae propria tamen magis ipsius sunt, haec debent. Primum, ut, qui mortiferi peccati conscius sibi est, illud poenitentiae sacramento prius capiat, Ut ieiunii, ait enim Aurelianen. Syn. in c. 5. de consecr. d. 5., ad confirmationem veniant perfecte gratis; ut moneantur confessionem facere prius, ut mundi donum Spiritus sancti valeant accipere, haec ibi sancta Syn. eadem Cat. eod. cap., & Ioan. Nid. e. cap. 4. in littera E., & Bacch. d. 7. art. 6. in fine, & Sot. d. ead.; art. 8. conclus. 3. versic. De confessione, inuenerunt; quia tamen necessario id non requiritur; uti Aurelianen. Syn., & Cat. eod. innuunt; admonendos enim, non cogendos esse sacramentum hoc suscepturos, ut peccata confiteantur, inquit; ob eam rationem, non modo si confirmandus peccata confessione non patefaciat, sed ne ea quidem detestetur; quamvis tunc gratiam non suscipiat, non quoque sceleris se astringat; sacramentum nihilominus recipiet. II. Ut ieiunius denique fiet; sic enim Thom. distinct. 7. quaestio 8. articulo fin. lib. 4., & Biel. dist. 7. quaest. vn. dub. 7. &

& Rossel. eod. num. 13., & Ioan. Nid. in ead. littera, & Bacch. d. 7. art. 6., & Car. eod. cap. inquit; sic in citato cap. ut ieiunii, probatur; hodie tamen ob Christi fidelium frequentiam, & a prandio ut administraretur, ac suscipiatur, quod alibi diximus, consuetudine receptum est; verum de materia huiusmodi haecenus, ad materiam eiusdem in qua, sed propriam veniamus.

*De materia propria, ac necessaria in qua sacramenti confirmationis, Cap. XVII.*



**M** A T E R I A vero propria, ac necessaria in qua sacramenti confirmationis Frons est; Nonissime, in cap. 4. de consecr. dist. 5. Rab. enim inquit; a summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato, ut roboretur per spiritum sanctum ad predicandum alijs, idest donum quod in baptizato consecutus est per gratiam vitam donatus aeterna; signatur enim baptizatus cum chrismate in summitate capitis per sacerdotem, per Pontificem vero in fronte; ut in priorum mentione significetur spiritus sancti descensio ad habitationem Deo consecrandam, in secunda quoque, ut eiusdem spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, & scientiae, & virtutis venire in hominem declaratur. Haec ibi Rab.; unde confirmationis materiam in qua Fronte esse probatur, dicit in cap. praesbyteris cum sequen. de consecr. d. quarta, & in cap. vn. in §. per frontis de sac. vnct. extra eodem habetur, ac Thom. d. 7. q. 8. artic. secundo, & q. 72. art. 9. in 3. parte, & Sot. d. 7. q. vn. art. 9., & Scot. d. ead. q. prima, ac denique rerum diuinarum scriptores vniuersi sentiunt; neque iniuria, nam, cum sacramenti huius virtute corroboremur, quod aduersus hostes fortiter resistamus, qui in nos, ut a Christi fide aut metu iniecti, aut rubore percussio auocent, armantur; iure optimo, ut sacramenti huius uideamur mectus, ruborq; sublatus indicaretur, ea potissimum corporis pars, ubi affectiones huiusmodi significantur, Frons, inquam, ipsa, quae sacro illo oleo ungeretur, electa est; atqui de materia huiusmodi haecenus, iam de materia itidem propria, sed ex qua nec non de illis, quae eidem necessario inesse debent, instituto nostro agamus.

*De materia propria ex qua sacramenti confirmationis; & de ijs, quae necessario illi inesse debent, Cap. XVIII.*



**M** A T E R I A denique propria, sed ex qua sacramenti confirmationis Christum, ex oleo, & balsamo confectum est; ita enim in cap. vn. in §. per frontis Chrismationem de sac. vnct., probatur, ac Thom. d. 7. quaest. vn. art. 2. hb. 4., & q. 72. art. 2. in 3. parte, & Bon. d. ead., quaest. ead. artic. primo, & Scot. d. ead. q. prima, & Bacch. d. ead. art. secundo, & Sot. d. ead. q. vn., inquit; summa vero ratione, ut sacramenti huius materia haec ex oleo, & balsamo constaret, factum est; etenim, quod oleum pingue sit; quod distuat; quod denique ad intima permeet; & Spiritus sancti gratiae plenitudinem sacramenti virtute nobis conferri, & eandem a Christo capite in nos redundare, atque effundi, intrinsicè denique fidem, qua illustrati, quae de Christo diuinitus tradita sunt, uera esse intelligentes, ut ea timeamus, non carceres, non supplicia, non mortes formidamus, fidem, inquam, in nobis corroborari significatur; quod uero balsami odor iucundissimus sit, eoque quod circumlitum fuerit, putrescere non sinat, quid aliud significat de Car., eorumque, quos citauimus, sententia, quam nos, sacramento, hoc suscepto, si gratiam in eo datam minus aspernemur, non modo peccatorum lanie nos non putrescere, uerum Christi nomē publicè, palamque predicantes eam virtutum omnium inuauitatem effundere, ut illud Apostoli possimus dicere Christi bonus odor sumus Deo? haec igitur confirmationis sacramenti

- I. menti materia ex qua est: ei autem necessario hac inesse debent. Primum, sicuti citati autores ibidem asserunt, ut oleum; ex quo Chrisma illud conficitur, oliuæ sit; ad huius enim sacramenti effectus significandos hoc in primis olei genus accommodatum est.
- II. Consecratum itidem de eorundem autorum iententia fiet; etenim cum Christus Dominus materiam hæc vti iplo, & tractatione non sacrauerit; ob eam rationem, vti Cat. eod. cap., ac Thom. d. ead. q. 2. art. 3. lib. 4., & quaest. 72. art. 3. in 3. par. asserunt, atque Sot. d. 7. quaest. vn., & Nauar. in man. cap. 22. ab vniuersis id receptum esse testantur; ipsam merito consecrari oportuit.
- III. Ab Episcopo; ut in cap. p. cum sequenti 26. quaest. 6. habetur, atque ab eisdem autoribus iam citatis ibidem comprobatur; vel à Sacerdote, qui à Romano Pontifice, uti Scot. d. ead. q. prima vers. Materia autem remota, & Sot. distinct. ead. quaest. vn. artic. 3. aiunt, facultatem hanc habeat: hæc de materia ex qua propria, & de ijs, quæ necessario illi inesse debent, satis dicta sunt; iam de ijs, quæ non necessario eidem iniant, agamus.

*De ijs, quæ eidem materia confirmationis ex qua inesse, quamuis non necessario, debent, Cap. XIX.*

- I. **M**A T E R I A E demum confirmationis eidem hæc inesse, quamuis non necessario, debent. Primum, ut huic oleo balsamum admixtum sit; etsi enim, omnino illi ut admisceatur, necesse non est, ut in cap. 1. de sacr. non iter. habetur, Nos consulere voluisti, ait nãque ibi Romanus Pontifex, an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerit ad ordinem subdiaconatus assumptus; & si confirmationis sacramentum in eo debet iterari, qui per errorem fuit non Chrismate, sed oleo delinitus. Ad quod breuiter duximus respondemus, quod in talibus non est aliquod iterandum, sed cautè suppleendum, quod incautè fuerat prætermisum. Hæc ibi summus Pontifex, ex quibus constat, id quod d. 7. quaest. vn. art. 2. vers. Intracitius autem Sot., & Nau. eod. in Mannali cap. 22. senserunt, balsamum necessario non requiri, etsi ergo, inquam, ita est; quod tamen in ueterata Ecclesiæ consuetudo illud perpetuò adhibuit, atque oleo admiscuit, quò effectus sacramenti quosdam per ipsum significaret, ut iam vidimus, ob eam rē sine graui scelere prætermitti non potest.
- II. Chrisma denique hoc, quod singulis annis conficitur, uetere combusto, recens fiet, ut in cap. si quis de alio de consecr. d. 4. probatur, atque Biel. d. 7. quaest. vn. art. 1. vers. 1. asserunt; atqui de materia confirmationis sacramenti satis dictum sit, ad eiusdem necessariam formam, itemque ad ea, quæ necessario illi inesse debent, communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, transeamus.

*De forma necessaria sacramenti confirmationis, & de ijs, quæ necessario illi inesse debent, communiaque sibi cum aliorum sacramentorum formis sunt, Cap. XX.*



**M** O R M A igitur confirmationis sacramenti, vti Thom. quaest. 72. art. 3. in 3. parte, & d. 7. q. 3. art. 2. lib. 4., & Sot. d. ead. q. vn. vn. art. 4., & Bon. d. ead. artic. 1. quaest. prima, & Scot. d. ead. q. prima, & Cat., diuinarumque rerum scriptores vniuersi asserunt, hæc, Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, est; etenim ut mittam; vnde in primis sacramenti huiusce uis emanet, quæque eiusdem materia sit, in ea declarari, præcipui, qui conferuntur; effectus, eiusdem formæ ver-

mæ verbis significantur; nam, quod in eorum numerum, qui publicè, palamque Christi fidem, non enque tueri debent, sacramenti huius susceptione quis adscribitur; quodque ob eam rem confirmatur; effectus, inquam, hi de eorundem autorum, quos citauimus, sententia illius formæ verbis, nã cum effectu, quæ post huiusce uitæ cursum percipimus, declarantur; quod itidem à Christianæ fidei publica confessione quæm coliberi rubore itidem contingit; quò ruborem hinc tolli significetur, palam in fronte sacro sancto Crucis signo notatur: necessario autem hæc ipsi, quæ cum aliorum sacramentorum forma communia sibi sunt, inesse debent. Primum, ut exprimat. II. Voce, seu verbis. III. A ministro. IV. In tempore instanti. V. Sine eorum uerborum, quæ ipsius sacramenti formam, substantiamque tollunt, adiectione. VI. Sine eorum, quæ eiusdem formam naturam deprauant, detractione. VII. Sine eorum uerborum, ex quibus forma constat, in uicem modi, unde forma tollatur, corruptione. VIII. Sine uerborum huiusmodi quoque adiectione. IX. Sine inuersione, quæ consequentia formæ uerba eiusdem antecedentium partes esse desinunt. X. Sine eorum uerborum forme mutatione, qua forma itidem ipsa tollatur. XI. Sine earum, quæ mutationum, quas proxime sequimur, ulla sciam si foris natura, atque uis ab ipsa quidem non tollatur, sed hoc tamen animo fiat, ut nota introducat mutatione, quæ omnia, quoniam generatim antea docuimus, ob eam rem hic prætermittamus; atque ad ea, quæ eiusdem formæ propria, atque necessaria sunt, iam ueniamus.

- I.
- II.
- III.
- IV.
- V.
- VI.
- VII.
- VIII.
- IX.
- X.
- XI.

*De ijs, quæ eidem forma necessario inesse debent, propriaque ipsius sunt, Cap. XXI.*



**Q** U A E uerò propria confirmationis formæ sunt, necessarioque itidem illi inesse debent, hæc recensentur. Primum uerbum illud Signo; nam, cum sacramenti huius susceptione character in anima imprimatur; ob eam rem, ut id, quod sacramentum intrinsecus operatur, extrinsecus nota aliqua significetur; uerbum illud Signo necessario collocatur. II. Te; quod quidem pronomē, uti materia, circa quam, necessario requiritur; e. enim si signat, signari quempiam omnino fateri cogimur. III. Signo Crucis; hæc quoque uerba prætermitti non possunt; adscribimur enim in eorum numerum, qui Christi fidem ex officij ratione tueri, eundemque Cruci affixum prædicare debent; quò igitur, & id significetur, eorum uerborum expressione opus fuit; quare, & Sot. distinct. 7. quaest. vn. artic. quarto, & Bacch. distinct. eadem artic. 6. Crucem faciemdam esse dum confirmandus signatur, comprobarunt. IV. Confirmo; quod uerbum adhiberi quoque oportet; etenim, cum sacramenti huius susceptione hostium impetus ne quis pertimescat, confirmetur; hæc de causâ, quò & effectus hic explicetur; uerbum Confirmo prætermitti à nobis nõ potest. V. Te, quod necessario requiri etsi ex ijs, quæ diximus, satis constat; hic tamen ut exprimat, fortasse non necessario requiritur, cum ex prioribus percipiatur. VI. Chrismate salutis; hæc quoque addenda sunt; cum enim confirmemur; ergo, qua re id fiat, non incitè, ac necessario explicamus. VII. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quarum personarum mentio, cum ab illis sacramenti uis uniuersa emanet, siquæ à Christo præcepta sunt, prætermitti non possunt; de quibus, quæ in Baptismi forma egimus, eadem hic explicata existimentur; uniuersa igitur formæ huius uerba, copula Et excepta, necessaria sunt; ad ea, quæ eidem formæ inesse, quamuis non necessario, communiaque sibi cum alijs sacramentis sunt, ueniamus.

*De ijs, quæ eidem formæ inesse, quamuis non necessario, debent, communiâq; sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, Cap. XXII.*

**I.** **E**A vero, quæ eidem confirmationis formæ inesse, quamuis non necessario, debent, communiâq; sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, hæc habentur. Primum ne quid, etsi ipsius vis non tollitur, formæ ipsi addatur. II. Sine verborum, quamuis formæ ex ipsis non constet, detractio. III. Sine eadem interpositione, qua verborum formæ connectio non ita tollitur, quæ in eiusdem formæ sententia remaneat. IV. Sine huiusmodi quoque transpositione. V. Sine eiusdem formæ tandem verborum, etiam si ipsius vis non tollatur, mutatione; ea igitur lingua primum, quæ sua Ecclesia formam exprimit, adhibeatur. 2. Eiusdem lingua verbis, quibus proferri consuevit, enunciatur. 3. Eiusdem personis proferatur. 4. Eodem in numero, & nomina, & verba eiusdem, in quibus collocari consueverunt, collocantur. 5. Eiusdem etiam casibus vtitatis efferrantur. 6. Recto demum, emendatoque adhibito sermone explicetur: atqui de necessaria forma sacramenti huius hætenus, ad non necessariam, quæ cærimoniæ dicuntur, transeamus.

*De forma confirmationis sacramenti non necessaria, quæ cærimonia dicuntur, Cap. XXIII.*

**I.** **F**ORMA denique confirmationis sacramenti non necessaria cærimoniæ, quæ adhibentur, sunt. Primum igitur, sicuti baptismo initiandos, ita & confirmandos qui suscipiant, patrini vulgò nominati, vti Thom. q. 72. art. 10. in 3. parte, & d. 7. quest. 8. art. 1. lib. 4., & Sor. d. ead. q. vn. artic. 10., & Cat. eod. cap. De patrinis, & Trid. Syn. sess. 24. cap. 2. de reformatione matrimonij, concludunt, adhibentur; etenim, quemadmodum per baptismum nati pedagogo indigent in ijs, quæ ad vitam propriam conservandam attinent; ita confirmati de eorundem autorum sententia, cum ad Christi fidem tuendam cooperari sint, institutoribus indigent ad certamen; quare, cum in functionibus his obeundis, in ipsamet susceptione domo exire sapius nos oporteat; in hominum celebritate, ac frequentia itidem versari eiusdem necesse sit; mulierum consuetudine vti demum quandoque contingat; merito munera hæc Monachis, Abbatibusque Regularibus, qui domi inclusos se continere; sanctis præcibus dies, noctesque operam dare; Deo, cui se totos dicarunt, atque consecrarunt, inferuire debent, munera, inquam, hæc, ut in cap. placuit 16. quest. prima, & in cap. non liceat, cum sequenti de consecrat. dist. 4. habetur, prohibita sunt: præterea, cum, qui aliorum in baptismo, confirmatione vel susceptorum se profitetur, ea sacramenta ipsam suscipisse æquum sit; ob eam rem, sicuti, qui baptismo initiati non sunt, baptismo initiandos non suscipiunt; ita, qui non confirmati, confirmandos suscipere non debent; In baptismo, dicitur enim in cap. 100. de consecrat. d. 4., uel Christum non potest alium suscipere, qui non est baptizatus, uel confirmatus; etenim, qui stare ipse non potest, quiq; ab alijs instrui debet, quomodo alios itidem instruere potest, atque, ut stent, adiuuare? Hæc ibi Sancta Synod.; qui tamen contra faciunt, etsi cognationem ab eo, qui confirmatus non est Rosel. in imped. matrim. 6. in fine contrahi alicet; de eo autem, qui baptismo initiatus non est, Gloss. in cap. primo 30. quest. prima contrarium sententia, eiusque opinionem alias secuti sumus; nunc tamen, re accuratius perspecta, & inter hos cognationem hanc nasci rationibus his ducti existimamus; nam baptismum suscipisse quis non dicitur, priusquam salutaribus illis aquis ablutus sit; & à Catechismo cognationem nihilominus

nihilominus oriri constat; si ergo hinc, ubi baptismum alter non suscepit, cognatio hæc contrahitur; cur non & illinc oriri affirmemus? neque quòd à spiritali re enascitur [unde spiritali cognationem doctores appellarunt] spiritalis & ipsa est; ut enim mitam cum peccato esse posse, impedimentumque potius matrimonij quoddam, quam fauorem haberi: ab hominum constitutionibus, non à vi, naturaque sacramenti proficiscitur; & quamuis, qui foris sunt, baptismumque non susceperunt, ecclesiasticis constitutionibus, ijs præsertim, quæ ad animarum salutem spectant per cap. multi 2. q. prima, non obligentur, alijs tamen, cuiusmodi hæc est, ut in toto titulo de Indais habetur, constinguntur; atque ob hanc quoque rationem inter eos, quos diximus cognationem hanc nasci concludimus: postremò, quòd & cognatio ab his duobus sacramentis exoritur; ob eam rem, ne susceptores necessitudine alia eos, quos suscipiunt, attingant, cautum est; hinc consanguinei, itemq; affines, ut in cap. si quis filiam 30. quest. prima probatur, & paulò post uidebimus, si id conentur, poenam non effugiunt, ut in cap. de his eadem quest. habetur; hinc parentes, qui proprium filium susceperunt, si dolum adhibuerint, & mortiferè peccant; & quamuis, ut in cap. secundo extra eodem habetur, veteri iure cap. primi, & secundi 30. quest. prima, expulso, ob ortam cognationem non separentur, sicut tamen in citato cap. secundo Abbas. docuit, si aut alter, uel uterque dolum adhibuit, ob contractam cognationem aut alter, aut ambo debitum matrimonij ne perant, uetantur; hinc, qui in baptismo quempiam susceperunt, in confirmatione, modò necessitas contrarium non studeat, eiusdem susceptor esse non debet; In Catechismo, & in Baptismo, & in Confirmatione, ait enim Romanus Pontifex in cap. 98. de consecrat. dist. 4. unus pater fieri potest, si necessitas cogit; non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiant. Hæc ibi summus Pontifex; hinc, quòd purius, sanctiusque sacra hæc mysteria peragantur, quòdque minùs imperitis iniquos sermones de nobis habendi, suspicandive ansidetur, nec uxor eundem cum marito suscipiat, in ca. quod autem 30. q. quarta [quamuis Thom., ad quem hoc decernere non pertinebat, contrarium sensisse uideatur] perspectum est; Quod autem uxor, inquit ibi Summus Pontifex, cum marito in baptismo non simul debeant suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohiberi; sed, ut puritas spiritalis paternitatis ab omni labe, & infamia conseruetur immunis, dignum esse decernimus, ut utriusque insimul ad hoc aspirare minimè præsumant. Hæc ibi Urbanus Pontifex; hi ergo sunt, qui, ne susceptores huiusmodi sient, iure uetantur; hi, qui tamen, si minus illi par eant, cognationem nihilominus hanc contrahunt; hi denique, qui, si contra faciant, parentibus, ut iam diximus, exceptis, non grauius, modò contemptus non adsit, offendunt: non necessario autem susceptores adeo requiri quis existimet, ut, illis non adhibitis, sacramenta hæc minùs conferantur; nam & Scot. dist. ead. art. 10. in fine, diuinarumque rerum scriptores uniuersi contrarium, idque iure asserunt; etenim, qui confirmatus est, & strenuè, fortiterque pro Christi fide monitore nullo pugnare; & qui baptismo est initiatus, salutem consequi susceptri non adhibito potest; ac planè, si in corpore procreando non nutrix, non pædagogus; in eodem corroborando, magister non necessario requiritur; cur ad spiritali vitam uel consequendam, uel corroborandam, augendamque susceptri, magistro, monitore uel necessario egebimus? susceptores igitur, quamuis cum prætermittuntur [modò necessitas baptisimi suscipiendi id non prohibeat] graue scelus suscipiatur, quò tamen sacramenta hæc conferantur, necessarij non sunt. II. Maxilla eius, qui confirmatur, quò se tanquam fortem athletam ad omnia aduersa pro Christo ferenda inuictò animo paratum esse oportere admonetur, ut Catech. eod. in fine, ac Sor. dist. septima quest. vn. artic. 12. inquit, maxilla, inquam, eius, qui sacramentum hoc susceperit, à ministro manu percutitur. III. Pax demum ab Episcopo de eiusdem Catechismi sententia confirmato enunciat; quare sit, ut se gratiæ celestis plenitudinem, ac pacem adeptum esse intelligat: atqui de causis sacramenti huius hætenus, ad accidentia, quæ ab ipsis emanant, transeamus.



De accidentibus, quae à fine sacramenti confirmationis emanant,  
Cap. XXIII.



**ACCIDENTIA** quidem igitur, quae à fine confirmationis sacramenti emanant, ijs, quae ab efficiente proficiuntur, de quibus abundè generatim antea egimus, omiffis, haec sunt. Primum ipsius necessitas institutionis, idest an sacramentum hoc institui necesse fuerit; id quod planè, cum baptisimi gratia salutem consequi, Christo eam nobis illis verbis, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, pollicente, possimus; nec quò ad nos necesse fuisse est, quod asseramus; etenim sic Thom. dist. septima quaest. prima artic. secundo, & Scot. dist. eadem quaest. secunda, & Bonau. distin. eadem quaest. secunda, & Thom. ab Arg. dist. eadem quaest. prima artic. quarto, & Catech. eodem capit. Quibus conferendum, diuinarumque rerum scriptores concludunt; quare, eum neque, ut salui simus, neque aliorum sacramentorum gratia necessariū sacramentum sit; neque Ecclesia, ut illud suscipere, nobis praeeperit; eius susceptione neque diuino, neque humano iure omnino obligamur: verum, quod hostes, qui nos aperte aggrediantur, à susceptaque Christi fide auocare conentur, de futuri nobis non sunt, huiusceque sacramenti armis testi, almoque spiritu corroborati facilius de eorundem, quos citauimus, sententia insidias uitabimus, impetus sustinebimus; his de causis, etsi sacramentum hoc necessarium non asserimus, utile tamen admodum esse affirmamus; esto nanque hostes nulli sint; faciamus ab ijs nos non absideri; attamen, cum baptisimo infantes quasi quidam simus, confirmationis uel, ut uiri, perfectique Christiani efficiamur, consequimur; utilis admodum igitur, etsi non necessaria confirmationis institutio fuit. II. Propositum Christi in huius sacramenti institutione, quod planè fuit [ijs, quae generatim hac de re egimus, omiffis] ut sacramenti huius uirtute muniti conuicia, cruciatuque contemnent, ipsius fidem publicè praedicare, aperta que fronte tueri ne uerentur; uiderat enim iam Christus dominus, quam difficile, arduumque bellum hac de re Christianis impenderet; Praedicamus, ad Corinthios scribens Paulus nanque ait, Christum crucifixum Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; prospexerat ob eam rem paratas contumelias, atque conuicia; uersabantur denique ob oculos terribili carceres, grauiora compedes, ardentis ignes, furiosi lapidum iactus, stridentes ferrae, cruenti gladij, feruentes rotæ, cruces, innumeræ mortes; Venit hora, aiebat enim ipse apud Ioannem capitulo decimo sexto, ut omnis, qui interficit uos, existimet, ac uideatur sacrificium offerre Deo, & c., & hoc facient propter nomen meum; quò igitur illa contemnere, hac non formidare possemus, immo ut strenui milites ipsum ducem inimicis impiorum gladio ceruices ultro subijcientes gloriosam potius mortem, quam & ipse pro nobis pertulit, oppeteremus, quam suum nomen deferretum esse pateremur; ob eam rem sanctissimi huius sacramenti uirtute nos muniendos; armandosque esse censuit, atque uti Thom. distin. 7. quaest. quarta artic. primo, & quaest. 72. artic. quinto in 3. parte, & Bonauent. distin. eadem artic. 3. quaest. prima, & Thom. ab Arg. distin. eadem artic. secundo conclus. prima, & Scot. distin. eadem quaest. vn. artic. primo, & Catech. eodem inquit, idcirco illud instituit. III. Causa huiusce propositi, quae, etsi necessitas non fuit, summum tamen commodum, atque utilitatem, uisum, ut iam uidimus, conspicitur; ac de accidentibus huiusce haec tenemus; de ijs, quae à forma effluunt [de materia nanque accidentibus, cum unum sacramentum sit, nihil est, quod dicamus] iam pertractemus.

De

De accidentibus, quae à forma confirmationis sacramenti proficiuntur,  
Cap. XXV.




**FORMA** tandem confirmationis sacramenti accidentia haec emanant. Primum tempus, quo confirmatio instituta est, quod etsi certum nescitur, in eadem tamen, quam postremam cum discipulis habuit, eam Christus dominus instituisse existimatur; nam tunc formam, & Chrisimatis consecutionem docuisse diuus Fabianus tradidit, ut Catech. eod. cap. de materia, & forma, recenset, ac d. 7. q. vn. art. i. vers. Quod si de institutione Chrisimatis, & art. 2. vers. Chrisima nomen Sotus testatur. II. Eius efficacitas, quae tunc, ut primum Christus è mortis excitatus in Coelum ascendit, cepisse existimari potest; Necesse est, suos enim hac de re discipulos alloquens aiebat, ut ego uadams si enim non abiero, paraclitus non ueniet; quare sanctissimus ille uates tantum mysterium multo ante prospiciens, secumque illud, quasi praesens adesset, contemplatus Ascendens, inquit, in altum captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus. III. Promulgationis eiusdem tempus, quam eo primum die, quo Apostoli huic sacramento initiati sunt, cum scilicet Spiritus sanctus è Coelo in eos delapsus est, factam fuisse probati potest; tunc enim primum ipsum exerceri, tunc usu recipi Bacch. dist. 7. artic. secundo, & Catech. eod. ceptum esse conscripserunt. IV. Obligationis eiusdem tempus, quod planè nullum esse antea probauimus; non enim, quod quidam existimarunt, cum occasio illius suscipiendi nobis sese offert, ne mortiferi peccati culpa polluamur, eius susceptione, uti Sot. dist. ead. art. 8. in fine comprobauit, obligamur. V. Ordo susceptionis, quem priorem, cum à baptisimo discedimus, confirmatio sibi vindicat; sic enim de consecr. dist. 5. in principio, & in cap. i. cum seq., & in cap. nouissimè ead. dist. habetur; sic ratione itidem id probatur; baptisimo nanque Christiani nascimur, confirmatione uero in eo uita generari augeamur, atque confirmamur; antequam uero quis augeatur, prius eum esse oportere, uti Bonau. dist. ead. quaest. 3. art. 3., ac reliqui diuinarum rerum scriptores inquit, quis iure dubitet? merito igitur secundum locum sibi assummit; quòd tamen sacramentum necessarium non est, hinc, ne suum locum teneat, sepius contingit. VI. Aetas susceptionis, idest qua aetate sacramentum hoc suscipi deceat; quam certe eam, quae septennam consequitur, esse nos antea probauimus, & Catech. eod. cap. Quibus conferendum, & Ioan. Nid. eod. cap. 4. in litera C inquit; etenim ante aetate hanc tanti mysterij dignitatem, si sacramentum hoc sibi conferatur, contemplari homines non possunt; si uero multò post, interim singulari, diuinoque beneficio priuantur, ac pleni Christiani non fiunt. VII. Modus administrationis, atque susceptionis, quem, cuiusmodi is esse debeat, antea declarauimus. VIII. Locus administrationis, ac susceptionis, qui sacer esse debet, idest Ecclesia, ut generatim probauimus. I. In sua dioecesi sit, uti Syluest. eod. num. 4. asseruit; ubique tamen administratur, modò, si in aliena dioecesi id fiat, ab Antistite illius loci id sibi permittatur, & sacramentum confertur, ac nihil offenditur; immò uel in loco, qui interdicto subiectus sit, administrari sacramentum hoc non prohibetur; Praeterea, inquit enim Summus Pontifex in cap. responso de sentent. excomm., quaesiuisti, cum Ferrariensis Ciuitas sit interdicto supposita & cetera, an liceat ibi baptizatos pueros in frontibus consignare. Super quo respondemus, quòd, sicut baptizari possunt pueri, sic & baptizati ad confirmationem in frontibus à te possunt sacro Chrisimate deliniri. Hac ibi Summus Pontifex, quae in cap. quoniam eod. in 6. habentur; quare merito in huiusmodi loco sacramentum hoc administrari posse Bacch. dist. 7. quaest. i. art. 6. vers. Quartus, & dist. 11. quaest. i. artic. 4., & Syluest. eod. num. 4. concluderunt. IX. Tempus administrationis, ac susceptionis, quod Pentecostes esse, ut Catech. eodem in principio, & in cap. de ritibus eod. inquit, & in cap. ut Episcopi de consecr. dist. 5. inuitur, proprium esse existimatur; hoc enim die Apostolos sacramenti huius uirtute corroboratos fuisse, hoc die sacramentum hoc exerceri, usuque recipi cepisse paulò ante

M 2 proba-

*Bartholomaei Vgolini*

X. probauimus; quare sacrosancta Ecclesia, ne tanti facti memoria obliteraretur, hoc potissimum tempore, ut sacri Antistites confirmationem administrarent, antiquitus delegit; hodie tamen ob Christi fidelium frequentiam, ne tanto bono quis priuatus è vita decedat, ut quacunque die administraretur, eadem Ecclesia benignè concessit. X. Nomen, quod & ipsius varium, & multiplex est; quod enim principes illi, nascentisque Ecclesiae primi duces Apostoli manuum supra caput impositione sacramentum hoc conferebant, manus impositio, ut Petr. Sot. eod. lect. 1. inquit, nominatum est; quod oleo, balsamoque simul adhibito vnctione quasi quadam ex ipsis rebus facta administratur, à Græcis ducto nomine Chritina est dictum; quod denique sacramenti huius virtute confirmamur, ut Catech. eod. cap. 1., & Sot. dist. ead. quest. vn. art. 2. asserunt, confirmatio est appellatum; atqui de sacramento Confirmationis hætenus, ad sacrosanctam Eucharistiam transeamus.



48

# BARTHOLOMAEI VGOLINI


## EX MONTE SCVTULO IURISCONSULTI

### AC MISANI ARCHIPRESBYTERI

#### De Eucharistia sacramento nouæ legis Tabula.




*De causa efficiente humana Eucharistia sacramenti nouæ legis, eiusdemq; ministro; ac de ijs, quæ necessariò illi inesse debent, sibiq; cum reliquis sacramentis communia sunt, Cap. I.*




**Q**UANTA sit ipsius Dei & bonitatis, & sapientiæ magnitudo, neminem planè, qui modò rationis usum quempiam habeat, si paulò diligentius id attenderit hoc latere potest; nam ab eius sapientia nihil, quod non undique absolutum, atque perfectum sit, proficisci; bonitatem uero eiusdem, quibus semel opem tulit; eos, si minus id ipsi respuant, desertos esse minime pati facile inteliget; ac ne abeamus longius, en baptisimi aque, quibus filij Dei efficiuntur, nobis primò præscripæ; en ab eodem, cuius uirtute perfecti Christiani reddimur, confirmatio deinceps instituta; uerum, quòd, dum uitam hanc uiuimus, sicut suo corpus cibo, ita nostros, animos refici proprio, ne deficient, debilitentur uè, oportet; en tertio, non iam putrescens manna, non sub cinere decocti panes, non, quem uoremus, asatus agnus, at Christus ipsemet in Eucharistia sacramento cibis nobis preparatus, atque diuino arrificio conditus; de quo sacramento, cum iam acturi simus, eo, quem hætenus obseruauimus, ordine hic quoque seruat, primò quænam humana ipsius efficiens causa sit; quæque necessariò illi inesse debent, sibiq; cum reliquis sacramentis communia sunt, agamus; humana igitur sacramenti huius efficiens causa, uti generatim antea probauimus, Homo est; necessariò autem, quæ sibi cum reliquis sacramentis communia sunt, hæc inesse debent. Primò ut vnus, à quo conficiatur sacramentum hoc, fiet; nec, quòd sacerdotio recenter initiati vnà cum Episcopo sacra huiusmodi faciente, adfint, & missam recitant; idcirco plures esse aut debent, aut possunt; nã illud potius, uti Supplem. in uerbo Eucharistia num. 2. inquit, quò instruat, quam quòd ad Eucharistiæ consecrationem quicquã afferant, efficiat. II. Vitam hanc uiuat. III. Rationis usum habeat, ut dist. 13. art. 4. uersic. Pro declaratione Tart. asseruit. IV. Intelligat id, quò agit. V. Sacramentum hoc conficere sciat. VI. Illud idem conficere, sicuti Scot. dist. 13. quæst. 2. uersic. Ad quæstionem, & Tart. eod. inquit, possit. VII. Conficere ibidè ipsum uelit; sic. n. Scot. eod., ac Thom. ab Arg. dist. ead. quæst. 1. art. 4., concludunt. 1. Re uera. 2. Re ipsa. 3. Saltè uirtute. 4. Ita tamè ut operario hæc humana actio fiet. 5. Atque ut res diuinitus instituta. VIII. Formam necessariam ad propriam materiam accommodet; atqui de his hætenus; ad ea, quæ ipsius magis propria sunt, necessariòque iridem inesse debent, ueniamus.

De ijs,

De ijs, quae ministri huius propria magis sunt, eidemque necessario inesse debent. Cap. II.

I. AE autem ministri Eucharistiae propria magis sunt, eidemque necessario inesse quoque debent, haec habentur. Primum ut vir fiet; nam, cum sacramenti huius effectorem, ac ministrum sacerdotio praeditum esse oporteat; mulier autem non modo a sacerdotio excludatur, sed, & sacra vasa, quae ad functionem hanc adhibentur, ne contrectet; & ministro sacra haec facienti ne inseruiat; ad altare denique ne accedat, prohibeat, ut in cap. sanctimonialis cum seq. dist. 23., & in cap. peruenit de consecr. dist. 2., dicitur; planè, quin virum hunc esse oporteat, sicut Ambr. Spier. serm. 45. confid. 1. conclus. prima inquit, dubitari non potest. II. Baptisimum susceperit; etenim, si sacramenti huius minister sacerdos ut fiet, necesse est; qui baptismum non suscepit, sicuti alterius sacramenti, ita sacerdoti, quod in cap. si quis per ignorantiam prima quaest. prima, & in tit. de Presbyt. non bapt. min.; habetur, capax esse nequit. III. Sacerdos fiet; Vna verò, Romanus Pontifex in cap. 1. de summ. Trinit., & fide Cath. inquit, est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur; in qua idem ipse Sacerdos est, & sacrificium Iesus Christus; cuius corpus, & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguine potestate diuina; cum ad perficiendum mysterium vnitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro; & hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum clauas Ecclesiae, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus Iesus Christus. Haec ibi summus Pontifex; idem in cap. perlectis in §. ad Praesbyterum 25. dist. probatur, atque à Thom. quaest. 82. art. primò in 3. par., & à Scot. dist. 13. quaest. 1. art. 1. conclus. prima, & à Scot. dist. ead. quaest. 2., itemque à Bon. dist. ead. quaest. 2. art. primò, ac denique ab vniuersis diuinarum rerum scriptoribus asseritur; quare, qui Sacerdos non est, si id conetur, & nihil faciet, & grauius peccabit: verum de his, quae ministro huic necessario insunt, satis dictum sit, ad ea, quae eidem inesse, non tamen necessario, debent, communiaque sibi cum reliquis sacramentis sunt, veniamus.

De ijs, quae causa efficienti humanae sacramenti Eucharistiae inesse, quamuis non necessario debent, sibi quoque cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, Cap. III.

I. A vero, quae Eucharistiae effectori, ac ministro cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, eidemque inesse, quamuis non necessario, debent, haec habentur. Primum ne mortiferi peccati culpa sciens pollutus sit; etenim, cum is peccata, quibus constringitur, mortifera si quae sint, confiteri debeat, ut paulò post probabimus; planè, quin eadem ipsum detestari oporteat, non est, cur dubitemus. II. Ne censura Ecclesiastica irretitus sit. I. Non igitur excommunicatione obligati conficere debent; nam maiori quidem excommunicatione constricti, ne quid huiusmodi agant, ut in cap. fraternitati, & in cap. Apostolica cum sequè. de Cler. excomm. min. habetur, & Scot. dist. 13. quaest. 2. verè. Restat ergo hic praecise videre, & Thom. quaest. 82. art. 7. in 3. par., & dist. 13. quaest. 1. art. 3. lib. 4., & Scot. dist. ead. quaest. 1. art. 7., & Tart. dist. 13. art. 4. & Gloss. in cap. 3. de Cler. excomm. min., concludunt, prohibentur; & si id conentur, quamuis sacramentum conficiant, ut citati auctores ibidem inquit-

inquit; mortiferè tamen [ nisi poenam hanc inflictam sibi esse probabiliter ignorent ] de eorumdem auctorem sententia peccant, irregularesque sunt; minori verò excommunicatione irretit, et si irregularitatis poenam effugiunt, grauius tamen & ipsi offendunt; Si celebrat, inquit nanque summus Pontifex in cap. fin. de Cler. excomm. min., minori excommunicatione ligatus licet grauius peccet, nullius tamen notam irregularitatis incurrit; haec ibi Romanus Pontifex. 2. Non etiam ij, quibus, ne functionem hanc execeant, interdictum est, conficere Eucharistiam legitime queunt; Clerici autem, in cap. 3. de Cler. excomm. min. dicitur, si qui à suis; aut etiam de mandato Romani Pontificis ab alienis Episcopis interdicti, vel excommunicati ante absolutionem diuina officia celebrauerint, nisi moniti sine dilatione deserint, perpetuae depositionis sententia pro auctantate temeritatis incurrant. Haec ibi summus Pontifex; vel igitur speciatim à functione hac remoti; vel simpliciter interdicto subiecti, uti Nau. in Man. cap. 27. num. 171. inquit; vel re alia, quae functionem hanc antecedit, ne in Ecclesiam scilicet exempli gratia ingrediantur, priuati sint, ut in cap. is, cui de sent. excomm. in 6., habetur, & Nau. eod. cap. num. 170. in fine docet; eisdem poenis, si contrafaciant, quibus maiori excommunicatione irretitos plecti asseruimus, & Bacch. dist. 10. quaest. prima versic. Sed nunquid Haeretici, inquit, & hi plectuntur. 3. Non denique à sacerdoti, munere, ab eo ve, quod cum sacerdotio ita cohaeret, ut eo praetermissio grauius offendant; suspensi [ peccati culpam irregularitatisque poenam, ut in cap. Apostolica, & in cap. 2. de Cler. excomm. min. notatur, & Scot. ead. quaest., & Tart. d. ead. art. 4. in 2. membro versic. Quarta est suspensio, & Nau. eod. cap. num. 151. inquit; & in cap. 1. de sent.; & re lud. & in cap. primò de sent. excomm. in 6. ], habetur, si effugere velint; ut consecrent, permillum sibi esse intelligant; quare Cauent Ecclesiae Prelati, & iudices vniuersi, dicitur enim in citato cap. 1. de sent. excomm., ne praedictam poenam suspensionis incurrant; quoniam, si contingerit eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut prius, irregularitatem non effugient. Haec ibi Romanus Pontifex; censura igitur ecclesiastica sacramenti huius effectori irretitus esse non debet. III. Ut eius finis gratia, cuius instituta est, Eucharistiam conficiat, eamve administret; non igitur, quo eam vendat, aliasve ipsa abutatur, illam aut consecret, aut consecratam distribuat; Nullus Episcopus, aut Praesbyter, aut Diaconus, qui sacram dispensat communionem, in cap. nullus prima quaest. dicitur, à percipiente gratiam communionis aliquod praetium exigat; neque enim venditur gratia; neque pro praetio gratiam Spiritus sancti damus; sed dignis muneribus sine defraudatione participare concedimus; si quis verò eorum; qui connumerantur in Clero ab eo, qui sacram communicationem dispensat, aliquod praetium exegerit, deponatur; sicut imitator simoniace fraudis. Haec ibi sancta Syn. docuit, quae in cap. sufficit de consecr. dist. 1. itidem probantur; propositum igitur hoc habeat. 1. Re ipsa, atque actu. 2. Libens id quoque velit. IV. Ca- 1. 2. rimonias, de quibus postea agemus, adhibeat. V. Ut eam, cui Eucharistiam confert, sub- 4. ius, iurisdictionemque suam propriam, ab aliove sibi mandaram huiusmodi habeat; 5. neque iniuria; nam, si à sacrosancto hoc Sacramento ultra praescriptam ab Ecclesia dif- em sine proprii Parochi permillu se abstinere quis non potest, ut in cap. omnis de poenit. dicitur; merito, si suscipere illud velit, ab eodem ut id recipiat argumento l. fin. §. fin. ff. de leg. 3., æquum est; quare, qui contrarium conetur, vniuersi quidem grauius offendunt; religiosi verò & excommunicationis poena statim illaqueantur; quae poena, si extremam v- tionem, itidemque matrimonium administrent plectuntur; Religiosi, dicitur enim in Clem. prima de priuileg., qui Clericis, aut laicis sacramentum vntionis extremae, vel Eu- charistiae ministrare, matrimonium solemnizare, non habita super his Parochialis praesby- teri licentia speciali, &c. excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, per sedem Apostolicam duntaxat absoluedi; quos etiam locorum ordinarij, postquam de hoc eis constiterit, excommunicatos facient publicè nuntari, donec de absolutione ipsorum eis fuerit facta fides, nullo religiosi eidem super hoc exemptionis, vel alio priuilegio suf- fragante. Haec ibi Romanus Pontifex; in sacramenta igitur administranda ijs, quorum Parochus non est, ne se interponat. VI. Ne ei, quem in mortifero peccato perseverare certo scit, Eucharistiam administret. VII. Ne illi, qui grauatè eam suscipit, Eucharistia distribuat. VIII. Ne ei denique, qui rationis vsum non habet, cibumque hunc à comuni 7. N 8. dicer-

discernere non potest; Eucharistiam præbeat; nam, cum is eibus fiet, quem è sinu summi Dei protectum sanctissima virginum virgo in terrarum orbem hunc edidit, quæque modò in Coelis diuinæ illæ mentes summa veneratione colunt; cuius denique incredibili suauitate eadem perfruntur; planè quin piè, sanctèque suscipiatur, dubitandum non est; at, qui rationis vsu carent, quam pietatem, religionemvè ad eius susceptionem adhibere possunt? præterea Accipite, & comedite, sacramentum hoc Apostolis distributurus Christus dominus eis dixit, Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, Apostolus deinceps nos admonuit; at, qui minimè sapiunt; quiq; in agendo ratione nulla vtuntur, in illis hæc desiderari quis non videt? rationis vsu igitur non habentibus, vt dist. 8. quæst. 5. art. 4. Thom., & dist. 12. quæst. prima art. 9. in fine, Thom. ab Arg., & Syl. eod. 3. num. 7., nouissimeq; Cat. eod. cap. A quibus sumendum; asserunt; atque idcirco pueris, vt citati autores eod. lect. 8., & Ambr. Spier. serm. 44. confid. 2. conclus. 2. inquit; quod & ipsius susceptione, vt in sess. 21. eod. cap. 4. Trid. Syn. declarauit, non obligantur; sacramentum hoc non conferremus; non etiam furiosis natura; quod puerorum per similes sunt, de eorundem autorum sententia, vel in extremo eorum vitæ spiritu Eucharistiam administrabimus: sicut tamen corporis eibus ab ipsis susceptus eis prodest; ita animæ sanctissimus hic eibus, si eisdem tribuatur, non necebit; vt enim vniuersos sacramenti huius fructus ab hisce percipi non concedimus; sic eos, qui per se Eucharistia fructus sunt, ab illis capi cum Ioseph. Ang. quæst. secunda eodem. De suscipientibus, articulo septimo in prima difficultate [nam & pleaque alia sacramenta eis administrata valent] existimamus; ac sanè, quid illis inest, quod hoc fructus eis auferat? quid, quod eiusdem sacramenti virtute eosdem priuet; salutaribus baptismi aquis abluti sunt; quod rationis vsu nunquam habuerunt; alicuius sceleris argui, turpitudinevè alia notari, quæ in primis tanto sacramento indignos nos faciunt, omnino nequeunt; quare pueris quibusdam in locis Eucharistiam administrari olim consueuisse Triden. Syn. eodem capitulo recenset, neque tunc damnandam consuetudinem, antiquitatemvè fuisse docet; & amentibus, modò antequam in insaniam inciderint, piam, & religiosam animi voluntatem prætulerint; in fine vitæ tantum, si in furore perseuerauerint [modò indignitas nulla pertimescatur] administrandam nunc etiam esse iure cautum est; Is dicitur enim in cap. is, qui 26. quæst. 6. qui infirmitate poenitentiam patit, si casu, dum ad eum inuitatus sacerdos venit, oppressus infirmitate obtulerit; vel in frenesim conuersus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt & accipiat poenitentiam; & si continuè creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem; & infundatur ori eius Eucharistia. Hæc ibi Carthagin. Syn. eadem in capitulo qui recedunt eadem quæst. habentur, & Cat. eodem capitulo, si casus is accidat, faciendum esse, & Ioann. Nid. eodem capitulo 12. in littera C; & Thom. ab Argen. dist. 9. quæst. prima articulo 4. in tertia parte consulunt; qui rationis ergo vsu carent, eo casu, quem proximè recensuimus, excepto, ijs Eucharistiam ne administret; atqui ad ea, quæ eidem ministro inesse, quamuis non necessariò debent, propria sacramenti huius sunt, primumq; ad ea, quæ antequam ad sacramentum conficiendum requiruntur, veniat, iam transeamus.

De

De ijs, quæ, antequam ad Eucharistiam conficiendam veniat; eisdem efficienti causæ inesse, quamuis non necessariò, debent, propriaq; illius magis sunt. Cap. IV.



NE SSE verò efficienti causæ, quamuis non necessariò, antequam ad Eucharistiam conficiendam veniat, quæ propria magis illius sunt, hæc debent. Primum, quod in tit. de eo, qui ord. fur. fusc., & in tit. de Cler. per salt. prom., & in tit. de temp. ord., & in tit. de ætat., & qual., & in capit. 2. de sim., probatur, vt minister hic ritè, atque vti decet, sacerdotium habuerit; etenim etsi, modò sacerdos fiet, consecrando conficit; mortife è tamè peccat, & vt in commentario de ordine agemus; quod à sacerdotij functione citatis iuribus is, qui legitime ordinem non suscepit, suspensus est, irregularis efficitur. II. Ne; quod in cap. 2. de Cler. excomm. min. habetur, & à Thom. q. 82. art. 8. in 3. par., & dist. 13. quæst. 1. art. 4. lib. 4. itemq; à Sor. dist. ead. quæst. 1. art. 8.; & à Tart. dist. ead. art. 4. in secundo membro, asseritur; è gradu sacerdotij deiectus, atque re ipsa, quod aiunt, degradatus sit; ac plane; si is, qui suspensus tantum ad tempus est, iure sacramentum hoc conficere non potest; quanto minus hic, qui sacerdotij muneribus, dignitate, privilegijs omnibus spoliatus est, conficere non debet? hinc fit, vt etiam si cõfecret, quemadmodum Bacch. dist. 10. quæst. 1., & Thom. ad Arg. dist. 13. quæst. prima art. 2. inquit; irregularis Scoti testimonio dist. ead. quæst. 2. versic. Poena autem ministrantis, efficiatur, ac graue scelus in se suscipiat. III. Ne ab eiusdem sacerdotij functione eiectus, eamè priuatus, vel, vt appellant depositus fiet; Si quis dicitur nanque in cap. 1. de Cler. excomm. minist., Episcopus, Presbyter, vel Diaconus; depositus in se pro certis criminibus ausus fuerit atrectare ministerium sibi dudum commissum; hic ab Ecclesia abscindatur. Hæc ibi summus Pontifex; quare, etsi hic, si id conetur, conficit; de eorundem tamen autorù, quos proximè citauimus, sententia mortiferi peccati culpa polluitur, atque irregularitatis poena plectitur. IV. Ne irregularis, vt in capit. litteris, & in cap. communiter cum tribus seq., & in cap. maritum dist. 33., & in cap. de rectoribus, cum seq. de Cler. excomm. minist. habetur, atque Bacch. d. 3. quæst. 1. inquit, factus fiet; hic etenim, etsi itidem cõsecrat, eisdem tamen poenis afficitur. V. Si quo exitiali peccato contaminatum se esse videat, illud poenitentia sacramento expiet, atque confiteatur; nã, quod ab eo Eucharistia suscipi debet, sicuti probabimus, qui mortiferi peccati culpa se pollutum esse intelligit, quemadmodum Syl. in verbo Missa 2. num. 3.; & Tab. in verbo Communicare num. 34., & Cat. eod. cap. De præparatione inquit, ac Trid. Syn. eod. cap. septimo sess. 13. nouissime declarauit, ante ipsius susceptionem illud expiassè omnino confessione necesse est; Communicare volenti, inquit enim sancta Syn., reuocandum est in memoriam eius præceptum Probet se ipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse; vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quantum vis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacramentum Eucharistiam accedere debeat; quod à Christianis omnibus, etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuò seruandam esse decreuit; modò non desit illis copia confessoris: quod si, necessitate urgente, Sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quamprimum confiteatur. Hæc ibi sancta Syn.; non igitur contritio, non peccatorum, ac scelerum detestatio sufficit, verum cõfessio quoque necessaria est; quare, qui contrarium, vel disputando assereret, eadem Synodus eod. can. 11. eum anathemate damnauit; Et ne tantum sacramentum, ait enim ipsa ibi, indignè, atque ideo in mortem, & condemnationem sumatur; statuit, atque decreuit ipsa sancta Syn. illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam se contritos existimant, habita copia confessoris, necessariò præmittendam esse confessionem sacramentalem; si quis autem contrarium docere prædicare, vel pertinaciter

citer asserere, seu publicè disputando defendere praesumpserit, eo ipso excommunicatur existat. Hac Trid. Syn.; confiteri ergo pius sua peccata minister hic debet; si tamen, cum Parochi munus hic exerceat, aut dies festus, quò Christi fideles his sacris interesse debent, fiet; aut cuiuspiam suorum Eucharistiam, quam asseruatam non habet, administrare ipsum oporteat; aut, ne quid offensionis, si tunc ab eo functio hæc prætermittatur, ubi subiecto populo fiat, vereatur; tunc, si cui peccata confessione patefaciat, facultas sibi non detur, vti sancta Syn. excepisse videtur, ac Thom. ab Arg. dist. 9. q. 1. art. 3., & Ioseph. Angl. eod. quaest. 2. art. 4. in 3. difficultat propositione 2. declarant, eadem detestatus, tutò, ac legitime consecrabit. VI. Eadem ratione; quò scilicet Eucharistiam à se consecratam suscipere ipsum oportet, ieiunus quoque fiet, vt in cap. liquidò de consecr. dist. 2., & in cap. sacramentum altaris dist. 1., & in cap. nihil contra 7. q. 1., & in cap. ex parte de celeb. n. iss., habetur; & vti Scot. d. 8. q. 3., & Thom. q. 80. art. 8. in 3. par., & Sot. d. 12. q. 1. art. 8., & Nau. in Man. in cap. 25. num. 75., & Cat. eod. cap. de preparatione concludunt, ieiunus quoque fiet; ac sane non intemperantis est, ad sacrosanctum hoc mysterium peragendum, diuinumque cibum capiendum venientem Christo domino, qui se illi in eo cibum præbet, priores partes, principemque locum apud se concedere nolle: nõ inconsiderati, ne dicam impudentis, cibo, vinoque se prius eum quis expleat, ad id sacrum, vbi vel ne eructes sepius; vel ne cibum eum sanctissimum modò sumptum inter frustra vinum adhuc redolentia, quandoque euomas, periculum est, accedere conari? hic igitur, quemadmodum Cat. eod. & Bacch. d. 3. q. 2. sentiunt, post mediã noctem, si mane sacramentum hoc confecturus sit; vel post solis occasum [quò tempus hoc ab altero declaretur] si media nocte, vt Christi natali die sit, consecret; hic inquam [Romano Pontifice, eoque qui ab eodem licentiam hanc impetrauit, exceptis, vti Ioseph. Angl. eod. art. 6. conclus. prima in 1. difficul. per cap. proposuit de concess. præb., docuit, nihil omnino, vel cibi, vel potionis, vel medicina; alteriusve rationis gratia ore capisse de Scot., & Cat., & Sot., & Thom. sententia, atque Arg. dist. 8. q. 1. concl. 3. testimonio debet: verum, sicut Romanum Pontificem, atque eum, qui facultatem hanc ab eo obtinuit, excipimus; ita vel incuius stomachum iputum, aliudve, quod inter dentes reliquum fuerat, illabitur [quòd ieiunum hunc esse Bacch. d. 6. q. 2. art. 2., & Thom. ab Arg. d. 8. q. 1. art. 3., & Tab. in verbo Communicare num. 49. sentiunt, alias enim ieiunum quem esse raro cõtingeret;] vel, qui, vbi sacri iam hoc facit, ieiunum se non esse animaduertit, quò minus scilicet, imperitis præcipue, qui illic praesentes ad sunt, aliquid de se suspicandi, si tunc sacrum hoc nõ perficiat; ania detur, sacrificiumve hoc inchoatũ ne deseratur; hos, inquam, excludimus, atque eisdem tutò conficere posse [posteriorem modò culpa; si qua adesset, poeniteat] citatis autoribus existimamus; quare Christi corpore sumpro, si me sanguinẽ eiusdem hauriurum credens, aquam, liquoremve alium bibero; nihilominus tamen, quò Christi passionis memoria, in qua sanguis à corpore separatus est, perfectius renouetur; vinum sumptum, ijsque verbis Offerimus tibi domine &c. simulque forma super illud prolatis; vel propria forma saltẽm adhibita consecratũ non ieiunus bibam; sicuti tenuissimas corporis reliquias, ac fragmenta, vel etiam magnas, si, vbi commode asseruentur, non fiet, vti Scot. eod. asseruit, capiam. VII. Prius denique matutinas, quatuorque horarum præces recitauerit; etsi enim, qui eas intermisit, mortiferè minus is peccat, vti d. 3. quaest. 2. art. 2. in fine Sot. ait; quòd scilicet neque iure villo id præcipitur, neque eorum, quæ ad sacramentum hoc conficiendum pertinet, partes sunt; quia tamen diuinis his laudibus Dei summa erga nos promerita celebrantur; Christi domini passionis, quam in sacramenti huius confectioe agimus, memoria renouatur; earum denique recitatione præcum incensã maiori pietate ad sacrosanctum hoc mysterium conficiendum accedimus; his de causis; quòd frugiferum; atque fructuosum est, eas prius recitasse eum decet: verum de his hæc enus; ad ea, quæ eidem sacramentum hoc iam facturo inesse debent, quæuis non necessariò, propria tamen ipsius itidem sunt, transeamus.

De

De ijs, quæ eidem ministro sacramentum hoc iam facturo inesse, quamuis non necessariò debent, propriaque itidem ipsius sunt, Cap. V.

**NE SSE** quoque, non tamen necessariò, eidem ministro sacramentum ipsum iam facturo, quæ propria ipsius itidem sunt, hæc debent. Primum, I. ut vestibus his exornetur, scilicet ut velo, quò amictus nominatur, caput obuoluat; tunica ad talos vsque dimissa circumdetur; cingulo medius constringatur; ad leuam manipulus, qui dicitur, anectatur; stola ipsius collo imposta; antequam pectus ducta extrema pars, quæ laeuam attingit, ad dextram; quæ vero dextram, supra priorem ad leuam accommodata, cinguli que eiusdem adminiculo alligare pendeant; quæ denique omnia hæc concludantur, castulam, quam appellant, postremam addat; sic nanque Scot. dist. 13. q. 2. vers. Secundum, & Sot. dist. eadem q. 2. art. quarto, & Syluest. in verbo Missa num. secundo, & Tab. eod. num. 10., & Nauar. in Man. cap. 25. inquirunt; sic inueterata Ecclesiæ consuetudine seruetur; etenim his rebus, uti Sot. eod. in primis declarat, quæ Christus passus est iam moriturus, cõuicia, irrisiones, vincula, cruciatus significantur; ac sanè cui nostrum, cum sacerdotem medium cingulo eo circumdatum intueretur, Christus Dominus in horto vinculis constrictus, simulque miserandus non occurrat? cuius ob oculos tunica eundem alba indutum eum cernat, idem irrisus, contemptusque magna cum admiratione, magnoque animi cum dolore non versatur? quis præterea, si eundem ministrum uelo illo caput obuoluetem, si manipulum ad eius leuam pendentem spectet, in his Dei filium pro nobis ridiculum factum, nunc colaphis à sacra lege impiorum manu percussum, nunc ad columnam verberibus perustum, contemplans lacrimarum flumina nõ effundat? non peccata, quæ illum sic affecerunt, detestetur? quid denique faciat, si stola, si castula illa eundem Christum, dum ad mortem traheretur, graueque crucis onus ceruice subiecta gestaret, significari intelligat? hæc igitur mysteria [ut, quæ ad mores spectant, prætereant; de quibus citati autores eisdem in locis, ac Sot. in primis disserunt] quæ & Christi mortem, cuius memoria in hoc sacramento conficiendo renouatur, referunt; quæque ad pietatem nos inflammant, rei dignitatem ob oculos ponunt, atque à vitijs denique nos auocant, hæc, inquam, mysteria, hisce vestibus significantur; quare, si à quopiã non obliuione, incuria uel sed consultò horum aliquid prætermittatur, mortiferè peccat, uti Sot. ibidem asseruit; 1. Sacris; ita nanque à citatis autoribus comprobatur, & in cap. vestimenta de consec. dist. prima habetur; Vestimenta ecclesiæ, dicitur enim ibi, in quibus domino ministratur, & sacra debent esse, & honesta; quibus alijs vibus non debent frui, quam ecclesiasticis. Hæc Stephan. antistes. 2. Eisdemque expolitis, atque honestis. II. In aede in solo inædificata sacramentum hoc conficiat; quare in nauis, quæ uel medio mari sustineatur, vel in ipso portu collocata fiet [quòd aut aquæ mobilitate, aut vëtorum agitatione Christi sanguis effundi, ipsius uel corpus exturbari possit] vti Nauar. eod. num. 82. in manual. cap. 27., & Sylu. in verbo Missa primo num. 5. vers. Secundo quaritur, inquirunt, sacramentum hoc fieri [quæcunque necessitas adsit] prohibetur. 1. Vti Thom. dist. 13. q. 2. artic. 5., ac Sot. d. ead. q. 2. art. 3. in responsione ad primum argumentum, itemque Sylu. in verbo Missa inquirunt, circumseptæ, tectoque cooperta; non enim sub dio sacrosanctũ hoc mysterium celebrari decet; tum quòd Christum dominum, quo magistro vti debemus, argumento cap. exemplum 12. q. prima, & cap. super literis de recriptis, in aede sacramentum hoc instituisse, ac illud discipulis distribuisse memorie proditum est; tum quòd vltro, citroque comitantium strepitu ministri interpellarentur; sacrosancto huic mysterio, quem par est haberi, honos non haberetur; hanc denique functionem repentinè ventorum motus, subitiquæ imbres perturbarent; si tamen necessitas adsit, tunc planè sancta Syn. odi permisso, ut in cap. concedimus de cõsecr. d. prima habetur, id poterit; Concedimus etiam, dicitur ibi, ut scubi, quòd peccatis nostris exigebus per plurimum factum est, à Normanis, & iclanis, ab ungaris, & à malis christianis, seu aliquo qualicunque modo ecclesiæ

ecclesiae fuerint incensa, & combusta; in capellis cum tabula consecrata missas interim celebrari permittimus, donec ecclesia ipse restaurari queat, in tempore vero positus; si ecclesia defuerit, subdio, seu in tentorijs, item si tabula altaris consecrata, ceteraque sacra ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint, missarum solemniter celebrari concedimus. Hæc ibi sancta Synod. inquit; atque Scot. eod. artic. 3. in primo argumento declarat. 2. Sacrata; sic enim in cap. sicut de consecr. d. prima dicitur; Sicut non alij, quam sacra-  
 2. crati Deo sacerdotes debent missas celebrare, nec sacrificium super altare offerre; inquit nanque scilicet episcopus; sic non alijs, quam in domino consecratis locis, id est in tabernaculis diuinis præcibus à Pontificibus delibutis missas cantare, aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas; satius est ergo missam non cantare, aut non audire, quam in his locis, ubi fieri non oportet; nisi pro summa necessitate contingat; quoniam necessitas legem non habet; unde scriptum est; Vide, ne offeras holocausta tua in omnino loco, quem videris; sed in omni loco, quem elegerit dominus Deus tuus. Hæc ibi habentur, idem in quatuor sequentibus cap., & in cap. 1. cum sequent. ead. d. probatur; atque Thom. q. 83. art. 3. in 3. parte; & d. 13. q. 2. art. 5.; & Scot. d. ead. art. 3. q. 2. versic. Sed esto congruum, itemque Scot. d. ead. q. 2. vers. Sequitur secundum principale, asserunt; notissimeque Trid. Synod. sess. 22. in cap. de obseruandis; & vitandis in celebr. miss. præcepit; Ne ue patiantur, aut ibi sancta Synod., priuatis in domibus extra ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem ordinarijs designanda, & visitanda sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut regularibus quibuscunque peragi. Hæc ibi Trid. Syn.; neque iniuria; etenim cum nihil hoc sanctius, nihil diuinitus ab homine effici queat; merito nihil, quod non summam redoleat sanctitatem; nihil quod non pietatem præferat; nihil denique, quod religionis plenum non sit, ad functionem hanc, vt Trid. Syn. ibidem notauit, asserri debet; non idcirco tamen ijs Synodi verbis citatum cap. sicut, abrogatum existimemus; nam, ut in l. de curionibus C. de silent. lib. 12., & ibi Glos., & in Auth. de hæred. ab intest. in princip. in verbo Vocantibus, & Bart., ac reliqui iuris interpretes in l. sciendum ff. de testif., ac las. in l. postquam num. 15. C. de pactis, concludunt; generalibus verbis, generalibusque legibus præcipua iura, nisi eorum speciatim mentio fiat, non tolluntur; quare, quod in citato cap. sicut habetur; si necessitas postulare, & in locis non sacris, vt Nauar. in man. c. 25. nu. 82. cõprobauit, sacrum hoc fieri tutò posset.  
 3. 4. 3. Ob eas rationes, quas proximè reddidimus expolita. 4. Non homicidij iniusta læsio, nõ hominum sanguinis iniuriosa, ac graui, eorundemvè seminis voluntaria effusione polluta; si quis enim, qui in ecclesia sit, ab eo, qui extra, intrare ad eam esset, ijs affectus verberibus fiet, aut vulneribus; ut ibi, forisvè, aut moriatur, aut sanguinem plurimum profundat; si quis itidem homo voluntarium semen ibidem emisserit; hæcque sciantur, sacrum hoc ibi fieri non licet; ac, si fiat ab eo, qui id non ignoret, ut in cap. is, qui de sententia excommunic. habetur in sexto, atque Glos. in cap. vn. de consecra. ecclesiar., vel altar., itemque Nauar. in manual. cap. 27. num. 251. cum sequenti inquit, mortiferè peccatur. 5. Ecclesiastica censura; quæ interdicti nominatur, non subiecta; nam, præterquam quod mortifero peccato obligantur ij, qui functionem hanc ibi exercent, irregulares, ut in citato cap. is qui in §. final., & in cap. tanta de excess. præl., dicitur, ac Tart. d. 13. q. 2. in secundo membro, & Scot. d. ead. q. 2. artic. secundo, itemque Bacch. d. 10. q. 2. artic. 4. concludunt; irregulares, inquam, statim fiunt; per cap. episcoporum de priuileg. in 6. eisdem in ecclesiam aditus occlusus est; ac denique clerici beneficijs, quæ habent, priuatur; monachi verò in arctius monasterium detruduntur. 6. In loco, qui eidem interdicto, subiectus nõ fiet, collocata; etsi enim sacrum hoc fieri potest; clausis tamen ianuis, voce submissa campanis non pulsatis id iure tantum permittitur; Adijcimus præterea, inquit Romanus Pontifex in cap. fin. de sentent. excommunic. in 6., quod singulis diebus in ecclesijs, & monasterijs [scilicet, quæ in loco interdicto sita sunt, vt ibi Glos. sensit, atq; interpretata est] missæ celebrentur; & alia dicantur diuina officia, sicut prius, submissa tamen voce, & ianuis clausis, excommunicatis, ac interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. III. Super aram lapide extructam; Altaria, ut in cap. 30. de consecr. d. 1. habetur, si non fuerint lapidea, chrisimatis vnctione non consecrentur; etenim, sicuti d. 13. q. 2. art. 5., & q. 83. art. 3. in 3. par. Thom. ait; cum lapidum inquisitio non difficilis est; facileque ij non franguntur,

guntur, tum illis Christus, qui petra, lapisque nominatur, eiusdemque sepulcrum in materia huiusmodi incisum significantur. 1. Paululum in altum editam, commodius quippe, honestiusque sacrosanctum hoc mysterium peragitur, atque in altum elata crucis, cui Christus affixus est; unde crucem aram appellatam fuisse d. 13. q. 2. artic. 3. versic. Quid si templum, Scot. recensuit, imago quedam præfertur. 2. Sacram, vt in cap. altaria ead. dist. habetur; Altaria dicitur enim ibi, placuit non solum vnctione Chrsimatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari; idem in cap. concedimus ead. d., & in tot. tit. de consecr. ecclesiar., vel altaris habetur; ac Thom. eod. art. 5., & Scot. d. ead. q. 2. vers. Sequitur secundum principale, asserunt; etenim nihil huc, quod non magnam redoleat sanctitatem; vt iam diximus, asserri debet. 3. Pannis denique ijs, de quibus Syluest., ac Tab., itemque Scot. inquit, tribus exornatam; hodie autem lapis, qui, quocumque deferatur, quique portatile altare vulgò nominatur, consecrari consuevit. IV. Corporali, palaque adhibitis; sicut enim illo Christi corpus; unde nomen etiam sibi vindicauit, collocatur, sic hac calix ipse tegitur. 1. Lino textis. 2. Albo colore præditis, hic enim color sacramenti huius puritati conuenit; hic qua munditia, animique integritate sacramentum hoc consecrari, susceptorivè esse debeant, admonet; eodem linteum, quo mortuum Christi corpus obuolutum est, significatur. 3. Ab episcopo consecratis; Consultò omnium statimur, dicitur nanque in cap. consultò de consecr. d. 4., vt sacrificium altaris nõ in serico panno, aut in tincto quiquam celebrare missam præsumat; sed in puro lineo, vel linteo ab episcopo consecrato, terreno (scilicet lino procreato, atque contexto; sicut corpus domini nostri Iesu Christi in syndone lineæ munda sepultum fuit. hæc ibi habentur, eadem Thom. eod. art. 5., & quæst. 83. artic. 3., ac Scot. d. 13. q. 2. art. 3. versic. Septimo arguitur, inquit. V. Calice, patenaque adhibitis; ut nanque mittam calicem eiusdem Christi sepulcri, patenam eiusdem operculi specimen quoddam, quemadmodum Thom. ead. d. q. 2. art. 5., & q. ead. art. 3., ac Scot. ead. q. 2. art. 3. in responsione ad sextum argumentum aiunt præferre; sicuti priore vinum, posteriore verò panis consecranda Deo offeruntur; ita eisdem species illæ consecrate contrectantur. 1. Aut ex auro, aut ex argento, aut ex stano, aut ex ferre; Vt calix domini cum patena, dicitur enim in cap. vt calix de consecr. dist. ead.; si non ex auro; omnino tamen ex argento fiat; si quis autem tam pauper est, saltem uel stanneum calicem habeat; de are, aut ex auricalco non fiat calix; quia ob vini virtutem eruginem facit, pariterque vomitum pronocat; nullus autem in ligno, aut vitreo calice præsumat missam cantare. Hæc ibi sancta Synod. neque iniuria; quandoquidem si ex ligno constaret, vinum, sanguinemvè imbiberet; si ex vitro facillimè frangeretur, ut mittam, si ex lapide constaret, ineptum, atque tanto indignum manerè futurum, eadem in cap. vasa in quibus ead. d., & in cap. fin. de celeb. miss. habentur; atque à Thom. ead. d. 13. q. 2. art. 5., & q. 83. artic. 3. in 3. parte, itemque à Scot. eod. vers. Sequitur secundum, & Syl. in verbo Calix, declarantur. 2. De eorundem, quos citauimus, sententia, itidem sacris; quare, si contra fiat, vasisque alijs in functione hac vteretur, præter mortiferi peccati culpam, Romanum Pontificem semper excipio, sui antistitis arbitrio puniretur. VI. Luminibus accensis; sic enim in cap. sanè, & in cap. fin. de celeb. miss. habetur; sic quodque Scot. dist. 13. q. 2. art. 4. declarauit; ea nanque re & Christus, qui æternæ lucis candor est, significatur; eadè & populi pietas, ac fides, non nihil augetur; atque inflammatur. VII. Vno saltem præsentè sacrum hoc faciat; uti Host. de consecra. ecclesiar. vel altaris num. 16., ac consuetudine seruari Petr. Scot. eod. de cõmunijs mit. lect. 15., & Scot. d. 13. q. 2. artic. 5. vers. Nona denique cõmunijs, restantur; non igitur sacerdos solus [nisi huius rei licentiam habeat] sacramentum hoc conficiat; ac plane, cum ad Christi fideles ora, vultumque sapius sacerdotes huic rei operam dantes conuertant; cum idem sapius à Deo verbis hinc, Dominus vobiscum, salutem, à Deo eis optent; illis verò Orate fratres, ut præcibus operam det; eosdem admoneant; plane, inquam, si locus, ubi sacrum hoc fit, vacuus si nemo præsens adsit; quis hæc partim incommodè agi, partim frustra fieri non videt? 1. Vno, igitur saltem præsentè [nam cap. hoc quoque de consecr. d. 1. usum non seruatur] sacramentum hoc conficiat, qui, si sacerdoti inseruiat, ut vir, ac nõ mulier fiet opus est, Prohibendus quoque est, dicitur enim in cap. inhiendum de cohab. cler., & mul.; ut nulla foemina ad altare præsumat accedere; aut presbytero ministrare; aut intra cancellos stare, siue sedere; idem in cap.

- 2. in cap. sacras d. 23. comprobatur. 2. Non excommunicato; nam huiuscemodi hominibus presentibus, ut in cap. is, qui, & in cap. fin. de sentent. excomm., & in cap. Episcoporum de priuil. in 6. habetur, modò in ecclesiam aditum sibi non oclusum iri, mortiferumque peccatum in se suscipere nolit, sacrum hoc facere non debet; quòd tamen per extrauag. Ad euitanda ij tantum, qui nominatim, uel ita ut celari nequeat, censura hac irretiti sunt, vitari debet, ob eam rem alijs presentibus sacrum hoc, uel incipere possumus; canone verò cepto, & his etiam si admoniti abire nolint, perficere debemus. 3. Interdicto nominatim, atque eo modo, quo excommunicatos excludi asseruimus, non obligato; etenim & eadem citatis iuribus poena proposita sunt; si tamen non eorum culpa interdico obligentur, quibusdam festis diebus, & his presentibus, ut in cap. fin. de sentent. excomm. in 6. habetur, sacrum hoc fieri potest; In festiuitatibus verò Natalis Domini, Pascha, ac Pentecostes, & Assumptionis Virginis gloriosae, inquit ibi nanque Romanus Pontifex & c. campanae pulsantur, & ianuis apertis, alta voce diuina officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis; quibus ob reuerentiam dictarum solemnitarum, ut ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur, praefatis diebus participationem permittimus diuinorum; sic tamen, quòd illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent. 4. Non publicè, ac notoriè, ut Trid. Synod. sess. 22. in cap. de obseruandis in celebr. mis. decernit, criminoso; Neminem praeterea, dicitur ibi, qui publicè, & notoriè criminosis sit, aut sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittant. VIII. Apertum caput habeat, nisi infirma valetudine impediatur; Nullus Episcopus in cap. nullus de consecr. d. 1. dicitur, aut praesbyter, seu diaconus ad missarum solemnia celebranda praesumat cum baculo introire, aut uelato capite altario Dei assistere; quoniam Apostolus prohibet viros uelato capite orare in ecclesia, & si temerè praesumpserint, communionem priuantur. Hec ibi Macch. Pontifex. IX. Missali Romano, de Trid. Syn. decreto, Pij autem Quinti iussu nouissime edito in licem; nisi poenas ab eodem Pontifice propositas subire malit, utatur. X. Latina lingua, ea, quae in functione hac dicuntur, exprimat; Etsi missa, inquit enim Trid. Syn. in cap. 8. de sacrificio missae sess. 22., magnam continet populi fidelis eruditionem; non tamen expedire visum est patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur. Hec ibi sancta Syn., neque iniuria tum quòd nostrati lingua, quae ad functionem hanc pertinent, expressa non eam, quam decet, tanti mysterij maiestatem praeseferrunt; tum quòd quadam, uti Petr. Sor. de ceremoniis huius sess. 15. asserit, imperitorum aures offenderent; quare ead. Trid. Syn. sess. ead. can. 9. anathemate damnauit, qui hac vulgari, quae appellatur lingua, recitanda hac, etià asseueraret. XI. Non memoriter, sed de scripto, q. Tab. in uerbo Missa num. 10., & nu. 12. docuit, eadem recitet; quod etenim facile obliuiscimur, hac de causa, ne in re graui memoria nos deficiat, de scripto, ea recitabimus. XII. Semel in die sacramentum hoc conficiat, ut in cap. referente de celeb. mis., & in c. sufficit de consecr. d. 1. probatur; Sufficit, dicitur enim ibi, sacerdoti unam missam in die una celebrare; quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit; non modica res est unam missam facere; & ualde felix est, qui una dignè celebrare potest. Hec ibi Summus Pontifex; in Christi tamen natali die [ut reliquos catus mittam minus, quòd uiderim, uisatos, qui in citato cap. sufficit, & in cap. contuluisi de celeb. mis., & à Nauar. in manual. cap. 25. num. 87., & à Sylu. in uerbo Missa 1. num. 7. recensentur] in Christi tamen, inquam, Natali d. e., quòd in sacro hoc faciendo eius ortus memoria renouatur, qui multo antè ueteribus illis hominibus nondum lege lata per inuolucra quasi quaedam se uenturum indicauit, qui recentioribus, deinde eadem lata, clarioribus, maioribusque indicijs eius aduentum iam appropinquantem patefecit; qui denique natus maioribus nostris sole splendidior apparuit, his de causis; quòd tripertitus hic hominum status significaretur, ut media nocte primum, albente iam coelo iterum, orto denique sole tertio sacrum hoc faceremus, nobis ieiunij ecclesia concessit. XIII. Ea, quae ad sacramentum hoc conficiendum adhibentur [uti temporis ratio postulat] ne ab ecclesiae constitutionibus discedatur, adhibeat, neque enim, si martyris dies natalis agantur, virginum, aut confessorum, uti Bacch. d. 3. q. 1. art. 2. in fin. asserit, modò aliud res non postulet, agemus; uelut si bibus uel stola scilicet, manipulo, atque castula id significabimus. XIV. Quòd denique, uti Ioseph.

Ioseph. Angl. eod. artic. dist. 3. docet; Christi sanguinis effusio, eiusdemque à corpore separatio quae in ipsius morte, cuius memoria hic renouatur, declaretur; panem, & uinum, atque idcirco utranque speciem omnino consecrabit; ita enim in cap. relatum de consecr. d. secunda, & in cap. comperimus de consecr. d. ead. probatur, ita Ioseph. Angl. e., diuinarumque rerum scriptores uniuersi concludunt; quare, si pane consecrato, sacerdos morte, morbo uè impeditus uinum consecrare non poterit, alter, qui id efficiat, ut in cap. nihil contra 7. q. prima habetur, in eius locum sufficiatur: atque de ijs, quae eidem ministro sacramentum hoc iam facturo inesse decet, haec tenus; ad ea, quae ab eodem effici, sacramento confecto par est, transeamus.

De ijs, quae eidem ministro, Eucharistia effecta, quamuis non necessario, praestanda sunt, Cap. VI.



**E**FFECTO denique sacramento haec ipsi ministro praestanda, quamuis non necessario, sunt. Primum, ut Eucharistiam ipse tunc sumat; Relatum est nobis, dicitur enim cap. Relatum de consecr. d. 2., quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sanctae gratiam sumere, quot sacrificia in uno die uidentur offerre; sed, si in uno die plurima Deo offerunt sacrificia, omnibus se oblationibus à communionem suspendunt, & in sola tantum extrema sacrificij oblatione communionis sanctae gratiam sumunt, quasi non sit illis toties uero, & singulari sacrificio participandum, quoties corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi immolatio facta constiterit; nam ecce Apostolus dicit; Non ne, qui edunt hostias, participes sunt altaris? certum est, quòd ij, qui sacrificantes non edunt, rei sunt dominici sacramenti, quicumque ergo sacerdotum deinceps diuino altario sacrificium oblaturus accesserit, & se à communionem suspendent; ab ipsa, qua se indecenter priuauit, gratia communionis anno uno repulsum se nouerit; nam quale erit sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? ergo modis omnibus tenendum est, ut, quotiescunque sacrificans corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi in altario immolat, toties perceptionis corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi participem se praebeat. Haec ibi Tolet. Synod.; ne igitur mortifero peccato se obliget; ne uero sacramento, à quo uolens se abstinuit, inuitus priuetur; minister hic conficiens Eucharistiam à se consecratam [quod & in cap. comperimus ead. dist. probatur] suscipiat; quare Trident. Synod. sess. 13. cap. 8. De sanctissimo Eucharistiae sacramento In sacramentali autem sumptione, inquit, semper in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici à sacerdotibus communionem acciperent; sacerdotes autem celebrantes se ipsos communicarent, qui mos tanquam ex traditione Apostolica descendens iure, ac merito retineri debet; nullus ergo nobis hac de re, quin ita faciendum fiet, consuetudine id etiam suadente, dubitandi locus relinquatur. II. Sub utraque specie panis scilicet, ac uini sacramentum hoc capiat; ut in citato capitulo Relatum, & in capitulo comperimus eadem distinct. habetur. Comperimus autem, Gelaf. nanque Pontifex inquit, quod quidam, sumpta tantummodo corporis sacri portione, à Calice sacrati cruoris abstineant; qui proculdubio; quoniam nescio qua superstitione docentur adstringi; aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur; quia diuisio unius, eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio non potest peruenire. Haec Romanus Pontifex; idem Trident. Synod. sess. vigesima prima capitu. primo, & can. secundo De doctrina communionis sub utraque specie, & Catech. eodem cap. de ritibus comprobarunt, atque iure; nam, cum minister in functione hac Christi personam agat, qui, sicuti panem, & uinum consecrauit, ita utrunque ipse sumpsit; cumque itidem utraque species ob eam rem consecraretur, quòd eiusdem Christi passionis memoria renouetur, in qua corpus à sanguine, à corpore anima separata est; cum denique, quod & Bonauent. distinct. decima quart. secunda artic. primo par. secunda, ac Petr. Sor. eodem lectio. decima, ac Thom. ab Argent. distinct. undecima quart. secunda artic. tertio, inquirunt, sacramenti huius uel nutritio animae perfecta



perfecta fiat; his de causis, quod uniuersa hac significantur, & utranque speciem consecrandam, & consecratam utranque ministro summendam esse citati auctores asseuerarunt. II. Sumppta denique Eucharistia, reliquis, quae peragere minister debet: quod in missali Romano explicata, ac manifesta conspiciuntur, omisiss, de effectibus, ac primò de principe instituto nostro agamus.

*De effectu communi, ac principe sacramenti Eucharistia*  
Cap. VII.

**E**FFECTVS igitur Eucharistia sacramenti communis, ac princeps, uti generatim antea probauimus, Dei honor est; neque iniuria; nam si per alia sacramenta magnus ipsi habetur, per hoc sanè maximus, atque amplissimus tribuitur; qua enim magnificentiore templi exedificatione, qua splendidiore altarium constructione, qua pinguiori victima, sacrificio uè gratiore Deum colere, ac venerari possumus, quam ipsius filij, qui sacrosancto hoc sacramento continentur, oblatione? hac hostia in cruce primùm immolata hominū generi Deus reconciliatus est; hac eadem quotidie oblata nostris culpis sepius offendit idem placatur; hac denique, uti suauissimo cibo in spiritali uita ab eo nos sustentamur; quare uates ille sanctissimus tanti sacrificij amplitudinem, ac maiestatem admiratus illius oblatione se ipsi Deo gratum ostendere posse animaduertens, Quid, inquit, retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi? Calicem saluturis accipiam, & nomen Domini inuocabo, statim adiunxit: sed de effectu hoc hactenus, ad reliquos per se, itidemque communes, qui in hac uita percipiuntur, transeamus.

*De effectibus per se, ac communibus Eucharistia sacramenti, qui in hac uita percipiuntur,* Cap. VIII.

- I. **E**FFECTVS itidem per se, ac communes Eucharistia, sed minus primi, qui in hac uita percipiuntur, hi habentur. Primùm quidem gratiae praestatio; qua, sicuti cum Deo magis coniungimur; ita, quemadmodum Thom. q. 79. art. 1. in 3. p., ac Sot. d. 11. q. 2. art. 1. in responsione ad primum argumentum, itemque Pet. Sot. eod. lect. 11., inquit; nos peccatorum culpis languidiores facti spiritali quodam quasi cibo reficimur, in spiritalique uita sustentamur. II. Virtutum spei, charitatis, fideique collatio, atque auctio; uti Bon. d. 12. art. 1. q. 3. p. 2., & Ambr. Spier. serm. 42. confid. 3. cōcl. 3., & suppl. in uerbo Eucharistia 4., & Ioan. Nid. eod. c. 12. in littera C. concludunt; etenim, quod sacramenti huius susceptione perficimur; planè, cum uirtutum harum auctio ne id fiat; eisdem augeri concludendum est; quare in Exodo id praesignatum fuisse d. 23. q. 2. art. 2. uerf. Nono Thom. ab Arg. commemorauit; ibi nanque anima sacramentum hoc ea, quam decet, pietate adhibita, suscipienti sic dicitur, Similam, & mel, & oleum comedisti; & decora facta es uehementer nimis; & profecisti in regnum; & egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam. Quibus planè uerbis uirtutes has sacramenti huius susceptione tribui, atque augeri idem Thom. ab Arg. significari declarauit; simile enim nomine ob ipsius candorem, ac munditiam Fides, quae alba pingitur; melis, ob dulcedinem ipsa charitas, quae alijs consulit, ac dulcis est; olei denique, quod superna rat, Spes, quae homines nunquam, uel rarò, dum his morantur in terris, desertos esse patitur, significatur. III. Spiritus sancti donorum de eisdem Arg. eod. art. num. 11., sententia, tributio: atqui de communibus effectibus, ac per se, qui in hac uita praestantur, hactenus, ad eum, qui per accidens, communisque itidem est, quemque hic percipimus, iam ueniamus.

De

*De effectu communi per accidens sacramenti eucharistia, qui in hac uita confertur,* Cap. IX.

**E**FFECTVS denique communis, sed per accidens sacramenti Eucharistia, qui in hac uita confertur, maioris, minoris uè gratiae perceptio est; de qua re, quod generatim abundè, copiosè que egimus, nihil praeterea hic addemus; uerùm ad communem effectum Eucharistia, qui post huius uita cursum percipitur, transeamus.

*De communi effectu Eucharistia sacramenti, qui post huius uita cursum confertur,* Cap. X.

**E**FFECTVS autem communis Eucharistia, qui post huius uita cursum, nobis praestatur, aeternae uita consequutio est; Si quis, inquit nanque Christus dominus hoc de sacramento agens, manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum, & Qui maducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die; ac denique Hic est panis, qui de Coelo descendit; non sicut manducauerunt Patres ueluti manna, & mortui sunt; qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum; ex his ergo uerbis aeternam salutem, ac uitam sacramenti huius uirtute nobis condonari, id quod & Cat. eod. cap. de fructibus, & Thom. quaest. 79. art. 2. in 3. parte, & Sot. d. 11. quaest. 2. artic. secundo, & Thom. ab Arg. d. 12. quaest. 3. art. 2. uerf. Duodecimo concludunt, significatur; quare diuinarum rerum scriptores, quod uti Elias sub cinere illo decocto pane huius imaginem quandam gerente refectus ad montem Dei Oreb ascendit, nos quoque suauissimo hoc cibo recreati in coelestem patriam facilius ingredimur; sacramentum hoc uaticum etiam nominarunt: sed de effectibus communibus satis egimus, iam de proprijs, ac per se, sed prius de remotis agamus.

*De effectibus proprijs, per se, ac remotis Eucharistia sacramenti*  
Cap. XI.

**R**EMOTI ergo Eucharistia sacramenti effectus hi recensentur. Primùm, I. uti d. 11. quaest. secunda artic. 6. uerf. Altero etiam modo, & uerf. Ad hac Sot., itemque Thom. quaest. 73. artic. 6. in 3. parte inquit, demonum effugatio; Ut leones flammam spirantes, diuus etenim Chrysostomus ait, citati que auctores ibidem testantur; sic ab illa menta discedimus terribiles effecti demonijs; ac planè, si uel unico sanctissime Crucis signo, quod Christi mortem, qua ipsorum uis compressa est, refert, debilitati demones, sicuti Egyptius ille Antonius sanctitate praclarus affirmabat, aufugiunt; quanto magis sacramenti huius susceptione, qua non passionis memoria tantum renouatur, uerum etiam Christus ipse totus summitur, perteriti in fugam se conijcient? hic nanque agnus ille uerus est, cuius sanguine Israelitici postes cruentati nocturnas Egyptiorum factas ceddes, non senterunt; hic, de quo sanctissimus quoque; Dauid suauiter haec cecinit Nam, etsi ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala; quonia tu mecum es; quare; quod in extremo uita huius spiritu praecipue ab impuris daemionibus vexamur; ob eam rem, ut in eo uita discrimine Eucharistia nobis conferratur, uaticumque hac ratione appelletur, uti

O 2 Thom.

- II. Thom. ab Arg. dist. 12. quaest. 3. artic. secundo inquit, factum est. II. Libidinis voluptatum repressio; sic nanque Ioan. Nid. eodem cap. 12. vers. Septimus in litera I, ac Thom. ab Arg. dist. eadem q. 3. artic. secundo, sentiunt; sic nouissimè Catech. eodem cap. de fructibus versic. Sed carnis etiam libidinem, comprobauit; etenim, cum sacramenti huius virtute animi uostri arctiori amoris vinculo cum Christo coniungantur, libidinum hic ardor pio huic casto, sanctoque amoris repugnans ut eo comprimatur, necessario consequitur. III. Sollicitudinum, molestiarumque uitae huius facilis permissio; leuatur enim admodum animus sacri huius cibi sumptione, eiusdemque vires recreantur; Illa praeterea, Catech. eod. cap. de fructibus docuit, Thomasque ab Arg. d. eadem q. 3. art. 2. comprobauit, in sacris mysteris uis est, ut nos à criminibus puros, & integros, atque à tentationum impetu incolumes seruent; atque ab eam etiam causam, ut testatur diuus Cyprianus, cum olim à tyrannis fideles ad tormenta, & cedem propter Christiani nominis confessionem vulgò raperentur; ne illi fortè dolorum acerbitate uicti in salutari certamine deficerent; uerus in Ecclesia mos fuit, ut eis ab Episcopis dominici corporis, & sanguinis sacramenta praeberentur. Hac Catech.; quare, Parafti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me, sacramenti huius uberes fructus explicans cecinit quoque Dauid ille sanctissimus. IV. Ne in peccata facile labamur, ut Bon. d. 12. q. secunda artic. 1. par. secunda, & Thom. quaest. 69. artic. 6. in 3. parte, & Sot. d. 11. q. secunda artic. sexto, & Petr. Sot. lect. 11. eodem, & Thom. ab Arg. d. 12. q. 3. artic. secundo versic. 10., & Catech. eod. inquit, Effectio; quemadmodum etenim corpus suo cibo refectum labori, oneribusque non facile succumbit; ita anima suauissimo hoc cibo recreata peccatorum uindictis non facile obligatur; ac planè, si arboris illius uitae fructus immortalitatem corporibus praestabat; cur saluberrimis Eucharistiae fructibus animi nostri, modò ipsi uelimus, à peccati morte non liberabuntur? quare Christus dominus hac Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam eternam, hoc de sacramento agens, pronuntiauit; sacramenti ergo huius uirtute alti à criminibus, quod Catech. eod. versic. Illa praeterea, tradidit, nos puri, & integri seruamur; atque ad benè, rectèque operandum confirmamur. V. Coniunctio quasi quaedam, mutuusque inter nos amor, uti Petr. Sot. eodem lect. 11. vers. Quartum inquit, exoritur; Vnum corpus multi sumus, Paulus nanque ait, qui de uno pane, & calice participamus; etenim, sicuti communi pane qui uescitur, uel extranei sunt, necessitudine quasi quadam inter ipsos orta, inter sese diligunt; ita, qui sacramento hoc utuntur, ob id spiritali quodammodo cognitione constricti inter sese amantur; hinc Eucharistiam sacramentum pacis, atque unitatis sancti Patres appellauerunt; & hanc inter nos animorum coniunctionem speciebus illis, ex quibus sacramentum conficitur, quòd scilicet ex multis granis unum fiat, id significari quoque uoluerunt. VI. Summa conscientiae pax, atque tranquillitas; Huius uidelicet sacramenti gratia, inquit enim Catech. eod. cap. de fructibus, fideles, dum hanc uitam degunt, summa conscientiae pace, & tranquillitate perficiuntur; ac planè, cum sacramenti huius uirtute insidias demonum euitare, obsecris uoluptatibus resistere, uitae huius incommoda æquo animo ferre, cum Christo, quod paulò post probabitur, arctissimo amoris vinculo coniungi possimus; non ne quieto, tranquilloque animo esse; non letitia exultare; non cum Dauid diuinos hoisce cantus edere debemus? Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascae, ibi me collocauit. VII. Christi passionis memoria renouatio; Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, inquit nanque Apostolus, mortem Domini annuntiabitis; & Hac quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis Christus dominus quoque antea protulit; qua in sententia quis eo magis confirmabitur, si, quae hactenus de ministro attulimus, contempletur; nam quid in illis est, quod non magnam huius significationem habeat? quo ueritè se potest, ubi tanti mysterij aperta quasi uestigia non intueatur? non oculis propemodum cernat? passionis Christi ergo, uti Thom. ab Arg. d. 12. q. 3. art. 2. versic. Septimo, & Petr. Sot. eod. lect. 11. inquit, memoria renouatur; atqui de effectibus remotis satis iam dictum sit, ad proximos itidem per se, ac proprios transeamus.

## De effectibus proprijs, per se, ac proximis Eucharistiae sacramenti

## Cap. XII.



EFFECTVS autem proximi per se, ac proprii sacramenti Eucharistiae huiusmodi sunt. Primum spiritualis animae nutritio; Summi autem uoluit, Trid. Syn. sess. 13. cap. 2. eod. inquit, sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo allantur, & confortentur uiuentes uita illius, Qui dixit, qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Hac ibi sancta Syn., idem quoque Bon. d. 12. quaest. 3. art. 1. part. 2., & Sot. d. 11. quaest. 2. art. 1.; & Scot. d. 8. q. 1. vers. Congruum etiam fuit post generationem spiritualem, & quaest. 3. ead. dist. vers. Secundo modò, & Thom. ab Arg. d. 12. q. 3. art. 3. num. Decimo, sentiunt, neque iniuria; etenim, quemadmodum, quod in corpore innati calloris vi corrosus est, communi cibo non modò reficitur, uerum etià eiusdem vires plurimum recreatur, ita sicuti Ioann. Nid. eod. cap. 12. in littera I, & Petr. Sot. eod. lect. 11. vers. Tertium, & Ambr. Spier. serm. 42. confid. 3., & Thom. ab Arg. d. 12. q. 3. art. 2. vers. 8., & Thom. d. ead. q. 4. art. 1. lib. 4., & q. 29. art. 1. in 3. par., & Sot. dist. 11. quaest. 2. art. 1. vers. Tertio, asserunt, sacrosancta Eucharistia saluari animae cibo, & quod ob quotidianas leuiiores culpas, quae ingenitè nobis libidinis astu excitatur, animae spiritaliter uiuenti exesum est, instauratur; & eiusdem uires itidem augentur; hinc Christus dominus ad magnificam, regalemque hanc cenam nos liberaliter inuitans Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. II. Maior hominis in Christum conuersio, eiusdemque cum eodem arctior amoris coniunctio; ita nanque in cap. cum Marthè in 5. quaesiuisti de celeb. missarum habetur, & Thom. ab Arg. d. 12. q. 3. art. 2. vers. Quinto, & Bon. d. ead. q. 3. art. 1. par. 2., & Thom. d. ead. q. 4. art. 1., & Ioann. Nid. in eadem littera I, & Bacch. dist. 9. quaest. 1. art. 1., & Ambr. Spier. serm. 42. confid. 3. conclus. 3., & Sot. dist. 8. quaest. 3. vers. Sed tertio, & Petr. Sot. eod. lect. 11., inquit, ita ipsiusmet Christi uerba hac Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo, id nobis declarant; nec; quòd Eucharistia, sicuti cibo quodam utimur, ob eam rem, quemadmodum corporum cibo contingit, ita & Christus, qui in ea inclusus continetur, in nos immutatur; uerum è contrario nos in eum ipsius potenti uirtute immutatur; Cibum sum grandium, inquit enim diuus Augustinus, cresce, & mā ducabis me; nec tu me mutabis in te, sicuti cibū carnis tuae, sed tu mutaberis in me; quare, cum sacramenti huius susceptione cum Christo, sic copulemur; in eumque conuersi diuinitatis ipsius particeps efficiamur, uiuo ego iam non ego; uiuit uerò in me. Christus cum Paulo dicere possumus: sed de effectibus Eucharistiae proprijs, ac per se hactenus; iam de ijs, qui proprii quoque magis ipsius sunt, sed per accidens, agamus.

## De effectibus Eucharistiae sacramenti proprijs, sed per accidens

## Cap. XIII.



EFFECTVVM tandem Eucharistiae sacramenti propriorum, sed per accidens. Primum quidem ingens animae ipsius susceptione dulcedo est, uti Thom. ab Arg. d. 12. quaest. 3. art. 8., & Petr. Sot. eod. lect. 11. inquit; uerum, sicuti corporis cibus, eo dum uescimur, ijs iucundissimus est, qui eius tunc suauitatem sentiunt, ita sacri huius cibi, dum summitur, hi gustum habent, qui tunc ipsius oblectantur suauitate; quare, quòd dulcedinem hanc is gustat, cuius animus in ipsius sumptione non uagatur; ob eam rem effectum hunc hoc in loco collocauimus. II. Mortiferorum peccatorum, quae diligenter cogitanti in mentem non occurrunt, deletio; sic nanque Thom. dist. 12. quaest. 2. art. 2. lib. 4.

lib. 4., & quaest. 79. art. 3. in 3. par., & Thom. ab Arg. d. 12. quaest. 3. art. primò conclus. 2., & Ioann. Nid. eod. cap. 12. in litera L., & Ambr. Spier. ferm. 42. confid. 3. conclus. 3. & Bacch. d. 9. quest. 1. art. 1., & Petr. Sot. eod. lect. ij., concludunt; etenim ad eò sacramenti huius susceptione ad Deum colendum incendimur, atque inflamamur, ut quiduis potius nos perpestos esse, quam graniter offendisse velemus; hinc peccatorum detestatio oritur; hinc eorundem quoque delitio; nam, quemadmodum volentes peccata comitrimus; ita illa nobis detestantibus expiantur; quòd igitur detestatione, atque contritione poenitentia sacramenti parte à sacramenti huius vi in primis excitata peccata delentur; ob eam rem effectum hunc eòdem sacramenti huius proprium esse còcludimus, eiusdemque per accidens noiamus. III. Leuium quoq; peccatorum delitio; Remitti verò Eucharistia, & còdonari leniora peccata, quae venialia diei solent, inquit enim Cat. eod. c. de fructibus, non est, quòd dubitare debeat; quicquid enim cupiditatis ardore anima amissit, dum leui aliqua in re parum offendit, totum id Eucharistia, eas ipsas minores culpas abstergens restituit; quemadmodum, quòd innati caloris vi quotidie detrahitur, ac deperit, paulatim addi, & refici naturali alimento sentimus; quare merito à diuo Ambrosio dictum est de hoc coelesti sacramento, iste panis quotidianus summitur in remedium quotidiana infirmitatis. Hec Cat. id quòd Thom. d. 12. q. 4. art. 1. lib. 4., & q. 79. art. 4. in 3. par. & Bon. d. ead. q. 2., & 3. art. 1. par. prima & 2., & Thom. ab Arg. d. ead. q. 3. art. 1., & Ambr. Spier. ferm. 42. confid. 3.; & Petr. Sot. eod. lect. 11. & Sot. d. ead. quaest. 2. art. 8. itidem sentiunt; ac planè, cum sacramenti huius virtute cum Christo vehementiori quodam amoris ardore, cui leniorum peccatorum culpa repugnant, coniungamur, eoq; inflammati ne leniori quidem in re à nobis, si fieri posset, offensum esse velemus; cur hac ratione leniora haec peccata expiari, sicuti Thom. d. ead. q. 5. art. 1. lib. 4., & q. 79. art. 4. in 3. parte, & Bon. ead. q. 3., & hoc d. 11. q. 2. art. 4. asserint, non affirmabimus; quare, quòd quandoque contingit, ut huiusmodi peccata vniuersa non detestemur; hinc etiam sepius euenit, ne vniuersa deleantur. IV. Eorundem peccatorum poenae tempore percipiuntur itidem, quatenus in Christum amore ferimur, expiatio; uti Sot. d. 11. q. 2. art. 5. concl. prima, & Thom. q. 79. art. 5. in 3. par., & d. 12. q. 5. art. 3., & Ioann. Nid. eod. cap. 12. in litera I. inquit; quare scriptum quoque legimus dimissa sunt ei peccata multa; quoniam dilexit multum; quem quidem effectum quemadmodum Ambr. Spier. ferm. 45. confid. 3. conclus. 2. in fine, & Cat. diuinarumque rerum scriptores vniuersi affirmant, & ij, pro quibus sacramentum hoc offertur, quatenus sacrificij rationem habet, consequuntur; atqui de effectibus Eucharistiae sacramenti haecenus; de communi materia, quae ad genus spectat, instituto nostro iam agamus.

*De materia communi Eucharistiae sacramenti, quae ad genus spectat, Cap. XIII.*

**M**ATERIA communis igitur Eucharistiae sacramenti, quae ad genus spectat haec scilicet sacramentum nouae legis est; ita enim Thom. q. 65. art. 1., & quaest. 73. art. 1. in 3. par., & dist. 8. quaest. 1. art. 1. lib. 4., & Sot. ead. q. vn. art. primò, & Cat. eod. in principio asseuerant; ita denique sess. 7. can. 1. de sacramentis, & sess. 13. cap. 3. eod. Trid. Syn. declarauit. I. Iterrabile; ut enim mittam omnium, qui hac de re pie contempserunt, vna; concordemque sententiam hanc semper fuisse, Trid. Syn. in can. 9. sess. 7. de sacramentis contrarium asseuerantes anathematis poena obligauit: etenim, sicut corpus suo cibo, non semel; atque iterum, sed refici sapissimè, quòd sustentetur, oportet; ita, si spiritualem hanc vitam tueri commodius, faciliusque velimus [quòd huius sacramenti effectus non perpetuo hic permanet] spirituali hoc cibo sapius nos recreari opus est; quare, cum genus iam, differentiaq; sacramenti huius proprias habeamus, sacramentum hoc, quatenus à nobis sumitur, sic definiemus, Eucharistia est sacramentum nouae legis iterabile, quo anima spiritualiter nutritur; quatenus verò per se ipsum consideratur, hac ratione illud termi-

Eucharistia est sacramentum nouae legis, in quo Christus continetur: verum de materia huiusmodi satis dictum sit; ad materiam circa quam, nec non ad ea, quae necessariò ipsi inesse debent, quòd sacramenti fructus percipiantur, sibiq; cum reliquis sacramentis communia sunt, transeamus.

*De materia communi circa quam Eucharistiae sacramenti; & de ijs, quae necessariò illi inesse debent, quòd ipsius fructus percipiuntur; sibiq; cum reliquorum sacramentorum eadem materia communia sunt, Cap. XV.*

**M**ATERIA verò communis circa quam Eucharistiae sacramenti, quòd generatim antea probauimus, Homo est; necessariò autem ei, quae cum aliorum sacramentorum materia eadem communia sunt, inesse haec debent. Primùm, sicuti Ioann. Nid. eod. cap. 12., & Rosel. in verbo Eucharistia 3. in additionibus num. 14., & Scot. dist. 9. quaest. prima inquit, vitam hanc viuat; explosa nanque iam diu eorum sententia est, qui, & mortuis Eucharistiam administrandam esse affirmarunt; ac sanè, cum animae cibis hic si et, quid proderit in os mortui eam infundere, si à corpore anima discessit? quare nec animabus, si nobis appareant, sacramentumque hoc à nobis postularent, tribuendum, verum pro ipsis offerendum esse, uti sacrificium Ioann. Nid. conclusit. II. Praesens adfit. III. Suscipere Eucharistiam queat. IV. Suscipere ipsam velit. 1. Re vera. 2. Re ipsa. 3. Saltem virtute. V. Ipsamet eandem suscipiat; ac de ijs, quae huic materiae communia sibi cum alijs sacramentis sunt, haecenus; ad ea, quae ipsius propria magis sunt, eiusdemque necessariò inesse eadem ratione debent, transeamus.

*De ijs, quae eidem materia circa quam eadem ratione necessariò inesse debent, Eucharistiaeq; propria magis; sunt, Cap. XVI.*

**N**ESSE quoque eadem ratione huic materiae circa quam, quae Eucharistiae magis propria sunt, haec omnino debent. Primùm, ut quòs Baptismo initiatus fiet, sicuti Ioann. Nid. eod. cap. 12. vers. Tertius, docuit; etenim, qui spiritualiter natus nondum est, spirituali cibo ali non potest; quare, etsi catechumeni quipiam sunt, tamen non modò Eucharistiam ante baptismi susceptionem capere non possunt; verum etiam nec, cum iam conficitur, id quòd Gloss. in cap. de ijs, qui 3. quaest. 2., & 3. docuit, interesse queunt. II. Censura Ecclesiastica sciens irretitus ne fiet; quare, neq; maiori excommunicatione constrictus, uti Thom. dist. 18. q. 4. art. primò, & Bacch. dist. 9. quaest. 2. art. primò, & Thom. ad Arg. dist. 12. quaest. 3. art. 3., & Syl. in verbo Excommunicatio 3. num. primo, & Tab. eod. par. num. 2., & Caiet. in sum. ma. in verbo Excommunicato plura sunt illicita, ac denique Nau. in Manual. cap. 27. num. 8., asseuerant; neque minori obligatus, quòd in cap. fm. de Cler. excomm. min. habetur, & Thom. eod. quaest. 4. art. primò, & Syl. eod. 4., ac Tab. eod. primò num. 2., itidemque Sot. dist. 22. quaest. prima art. primò versic. Contra nomina, & Caiet. eod. in verbo Excommunicatio minor, ac denique Nau. in Man. cap. 27. num. 24. concludunt, Eucharistiam suscipient; & ab ead. ij, quibus interdictò, suspentioneue sacramentum hoc prohibitum est, uti Suppl. in verbo Communicare num. 3., & Bacch. dist. 9. quaest. 2. eod., & Thom. ab Arg. d. 12. quaest. 3. art. 3., & Syl. in verbo Eucharistia num. 3., itemq; Nau. eod. cap. num. 263., vers. Tertio, compro-


- II. comprobant, se abstinebunt. II. Ob eam rem, cuius gratia instituta est, sicuti Ioann. Nid. eod. cap. 12. in litera I, & Rosel. in verbo Eucharistia 3. in additionibus num. 34. inquit, Eucharistiam suscipiat. 1. Libens eandem capiat; etenim, qui exempli gratia poenam meti, praemij, alteriusve rationis causa sacramentum hoc in primis suscipiet; hunc, quod mortifero peccato nullam utilitatem perciperet. IV. Si quo mortifero peccato confectus sit, primo illud detestetur; tum quod huiusmodi culpa pollutus sacramenti huius susceptione priuatus est, ut in c. fin. & ibi notat Gloss. de cohob. cler. & mul. habetur; tum quod, qui hoc animo praeclusus illud capit, non modo nihil ipsi prodest, verum contra potius de diui Pauli sententia illis verbis iudicium sibi manducat, & bibit, plurimum obest; etenim, quod non ad Dei gratiam sibi reconciliandam, quemadmodum Petr. Sot. lect. 11. & Car. eod. cap. de multiplici fructu, inquit, institutum sacramentum hoc est; ob eam rem, qui scelerate viuunt, ut in cap. qui scelerate de consecr. d. 2. dicitur, & communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, dicant, nihil ad emendationem proficere; idem in cap. quotidie, & in cap. timorem ead. dist., & in cap. de homine de celebr. miss., habetur, atque Car. eod. cap. de preparatione, & Bacch. d. 9. quaest. 2. art. 1. num. 1., & Bon. dist. ead. quaest. 2. art. 2., & Scot. dist. ead. quaest. 1., & Thom. ab Arg. dist. 12. quaest. 3. art. 3., & Petr. Sot. eod. lect. 12., inquit, ac Trid. Syn. eod. sess. 13. cap. 7., & can. 11. aperte, ac dilucide id declarauit; ac plane, cum spiritualis vitae cibum sacramentum hoc sit, qui vita ea caret, qua ratione Eucharistia huic quis tribuet? contritus igitur, sicuti Ambr. Spier. serm. 44. confid. 2. conclus. 2. hic fiet.
- V. Illud idem mortiferum peccatum confessus etiam sit; in sacramenti enim huius susceptione non exitialis culpae contritio tantum sufficit, verum, quod nos alibi tradidimus, & Bacch. dist. 9. quaest. 2. art. primò, & Petr. Sot. eod. lect. 12., & Ambr. Spier. serm. 44. confid. 2. conclus. 2. in fine communiter à sanctis Patribus conclusum esse testati sunt, ac Trid. Syn. ead. sess. 13. cap. de preparatione asseruit, contrariumque, vel disputando asserentem anathemate statim obligatum esse voluit; confessio itidem necessaria est; nemo igitur sacramentum hoc suscipiat, qui mortifera peccata, quibus contritus tenetur, confessione prius non expiauerit; quod tamen, fieri potest, ut quis morbi grauitate obmutuerit, furi osusve factus sit; atque id circo neque nutibus, neque ratione alia explicare peccata queat; tunc, sicut huic [modò antea contritionis, pietatisque signa dederit, nuncque mors impendat] administrabimus, ut Nau. in Man. cap. 26. num. 30., ac Suppl. in verbo communicare num. 2. inquit, & Thom. ab Arg. dist. 9. quaest. 1. art. 3. communiter id receptum esse recenset; ita, qui iam peccata confessus est, in Eucharistia verò susceptione mortiferi peccati cuiuspiam, quod obliuione pratermisserat, recordatur; ne ijs, qui praesentes adsunt, suspicandi aliquid de se graue, si tunc illinc abeat, causam det, tutò, ut Scot. d. 9. quaest. 1. vers. Dicendum ait, Thomasque ab Arg. communiter concludi testatur, tutò, inquam, hic eandem suscipiet. VI. Ut in cap. sacra de consecr. d. ead. habetur, & Car. eod. & Sot. dist. 12. quaest. 1. art. 8. vers. Quarto arguitur, & Syl. eod. 3. num. 8., & Tab. in verbo communicare num. 48., & Caiet. in verbo Communio asserunt, si graue scelus de eorundem autorum, iurumque sententia suscipere nolit, ieiunus quoque sit; quod tamen plurimum adiumenti contra damonas sacramentum hoc tribuit, quod alias probauimus; ob eam rem ijs, qui adeò grauius aegrotant, ut eius salus desperetur, expectarique, ut ieiunij sint, non potest, quemadmodum Tab. eod. num. 53., & Caiet., & Syl., & Petr. Sot. eisdem in locis, & Ioseph. Angl. art. 6. concl. 2. inquit, de consuetudineque communi Ecclesiae Thom. ab Arg. dist. 8. quaest. 1. art. 3. testatur, sacrosancam Eucharistiam administrabimus. VII. Susceptum sacramentum retinere queat; tum quod, si Eucharistiam euomeret, quemadmodum in cap. si quis de consecr. dist. 2. dicitur, impunè non abiret, Si quis per ebrietatem, vel voracitatem, habetur enim ibi, Eucharistia euomerit, quadraginta diebus poeniteat, si laicus est; Clerici, vel Monaci, seu Diaconi, & Presbyteri septuaginta diebus poeniteant; Episcopi nonaginta; si pro infirmitatis causa euomerint, septem diebus poeniteant. Hac Beda; tum quod aliter sacramenti effectus quis non consequeretur; etenim, si in os, ventrem ve sacramentum illapsum statim suos effectus praestaret, non ne eadem sacramenti particula vni tributa, statimque ab eius faucibus crepta, alteri que administrata; & eidem quoque illico adempta, tertio autem

præbata


præbata, atque ita deinceps eisdem effectus pareret? etsi hoc daremus, non ne manu, aliavè corporis parte, quod fructus sacramenti huius consequeremur, contrectare, tangereque sat esse? sacramentum igitur, qui hoc suscipit, & illud retineat, oportet; quare ijs, in quibus vomitionis periculum timetur, sicuti Eucharistia tribuenda non est, uti Ioan. Nid. eod. cap. 12. in litera I, & Thom. ab Arg. dist. 9. quaest. 1. art. 4. in 3. par. inquit, ita ipsimet voluntarij se abstinere ab ea debent. VIII. Sub specie altera tantum Eucharistia capiat; quare, inquit enim sess. 21. cap. 2. eod. Trid. Syn. agnoscens sancta Mater Ecclesia hanc suam in administratione sacramentorum autoritatem, licet ab initio Christiane religionis non infrequens vtriusque speciei usus fuisset; tamen progressu temporis latissime iam mutata illa consuetudine granibus, & iustis causis adducta hanc consuetudine sub altera specie communicandi approbavit, & pro lege habendam decreuit; quã reprobare, aut sine ipsius Ecclesiae autoritate prohibito mutare non licet. Hæc ibi sancta Syn.; ac re vera, cum sub vtraque specie, quod eadem Syn. cap. 3. ead. sess. asseruit, totus Christus contineatur; neque, quod impiè non nulli autumarunt, plus, qui sub vtraque, quam, qui sub altera tantum Eucharistiam recipit, utilitatis consequi ead. Syn. eod. cap. affirmari; cumque tandem Manicheorum hæresis [quorum gratia vetus Ecclesia ob Christi veræ mortis significationem, quam illi pernegabant, sanciuit, ut sub vtraque specie Eucharistia summeretur] contigerit, quid sacramentum hoc non conficienti sub vtraque ratione ipsius opus est sumptione? Itaque sancta ipsa Syn., ead. sess. cap. 1., habetur enim ibi, à Spiritu sancto edocta, atque ipsius Ecclesiae iudicium, & consuetudinem secuta declarat, ac docet nullo diuino præcepto laicos, & clericos non conficientes obligari ad Eucharistia sacramentum sub vtraque specie sumendum; neque vllò pacto salua fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat; nam, etsi Christus dominus in vltima cæna venerabile hoc sacramentum in panis, & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit; non tamen illa institutio, & traditio eo tendunt; ut omnes Christi fideles statuto domini ad vtranque speciem accipiendam astringantur; sed neque ex sermone illo apud Ioann. 6. rectè colligitur vtriusque speciei communionem à domino præceptam esse, ut cunquè iuxta varias sanctorum patrum, & doctorum interpretationes intelligatur; namque, qui dixit Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, dixit quoque, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum; & qui dixit Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam; dixit etiam Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita; & denique, qui dixit Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo; dixit nihilominus Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Hæc totidem verbis ab eodem capite à nobis huc trāsata sunt; ex quibus satis patet sacramentum hoc non conficientibus, vel sacerdotes sint, modò culpã effugere velint, Eucharistia sub vna specie sumenda esse. 1. Scilicet panis, ut vniuersi diuinarum rerum scriptores concluderunt, Tridentinaque Syn. sess. ead. can. 2., & sequen. declarauit, atque sanciuit; neque iniuria; etenim panis species sicut commodius ipsius vini specie & sine effusionis periculo administrari, quòque aegrotis præsto sit, diutius asseruari incorrupta potest; ita eiusdem sapor nemini non iucundus, stomachum certè nemini facere, quod secus accidit non nunquam in vino, solet. IX. Ne ab alio, quam à proprio ministro, eiusve delegato Eucharistiam suscipiat. 1. Non censuris huiusmodi alijs-ve ecclesiasticis poenis; vnde sacramentum hoc administrare nequeat; aut nominatim confectò, aut ita, ut nullo integumento, nullisve latebris occultari poena huiusmodi possit; atqui de his hætenus; ad ea, quæ eidem inesse, non tamen necessariò, debent, communiaque sibi cum reliquis sacramentis sunt, transeamus.

P De

*Deijs, qua materia circa quam sacramenti eucharistia inesse, quamuis non necessariò, debent, communiq; ipsi cum reliquis sacramentis sunt, Cap. XVII.*

**I.**  NESSE quoque eidem materia, quamuis non necessariò, quæ communi ipsi cum reliquis sacramentis sunt, hæc debent. Primum, ut sacramentum hoc suscepturum cum ob rationes, quas antea reddidimus, tum quòd in cap. omnis de panit. id probatur, rationis usum habeat; Omnis vtriusq; sexus fidelis, dicitur. n. ibi. posteaquã ad annos discretio nis peruenit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fidelitèr confiteatur proprio sacerdoti; & iniunctam sibi poenitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in pascha eucharistia sacramentum. Hæc ibi habentur; rationis usum igitur sacramentum hoc suscepturi habent; idem quoque Cat. eod. cap. à quibus sumendum, & Thom. dist. 9. quæst. 5. art. 4. lib. 4. & quæst. 80. art. 9. in 3. par., & Sot. dist. 12. quæst. prima art. 9. in fine, & Thom. ab Arg. dist. 9. quæst. 1. art. 4. par. 3., & Syl. eod. 3. num. 7. concludunt. **II.** Rem, quam suscipit, intelligat; atque idcirco, uti Petr. Sot. eod. lect. 12. in fine ait; attentò animo fiet, mini meque vagetur; ac planè quis animum quopiam distrahi suum patiat, qui Christum dominum Dei filium, eundemque Deum, quem in celo diuinæ illæ mentes, beatissimique spiritus venerantur; ad cuius nutum columnæ cœli contremiscunt, ac paudent; cuius gloriæ plenum est cœlum, & terra, uti Cat. eod. cap. de præparatione inquit; à se recipi cõtempletur? nam, esto, si contra fiat, fructus reliquos consequatur, eam tamen, quam diximus, dulcedinem minimè hic sentiet; atqui de his hætenus, ad ea, quæ propria ipsius magis sunt, quamuis non necessaria, transeamus.

*Deijs, qua eidem materia inesse, quamuis non necessariò, debent, propriaq; ipsius sunt, Cap. XVIII.*

**I.**  NESSE denique, etsi non necessariò, eidem materia, quæ propria magis ipsius sunt, hæc debent. Primum, ut matrimonio iunctus triduum, quadriduumve ante sacramenti huius susceptionem eo ne utatur; Omnis homo, dicitur enim in cap. omnis de consecr. dist. 2., ante sacram communionē à propria vxore se abstinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus, idem in cap. uir cum propria 23. quæst. 4. habetur; atque Bacch. dist. 9. quæst. 2. art. 1. declarauit; etenim, si propositionis. Illos panes cœlestis huius umbram quandam accepturus Dauid totum triduum se, puerosque suos à coniugum complexu se abstinuisset professus est; ut in cap. tribus gradibus de consecr. dist. 2., probatur, quanto magis sacrosanctum hunc panem comesturum animi integritatem, ac munditiam adhibere decet? si tamen contra fiat; quòd illud cap. omnis homo Gloss., ac Tur. C. rem. ibidem, & Bacch. ead. dist. id suadere, non autē præcipere interpretantur, mortiferè non peccabit. **II.** Ea, qua potest, humilitate præditus fiet; seruus. n. dominum; diuitem pauper suscipit: ad hanc autē animi abiectionē cū aliorum, tum centurionis eius, cuius fidē Christus admiratus est, itemq; Ioann. Bapt., quo inter natos mulierum, eodē Christo teste, nemo sanctior fuit, exēplis excitabimur; nã, si hic, qui Christi calciamentorum vincula dissolueret; ille, qui suis tectis eundē reciperet, indignos se existimarunt; quid nobis, miseri, quibus nō iam calciamentorum vincula dissoluenda; non tectis, sed ipsa anima recipiendus est, quod, in quã, nobis, qui assidue peccatorum quodã quasi ceno volumur, faciendum; nō modò igit peccatorum forde hic expiatus, uerū et virtutibus, in primisq; humilitate exornatus fiet. **III.** A sumptione illa tandē nō ad comedendū illico cat; uerū, etsi nō tã diu, ut in c. tribus gradibus de consecr. dist. 2. cautū est, paululū nihilominus mora-

móratus interim ingentem hanc Christi erga nos charitatem veneretur; suam indignitatem doleat; ac denique, gratiam quando referre non potest, agere saltem pro immortali, diuinoque hoc beneficio ne cesset; atqui de materia hac iam satis dictum sit, ad materiam tandem propriam ex qua transeamus.

*De pane altera materia Eucharistia sacramenti propria ex qua; Et deijs, qua necessariò illi inesse debent, Cap. XIX.*

**M**A T E R I A denique altera eucharistia sacramenti ex qua, sed propria Panis est; nam, cum sacramentum hoc cibis quidam anima, sit, sicuti antea vidimus; ob eam rem, quòd id significetur, panis ipsius corporis cibus, qui materia sacramenti huius esset, meritò institutus fuit; huic autē necessariò hæc inesse debent. Primum, sicuti Thom. quæst. 74. art. 3. in 3. par., & d. 11. quæst. 6. art. 1. lib. 4., & Scot. dist. ead. quæst. 6., & Bon. dist. ead. art. 1. quæst. 1., & 4. par. 2., inquit, de communiq; sententia Sot. dist. 9. quæst. vn. art. 3. in 8. propos. testatur; atque Eug. 4. declarauit, ut ex tritici farina sit; ete nim Christus dominus sacramentum hoc se instituturum pollicens; Panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vira; & alibi sacramentum hoc idem commendans adiunxit Ego sum panis uiuus, qui de celo descendit; si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æterni; cum ergo panem simpliciter nominari, potiore panem, atque idcirco eum, qui ex tritico compactus est, accipere debemus; quando enim quidpiam, quod ad plura, non tam eadem ratione trahi potest, simpliciter profertur; in re dubia id, quod potius est, intelligi debere, & in his interpretis in leg. cum quaeritur ff. de statu homin. notantur, & Philosph. in Top. lib., & Thom. ab Arg. dist. 11. quæst. 2. art. primò concl. 2., & Ambr. Spier. serm. 43. confid. 2. concl. prima uers. Tertia est, asseruerunt; quare, quòd ordeum triticum non censetur, iure, ut communitèr dist. 9. quæst. vn. art. 3. prop. 5. receptum esse Sot. recenser. sacramentum ex ipso non constabit; ex farre uerò, & spelta, quamuis confici non posse Thom. ab Arg. dist. 11. quæst. 2. art. 1. concl. 2. DD. asseuerare doceat, uti quoq; Ambr. Spier. serm. 43. concl. prima confid. 2. uers. Secundum corol. ait; quòd tamen eorum grana tritico persimilia sunt, quòdque magis tritici species esse uidentur; ideo Bacch. dist. 8. quæst. 2. art. 1. sequuntur confici posse existimarem; 1. Cui farina nihil, quod illam in se transfèrat, indeuè species tertia efficiatur, admistum sit; quod enim tritici farina esse definit; hac de causa panis, quo de agimus, uti de communi sententia Syl. eod. 2. testatur, esse nequit: si uerò species illæ admista, non tamen inter se confusa sint, neutraq; in alterius naturam, in tertiamue speciem ambæ uersa sint; tunc, ut, quòd ex tritico constat, idonea materia est; ita, quòd ex alia, inepta erit; neque igitur, quòd Thom. ab Arg. dist. ead. quæst. 2. art. 1. in 2. par. concl. 2., & Bacch. dist. 8. quæst. 2. art. 1. uers. Quinto, & 7., & Hoff. de consecr. ecclesiae, uel altaris num. 16.; concludunt, aqua uino, neque piper, loliumue tritici farina admista in eiusdem tamen farinae naturam non conuertat; & si uinum, ex triticiq; farina compactus panis consecrabitur; sacramenti huius materia erunt. 2. Naturali aqua ea farina compacta sit; ita enim Thom. quæst. 64. art. 7. in fin., & Sot. dist. 9. quæst. 1. art. 3. uers. Hinc ergo facile possumus, & Scot. dis. 11. quæst. 6. uers. De hac etiam farina, & Petr. Sot. eod. lect. 14., & Ambr. Spier. serm. 43. confid. 2. art. primò, & Tart. dist. 11. quæst. 6., & Thom. Elysius art. primò quæst. 13. inquit; de communiq; sententia Syl. eod. pri. num. 2., & Tab. eod. primo num. 14. testantur; etenim huiusmodi panem Christus consecrasset existimatur, consuetudineque iam inueterata sic confici declaratur; si igitur aqua rosarum, alio ueliquore farina hæc compacta esset, sacramentum hoc non fieret. **II.** Coctus; hunc enim Christus consecrauit; hoc, quòd eo corpus nutritur, sacramenti huius uirtute anima spiritaliter ali significatur, postremo, ut uinum ab agresta expressum altera sacramenti huius materia inepta esse existimat; ita panis nō coctus idonea, habilisq; materia nō est; quare coctū panem necessariò esse debere, & Scot. d. 11. quæst. 6. uers. De hac et farina, & uers. Quo ad 2. dubiū, & Sot. d. 9. q. 1. art. 3. ppè finē, & Thom. Elyf.

**III.** Elyf. e. art. 1. quaest. 13. & Petr. Sot. ead. lect. 2. & Tart. d. 11. quaest. 6. vers. Secundum dubium est, & Tab. eod. pri. num. 12. concluderunt; nō igitur ex massa conficietur; etenim nutrimenti rationem, ac vim, quod significare debet, vti Tart. ibidem asseruit, non modo non habet, verum potius interitus causam, si ea quis vesceretur, praberet. III. Praesens adfit, vti Thom. dist. 11. q. 5. art. 3., & Sot. dist. 9. quaest. 1. art. 2. conclus. 1. & Vig. cap. 16. §. 3. vers. 2., & Ambr. Spier. ferm. 43. confid. 2. concl. 1., & Thom. Elyf. eod. art. 3. q. 13. concludunt; etenim, cum forma, qua panis consecratur, haec sit, Hoc est corpus meū, articulusque ille Hoc rem, quae proxima praesens adest, significet; vti iuris interpretes vniuersi in leg. 1. ff. de op. nou. num. asserunt; merito panis, qui proximus, praesensque non adest, non consecrabitur; vti de cōmuni sententia Franc. à Viêt. in sum. num. 58. testatur; quare inter sacerdotem, qui consecraturus est, panemque consecrandum nihil interiectum esse debet; alioquin &, qui in arca inclusus continetur, qui que post parietem collocatus est; consecraretur; quod quam ridiculum sit, nemo non videt; nec acerrimus maximus panum [quod singuli panes oculis non cernuntur, sed alter ab altero obtegatur] hac ratione minus consecrabitur; nam acerrimus huiusmodi continuatione vnum est; at si, vel panno, aliaue re obtegatur, cum pannus non idem cum pane sit, vnumque effici, cum diuersa inter se natura sint, non queat; ob eam rem, vti opinor, minime consecrabitur. **IV.** Non corruptus, ita vt panis species esse desierit; sicuti Bon. d. 11. art. 1. quaest. 3., & Bacch. d. 8. q. 2. art. 1., & Ambr. Spier. ferm. 43. confid. 2. concl. 1. vers. Tertium corollarium, inquit; ac planè, si panis esse desijt, qua ratione sacramenti huius materia esse poterit? **V.** Non consecratus: vti Sot. d. 3. q. vn. art. 6. vers. Non crediderim, ait; nam, cum panis esse necessariò debeat; statim verò, atque consecratus est, non iam amplius panis substantia; sed Christus totus sub panis specie contineatur oclusus, vt diuinarum rerū scriptores, qui hac de re pie cōscripserūt, vniuersi sentiunt, Tridentinaq; Syn. cap. 1., & can. 2. eod. sess. 13. nouissime declarauit; merito, cum panis iam non sit, sacramenti huius materia esse non potest. **VI.** Certus, atque à Sacerdote, p̄scriptus, ac terminatus; quare sicuti, si decem hostia sint, quas vniuersas consecrare velim; etsi octo esse tantum ipsas opinor, nihilominus consecrabitur; ita, si earum quatuor solum, non magis tamē has, quā illas consecrandas mihi proposui, quemadmodum Syl. eod. 2. num. 7., & 8., ac reliqui concludunt, non consecrabitur: haec de ijs, quae huic materiae necessariò insunt, hactenus; ad ea, quae eidem in esse, quamuis nō necessariò, debent, transeamus.

*De ijs, quae eidem materiae inesse, quamuis non necessariò, debent, Cap. XX.*

**I.** **NE SSE** autem eidem pani, quamuis non necessariò, haec debent. Primum vt, sicuti in cap. fin. de celeb. miss. habetur, & Thom. quaest. 74. art. 4. in 3. par., & dist. 11. quaest. 6. art. 3., & Scot. dist. ead. quaest. 6. vers. Tertium dubiū, & Thom. ab Arg. ead. dist. q. 2. art. 1. concl. 3., & diuinarum rerū scriptores vniuersi asseuerant, azimus panis hic fiet; etenim [mitto integritatem, mentisq; munditiam, quam fideles ad sacramentū hoc suscipiendū adhibere debent, ea re significari] huiusmodi panem primò Christus dominus, quando sacramentum hoc instituit, consecrassē creditur; primo namq; azimorum die, quo nihil fermentati domi iudais habere licebat, quod penes euang. habetur, sacramentum hoc cōfecit, atq; instituit; quare, quicquid aliās, Ebitarū haresi exorta, seruati fuerit, sicuti Sot. d. 9. q. 1. art. 4. in arg. 12., & Thom. ab Arg. d. 11. q. 2. art. 1. concl. 3. vers. Sed istud non valet, & Bacch. d. 8. q. 2. art. 1. recentent; nunc, cū iam diu haresis ea explosa, irrisaq; conticuerit, si contra fiat, quamuis cōficiatur, grauiter nihilominus [græcis exceptis, quibus, à Florentina Syn. vt fermentatum consecrent, permillum est] grauiter, in quā, vti Bacch. e. art. vers. 6. ait, peccatur. **II.** Nihil ei, et si panis species non tollatur, quatenus fieri potest, ob tanti sacramenti dignitatē admistū sit; nō igit panis hic coctus liquore villo madefactus sit; consecrabit in, sicut panis species consecrata cum in sanguinē immititur, Christus ibi esse nō desinit, & arg. l. fin. §. si. ff. de leg. 3. **III.** Re-

ens quoq; fiet; etsi enim vetus panis, modò panis esse non desierit, cōsecratur; dedecet in re tā graui, in sacra; hac functione non panē modò, sed vniuersa scelecta, exquisitaq; non esse. **IV.** Eam denique formam, quam ecclesie consuetudo obseruat, panis hic habeat: atque de altera Eucharistiae sacramenti materia haec dicta sint; ad alteram denique materiam veniamus.

*De vino altera Eucharistia sacramenti materia propria ex qua; & de ijs, quae necessariò illi inesse debent, Cap. XXI.*



**LET**ERA denique Eucharistiae sacramenti materia propria ex qua Vinū est, ut diuinarum rerū scriptores vniuersi sentiunt; cum etenim corpus pane, ac vino plenè reficiatur; quia sacramenti huius virtute anima itidem perfecte reficitur; iure, quò id significetur, non modò panis, quo vescimur, sed & vinum, quod bibimus, Christus instituit, ut adhibeatur; necessariò autē eidem haec inesse debent. Primum, ut expressum ex uuis sit; sicut enim oliua olenm non dicitur, etsi ex illa conficitur; & sicut tritici grana, quamuis inde panis fiat, panis non appellatur, consecrarique minimè possunt; ita neque uuae grana, quamuis inde vinum exprimatur, vinum aut est, aut nominatur; quare ex uuis, id quod Bacch. d. 8. q. 2. art. secundo, & Sot. d. 9. q. 1. art. 6. vers. De uuis autem, & Syl. eod. 1. num. quarto, & Scot. d. 11. q. 6. concl. secunda concludunt, sacramentum hoc non constabit; expressum igitur, sicuti Tart. d. 11. q. 7., & Catech. eod. cap. de materia, inquit, è racemis esse debet; non enim ut vinum inde esse queat, sed ut re ipsa sit, oportet. **II.** Ex uuis uitis, sicuti Thom. ab Arg. d. ead. q. 2. art. 1. par. secunda, & Bacch. d. 8. q. 2. art. secundo, & Thom. d. 11. q. 7. art. primo, & q. 64. art. 1. in 3. parte, & d. 9. q. 1. art. 5., itemque Catech. eod. cap. de materia, comprobant. Non bibam ammodo, Christus enim dominus post sacramenti huius institutionem dixit, de hoc genimine vitis vsque in diem illum; ex quo apparet vinum uitis Christum dominum consecrassē; ex vino igitur cuiuscunque alterius rei, ut cereforum, malorumvè punicorum; de eorūdem, quos citauimus, sententia sacramentum hoc non conficietur. **III.** Maturitatem iam quandam habentibus; non enim succus ab acri omnino uua, quae Agresta vulgò dicitur, expressus, uti Sot. d. 9. q. 1. art. 5. vers. Tertio arguitur, & Thom. d. 11. q. 7. art. 3., & q. 74. art. 5. in 3. parte, & Bacch. d. 8. q. 2. art. secundo, & Thom. ab Arg. d. 11. q. 2. art. 1. in 2. parte, sentiunt, cōmuniterque receptum esse Syl. eod. 1. num. 4. recentet, consecrabitur; si tamen non maturae admodum uuae essent, maturitatem magis tamen, quam acerbitatem saperent; unde aspera vina fiunt; cōfici ex vino inde expresso posse existimarem. **IV.** Nulli rei, in quam aut vinum conuersum, aut ex utriusque rebus species effecta sit, admistum; nam, quòd vinum esse desijt; sacramentum idcirco inde non constabit. **V.** Praesens, uti de pane antea probauimus. **VI.** Non corruptum adeo, ut vini natura immutata sit; quare, quòd acētum, etsi ex vino constat, vinum non est; hac de causa, uti Bacch. d. 8. q. secunda art. secundo, & Thom. quaest. 74. art. 5. in 3. parte, & d. vndecima q. 7. art. secundo, & Sot. dist. 9. q. prima art. 5. vers. de liquoribus, & Petr. Sot. eodem lect. secunda, & Thom. ab Arg. d. vndecima q. secunda art. 1. par. secunda concl. prima concludunt, de communi sententia Ambr. Spier. ferm. 43. confid. secunda concl. secunda testatur, ex illo sacramentum non conficietur. **VII.** Non consecratum, quod de pane itidem comprobauimus. **VIII.** Certum, ac terminatum, alioquin nihil fieret; uti de pane antea probauimus: haec de ijs, quae vino alteri sacramenti huius materiae necessariò insunt, satis dictum sit; de ijs, quae eidem inesse, non tamen necessariò, debent, iam agamus.

*De ijs, quae vino alteri materiae sacramenti Eucharistiae inesse, quamuis non necessario, debent; Cap. XXII.*

**I.** **N**ESSE denique eidem vino alteri sacramenti huius materiae, quamuis non necessario, haec debent. Primum, ut ex maturis omnino uvis expressum sit; etsi enim vinum, quod ab uvis, quae plus maturitatis, quam acerbitatis habent, eductum, consecratur, uti iam probauimus; quia tamen selecta quaeque uina ad sacramentum hoc conficiendum ob ipsius dignitatem adhiberi debent, ex maturis prorsus uvis constare illud decet. **II.** Ob eandem rationem, quatenus fieri potest, fece expurgatum; si tamen necessitas adsit, ut in cap. cum omne de consecr. d. 2. habetur, mustum consecrabitur; Nam [dicitur enim ibi] quod de expresso botro, id est de uuarum granis populus communicatur, valde est omnino confusum; sed, si necesse sit, botrus in calice comprimatur; & aqua misceatur; quia calix dominicus iuxta canonum praecpta vino, & aqua permistus debet offerri. Hac ibi Summus Pontifex; idem quoque Thom. d. 11. q. 7. art. fin., & q. 74. art. 5. in 3. parte, & Sot. d. 9. q. 1. art. 5. versic. Deliquoribus, & Syl. eod. 1. num. 4. sentiunt. **III.** Vitium nullum; etiam si vini species non tollatur, habeat; quare, si coalescere incipiat, eo in functione hac uti minime debemus; quemadmodum Thom. ab Arg. d. 11. q. 2. art. 1. par. secunda concl. prima asseruit; conficitur tamen, quamuis non leuiter offendatur, uti Ambr. Spier. serm. 43. confid. secunda, docuit; neque mucore igitur, vitiove alio laborare uinum hoc debet. **IV.** Album; quod maiori munditia adhibita conficiatur. **V.** Quod denique, ut Thom. d. 11. q. 8. art. primo, & q. 74. art. 6. in tertia parte, & Sot. d. 9. q. prima artic. 6. concl. prima, & Scot. d. 11. q. 6. concl. secunda; itemque Bon. d. 11. q. 3. art. 1. par. secunda inquit; Christus dominus, cum uinum consecrauit, naturalem illi aquam admiscuisse existimatur; quitem sacramenti huius uirtute Christianus populus huiusmodi aqua significatus cum Christo capite coniungitur; quod tandem sacrosancto hoc mysterio eiusdem Christi passionis, de cuius latere, & uerus sanguis, & uera aqua emanauit, memoria renouatur; his de causis, quod haec significantur, institutum est, ut uino huic naturalis aqua [quemadmodum Thom. d. ead. q. 8. art. 3., & q. 74. art. 7., & Sot. eod. art. 6. versic. Tertio arguitur, asserunt] admisceatur; In sacramento corporis, & sanguinis Domini, dicitur enim in cap. in sacramento de consecra. d. secunda, nihil amplius offeratur, quam, quod ipse dominus tradidit; hoc est panis, & uinum aqua mistum; idem in cap. primo, & in cap. non oportet, & in cap. omne crimen, & in cap. in calicem de consecr. d. eadem, & in cap. in quadam de celeb. miss. habetur; quare, qui id sciens omittit, non modo mortiferi peccati culpa obligatur, uti Ioseph. Angl. eod. art. 6. in princ., & Spier. serm. 43. confid. 2. concl. 2. aiunt; uerum etiam penis alijs per c. cum omne, & p. cap. literas de celeb. miss. placetur; naturalis igitur aqua uino huic [etiam si in doleum, quando reconditum est, infusum aliquid fuerit] uti Bacch. d. 8. q. 4., & Suppl. eod. 2. num. 11., & Rosel. eod. 2. num. 11. sentiunt [significatio enim, quae aqua admista sit, a sacerdote fieri debet] admisceri, minus tamen uino, debet; Perniciosus in tuis partibus inoleuit abusus, in cap. 13. de celeb. miss. Romanus namque Pontifex inquit, uidelicet quod in maiori quantitate de aqua ponitur in sacrificio, quam de uino; cum secundum rationabilem consuetudinem ecclesiae generalis plus in illo sit de uino, quam de aqua ponendum; ideoque fraternitati tuae mandamus, quatenus id non facias; nec in tua provincia fieri permittas. Hac ibi Summus Pontifex; atque ita Thom. d. ead. q. 8. art. 4., & Sot. d. 9. q. 1. art. 6. versic. Tertia denum conclusio, & Petr. Sot. lect. 14. eodem, & Thom. ab Arg. d. 11. q. secunda art. 1. par. 2. concl. secunda comprobant; namque si tantum aquae in uinum infunderetur, unde aut uinum ipsa in se conuerteret, aut species ex utriusque tertia efficeretur, sacramenti huius materia non esset; postremo, quod aqua in uinum conuerti debet, ut in cap. cum Martha in §. quaesiuisti de celeb. miss. habetur, & Bacch. d. 8. q. quarta, & Thom. d. ead. q. 8. art. 4., & Bon. d. 11. q. 3. art. 1. par. secunda notarunt; hinc quoque fit, ut modicam esse; hinc ut tanto antea in uinum infundi, prece

prece illa Deus, qui humanae substantiae, caerimonijque alijs a sacerdote adhibitis, quod in uinum uertatur, oportet; aqua igitur uino admiscenda est; quae tamen obliuione, aliave ratione omissa post uini consecrationem in ipsum infundi non debet; tum quod, si plus aquae adderetur, uel tantundem [quia species ille, atque accidentia uini corrumpentur] Christi sanguis ibi esse desineret, uti Thom. ab Arg. d. 12. q. 2. artic. 4. in 2. concl. de coitacito testari videtur [tam diu enim Christi sanguis, eiusdemque corpus speciebus illis continentur, quamdiu incorrupta permanet, sicut id uulgò receptum esse idem Thom. ab Arg. d. 9. q. 1. art. 1. concl. 1. testatur] tum, quod si minus aquae, uti Bon. d. 12. q. 2. artic. 2. p. prima, & Bacch. d. 8. q. 1. art. 2. in secundo argumento asseruerunt, & in cap. cum Martha in §. quaesiuisti de celeb. miss. habetur, in Christi sanguinem non conuerteretur; etenim, quod transubstantiatio haec fiat, non admitione, sed formae enunciatione opus est; neque enim aqua benedicta, oleo uel benedicto simile hoc est; illa namque, quod benedicta uim suam retinet, si minus aquae, oleo uel eiusdem naturae addatur, in se illa conuertitur; at quia species huiusmodi suam substantiam mutant, idcirco de Bonau., ac Thom. ab Arg. testimonio, atque sententia idem efficere haec quoque ratione non possunt. **VI.** Re ipsa portabile; quare, si frigore obrigerit, inde sacramentum ne conficiatur; si tamen consecraretur, sacramentum mea sententia, quicquid Ioseph. Angl. senserit, inde constaret; nam uinum frigore compressum uinum esse non desinere notissimum est; alioquin & iam consecratum si obrigisset, Christi sanguis ibi non esset; quod asserere non minus absurdum, quam impium esse videtur; quamdiu enim acidia illa uini incorrupta permanet, tam diu Christi sanguinem ibi adesse maiori ex parte diuinarum rerum scriptores concludunt; nec, quod aut glacie, aut pruina, aut niue, baptismus non administratur; ideo de hoc uino idem censetur; nam ad baptismi administrationem ablutione, quae niue, pruina, glacie uel fieri non potest; at ad hoc uino [quod frigore concretum uinum esse non desinit] opus est; minus quoque illud repugnabit, si dicatur, ut eo utamur, liquefactum esse ipsum oportere; nam sacramentum hoc, antequam eo utamur, conficitur; quamuis reliqua, dum illa administramus, efficiantur, quod alibi docuimus; constat igitur iam ex his sacramenti huius materiam hanc panem, ac uinum esse; quae, sicuti separatim consecrantur, quod Christi passionis, in qua sanguis ab ipsius corpore separatus fuit, memoria renouetur; ita ex his rebus constat, quae cum sumptu iucundiores, administratioque habiliores, tum ad id, quod illis comprehenditur, quodque illis sumptis sacramenti uel efficitur, significandum aptiores sunt; ac planè, quid facilius, quam ut haec a nobis, aut administrantur, aut sumantur; pane quotidie uescimur; uinum quoque non raro bibimus; quae itidem illis consecratis continentur, quid uel a nobis sumptae operentur, quid ipsis potuit significantius declarare? haec namque uini scilicet, ac panis species a nobis sumptae uel naturae in nos immutatur; eadem diuini uerbi uirtute in Christi corpus, ac sanguinem conuertuntur; pane itidem, ac uino in hac uita sustentamur; sacramenti huius uel spiritualiter alimur; haec ex multis granis coagmentata unum quoddam constituntur; eadem consecrata, a nobisque sumptae nos inter nos copulando, cum Christoque capite coniungendo unum efficiunt; quae cum ita sint, quid speciebus hisce aptius, quid uel commodius, quod sacramenti huius materia esset, potuit constitui? quid, quod dilucidius, illustriusque salutare Eucharistiae fructus significaret, admirabilem uel specierum harum substantiam in Christi corpus, ac sanguinem conuersionem declararet, debuit destinari? haec igitur merito, uti Catech. eodem cap. de materia, atque Ambr. Spier. serm. 43. consider. secunda concl. tertia, diuinarumque rerum scriptores uniuersi concludunt, panis scilicet, ac uinum, quae sacramenti huius materia essent, ob eas causas a Christo domino praescripta sunt; atqui de materia Eucharistiae haec tenent; ad formam consecrationis ipsius panis necessariam; itemque ad ea, quae eidem necessario inesse debent, sibi que cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt, ueniamus.

*De forma consecrationis panis necessaria Eucharistia sacramenti; & de ijs, qua necessario illi inesse debent, sibiq, cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt,*  
 Cap. XXIII.



**I**ORMA igitur consecrationis ipsius panis necessaria, qua colligitur Matthæi scriptis cap. 26., & Marci cap. 14., & Luca cap. 12.; & in cap. quia corpus, & in cap. panis est in altari de consecrat. d. secunda, & in cap. cum Martha de celeb. miss. habetur; uti Magist. eodem, & Thom. q. 78. art. 1. in 3. parte, & d. 8. q. 5. art. 1. lib. 4., & Bacch. d. ead. q. 3. art. p., & Thom. ab Arg. d. ead. q. prima art. secundo, & Scot. d. i. q. prima art. primo, notissimeque Car. eodem cap. de forma asserunt, de communione sententia Ambr. Spier. ferm. 43. confid. 3. concl. secunda testatur, hæc est HOC EST ENIM CORPVS MEVM; hac etenim Christus dominus de eorum, quos proximè citauimus, iudicio, usus esse creditur; hæc [quod sacramentorum formæ proprium est, uti Carech. eod. cap. de forma, & Scot. d. eadem, ac q. artic. secundo, & Petr. Scot. eod. lect. 6. vers. ex tribus his lectionibus, & Thom. q. 78. art. secundo, & d. 8. q. 5. artic. 3. inquit] quid in hoc sacramento efficiatur, panis scilicet substantiæ in verum Domini nostri corpus conuersio significatur; quare, forma hac tantum prolata, non uerbis quoque illis Qui pridie, quam pateretur, ut Scot. existimauit, illico Christi corpus, ex consecrationis quidem ui sub panis specie continetur; anima uero, sanguis, ac diuinitas [quibus Christi corpus non caret] ex concomitantia [ut appellant] consequuntur, neque iniuria; etenim, cum uerba formæ efficiant, quod ab illis significatur; ob eam rem id esse in sacramento ex ui sacramenti diuinarum rerum scriptores appellauerunt, ut Carech. ibidem inquit, quod uerborum formæ exprimitur; in forma uero consecrationis panis mentio corporis tantum fit; ergo ipsum ex ui sacramenti erit, in quod solum panis substantia conuertitur; uerum, quia cum corpore, & sanguis, & anima, & diuinitas coniunguntur; hanc ob rem hæc quoque in sacramento, non quidem ex consecrationis uirtute [nulla enim mentio rerum harum in forma fit, atque idcirco in hac substantia panis non immutatur] sed, ut ea, qua corpus ipsum Christi committantur, aderunt; in forma uini consecrationis contra fit; ibi enim ex ui uerborum sanguis efficitur solum; sed, quia, ubi Christi sanguis est, ibi & corpus, & anima, & diuinitas adsunt; ideo merito sanguinem de eiusdem Car. sententia eod. cap. de concomitantia declarant cõcomitantur; in una quaque igitur specie, imò in singulis cuiusque speciei partibus, sicuti Carech. ibidem docuit, & Trid. Syn. contra eos, qui contrarium affirmarēt, anathemate proposito sess. 13. can. 3. asseuerauit, totus Christus est; Si quis, inquit enim Sancta Syn., negauerit in uenerabili sacramento Eucharistia sub una quaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri, anathema sit. Hanc autem formam sicuti natura priorem panis in Christum conuersione Ioseph. Angl. eod. De essentialibus art. 10. difficul. 4. esse comprobauit [natura enim effectui prior causa est] ita eandem non Eucharistia iam effecta, sed efficienda, atque consecrationis idcirco formam esse Scot. d. 8. q. secunda concludit: ille denique articulus Hoc neque panem, qui tunc extat; neque Christi corpus, quod futurum est, significari quis existimet; non panem; nam, cum forma hæc oratio quædam sit, qua id efficit, quod significat, oratio autem huiusmodi non absoluta, neque uerum, neque falsum in se contineat, ut Philos. in libello de interpretatione docuit, & Petr. Scot. eod. lect. 6. vers. Ex tribus his lectionibus, & Thom. Elyf. eod. art. 9. q. 13., & Scot. d. 8. art. 3. vers. Aliter ergo potest dici, & Ant. Andr. ead. d. 8. q. 2. in responsione ad primum argumentum tradiderunt; planè, antequam perfectè tota enunciatur, quid affirmet, non apparet; enunciata uero, cum ibi Christi corpus statim sit, panem asserere ibi esse mentitur; minus etiam Christi corpus eodem articulo tunc indicatur; nondum enim effectum cum sit; signari nullo

nullo modo potest; reliquum igitur est, ut unà cum Pet. Scot. eod. uersiculo, & cum Ioseph. Angl. artic. decimo in prima difficult., & cum Thom. dist. octaua q. prima artic. primo lib. quarto, & q. septuagesimo octaua artic. sexto, & cum Scot. d. undecima quæst. secunda artic. sexto contentum sub specie illa panis eo articulo Hoc significari concludamus; Necesario autem eidem formæ, qua sibi cum reliquis sacramentis communia sunt, hæc inesse debent. Primum, ut exprimat. II. Voce. III. A causa efficiente humana, qua minister dicitur. IV. In tempore instanti. V. Sine eorum uerborum, qua ipsius formæ substantiam tollunt, adiectione. VI. Sine eorumdem, qua eiusdem formæ naturam deprauant, detractione. VII. Sine eorum itidem uerborum, ex quibus forma constat, huiusmodi, unde forma tollatur, corruptione. VIII. Sine uerborum quæque eorumdem huiusmodi traniectione. IX. Sine interpositione ea, qua consecrationis forma uerba eiusdem antecedentium partes esse desinant. X. Sine ea uerborum formæ mutatione, qua itidem ipsa forma tollatur. XI. Sine earum sex mutationum, quas proximè recensuimus, etiam si forma uis ab ipsa quidem non tollatur; sed hoc tamen animo fiat, ut noua introducatur, nouatione; de quibus, quoniam generatim abundè egimus, ipsis nunc omisissis, ad ea, qua eidem formæ inesse, quamuis non necessariò, debent, sibiq, cum reliquis sacramentorum formis communia sunt, transeamus.

*De ijs, qua eidem formæ inesse, quamuis non necessariò, debent; communiq, sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt,*  
 Cap. XXIV.



**I**A uero, qua eidem formæ cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt; inesseque ipsi, quamuis non necessariò, debent, hæc habentur. Primum ne quid ei, etsi ipsius uis non tollitur, omnino addatur. II. Sine uerborum, etsi ex ipsis forma non constet, detractione; quare dictio illa, Enim, quamuis, uti Petr. Scot. eodem lect. secunda, & Carechif. eodem capitulo de forma, & Thom. quæst. septuagesimo octaua artic. secundo in tertia parte, & Scot. distinct. undecima quæst. prima articulo secundo in fine, & Antonius Andr. distinct. octaua quæst. secunda inquit, de communiq, sententia Thom. ab Argent. distinct. octaua quæst. prima artic. secundo testatur, necessaria non est, prætermitti tamen dedita opera, id quod Thom. Elyf. eod. cap. 4. artic. secundo q. decima tertia, & Thom. ab Arg., & Petr. Scot. eodem asserunt, sine mortifero peccato non potest. III. Sine ea itidem interpositione, qua uerborum formæ connexio non ita tollitur, quin eiusdem formæ sententia remaneat. IV. Sine huiusmodi etiam transpositione. V. Sine eiusdem formæ tandem mutatione; ea igitur primum forma, qua sua ecclesia uti consueuit, adhibeatur. 2. Eiusdem linguæ uerbis, quibus proferri consueuit, quoque proferatur. 3. Eisdem personis itidem exprimat. 4. Eodem in numero & nomina, & uerba, in quo collocari consueuerunt, collocentur. 5. Eisdem etiam casibus formæ uerba, quibus efferi solent, efferantur. 6. Recto denique, emendatoque adhibito sermone: hæc de panis necessaria consecrationis forma hæcenus; ad necessariam consecrationis uini formam; itemq, ad ea, qua necessariò eidem inesse debent, transeamus.



*De forma necessaria consecrationis vini; Et de ijs, quae necessario eidem inesse debent, Cap. XXV.*



**I**ORMA verò consecrationis vini necessaria haec est, HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI; ita nanque in cap. quia corpus de consecrat. dist. secunda habetur; ita Bonavent. d. octava artic. primo q. secunda par. secunda, & Bacch. d. eadem q. quinta artic. quarto, & Sor. d. vndecima q. prima artic. 3. versic. ad tertium, sentiunt, Franciscusque à Vict. in sum. num. 74. de communi sententia testatur; etenim, cum his verbis id, quod efficitur, scilicet Christi sanguis, significetur; quin germana consecrationis vini forma illis contineatur, sicuti Catech. eodem cap. de forma, in versic. Verum de hac forma, & Sor. eodem articulo versic. Sed tamen semper arbitratus sum, inquit; iure nemo dubitabit: huiusce autem formae verborum sententia, sicuti Bacch. d. octava quaest. tertia articulo secundo asserit, haec est; Hic est sanguis meus, qui in hoc calice continetur; uel Hic est calix continens sanguinem meum; nam, quod sanguinis huiusce modi potio satis significari non videbatur, nisi uase aliquo exceptus esset, uti Catech. eodem, & Sor. d. vndecima artic. 3. versic. Reliqua quasitu dignissima comprobant, recte calicis mentio facta est; necessario autem haec illi inesse debent. Primum, ut exprimat. II. Voce. III. A causa efficiente humana, quae minister dicitur. IV. In tempore instanti. V. Sine eorum uerborum, quae ipsius formae substantiam tollunt, adiectione. VI. Sine eorum, quae eiusdem formae naturam deprauant, detractio. VII. Sine eorum, quae eorum uerborum, ex quibus forma constat, huiusmodi, unde forma tollatur, corruptione. VIII. Sine uerborum quoque eorum huiusmodi transectione. IX. Sine interpositione ea, qua consequentia formae uerba eiusdem antecedentium partes esse definant. X. Sine ea uerborum forma; unde ipsa tollatur, mutatione. XI. Sine earum sex mutationum, quas proxime recensuimus, etiam si forma uis ab ipsa quidem non tollatur, sed hoc tamen animo fiat, ut alia introducat, nouatione, de quibus; quoniam generatim abunde egimus; ob eam rem ipsi nunc omitti ad ea, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent, sibi quoque cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt, ueniamus.

- I. II.
- III.
- IV.
- V.
- VI.
- VII.
- VIII.
- IX.
- X.
- XI.

*De ijs, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent; communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, Cap. XXVI.*



**I**A itidem, quae eidem formae cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt; inesse quoque ipsi, quamuis non necessario, debent, haec habentur. Primum ne quid ei, etiam si ipsius uis non tollitur, omnino addatur. II. Sine uerborum etiam, & si ex ipsis forma non constet, detractio; quare dictio illa Enim, quamuis necessaria non sit ob ea, quae antea diximus in panis consecrationis forma, non praetermitteretur. III. Sine ea itidem interpositione, qua uerborum formae connexio non ita tollitur, quin eiusdem formae sententia remaneat. IV. Sine huiusmodi etiam transpositione. V. Sine eiusdem formae tandem uerborum mutatione. 1. Ea igitur primum forma, atque lingua, qua sua ecclesia, uti consuevit, adhibeatur; quare etsi forma haec adhibita. Hic est sanguis meus, conficeretur, uti Sor. d. II. art. 3. in dicto versic. Reliqua quasitu dignissima, asserit; tamen ab usitata non discedemus.

I.

2. Eius-

2. Eiusdem linguae uerbis, quibus proferri consuevit, quoque proferatur. 3. Eisdem 2. 3. personis itidem exprimat. 4. Eodem in numero, & nomina, & uerba, quibus collocari consueuerunt, collocentur. 5. Eisdem etiam casibus formae nomina, quibus efferi solent, efferantur. 6. Rectè denique, emendatoque adhibito sermone: haec de ijs, quae sibi cum reliquis sacramentis communia sunt; ad ea, quae eidem inesse, quamuis non necessario, debent, propria tamen ipsius sunt, transeamus.

*De ijs, quae eidem formae consecrationis vini inesse, quamuis non necessario, debent, propria tamen ipsius sunt, Cap. XXVII.*



**I**NESSE tandem formae consecrationis vini, quae propria ipsius sunt, quamuis non necessario, haec debent; scilicet Noui, & aeterni testamenti, mysterium fidei, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum; Quae quidem uerba, quia non id, quod exprimunt [quod formae sacramenti proprium est] efficiunt; uerum quosdam tantum effusi sanguinis passione Christi admirabiles effectus explicant; ideo ad consecrationem faciendam necessario non requiri citati proxime auctores concludunt; ecce enim primò uerbum illud Noui, quod idcirco additum est, ut intelligeremus Christi sanguinem non in figura, ut in ueteri testamento, sed uerè, & re ipsa [quod ad nouum testamentum pertinet] hominibus tradi; en aliud Aeterni praeterea, quod ad haereditatem aeternam, quae Christi testatoris morte ad nos peruenit, referendum est; illud autem Mysterium fidei non rei ueritatem excludit, sed, quod occultè latet, atque ab oculorum sensu remotissimum est, certa fide credendum esse Christi scilicet sanguinem specie illa contineri significat; dicitur etiam hoc modo; quia in eo maxime plurimum difficultatis humana ratio experitur; cum nobis fides credendum proponit Christum Dei ueri filium, simulque Deum, & hominem mortem pro nobis pertulisse; quapropter hoc etiam loco potius, ubi apertius per sanguinem Christi mors potuit significari, quam in panis consecratione dominicam passionem commemorari & Pet. Sor. eodem lect. secunda de forma consecrationis vini, & Thom. ab Arg. d. octava q. prima art. secundo concluderunt; his deinceps uerbis, Qui effundetur in remissionem peccatorum, maxime mors significatur; sanguis nanque idcirco separatim in primis consecratur, quod passio Domini, atque mors ante oculos ponatur; uerba denique illa, Qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, ad passionis fructum, atque utilitatem declarandam pertinent; nam, si eius uirtutem inspiciamus, pro omnium salute sanguinem à Christo effusum esse fatendum erit; si uero fructum, quem ex eo homines percipiunt, cogitemus; non ad omnes, sed ad multos tantum, eos scilicet, qui pie, sanctèque uiuerent, eam utilitatem peruenire facile intelligemus; sanguis igitur, qui in hoc calice continetur, est sanguis ipsius filij Dei, id quod fide, cum ab oculorum sensu remotum sit, credendum est; quo aeternam uitam ijs, qui pie, sanctèque uiuunt, consequuntur; hic ergo eorum uerborum sensus, uti Thom. q. 78. art. 3. in 3. parte, & d. 8. q. 6. artic. 3. lib. 4., ac Sor. d. II. q. prima art. 3. versic. Subiungis inquit, & Catech. eodem cap. de forma, hanc rem pluribus declarauit, hic inquam sensus; haec eorum uerborum recepta à sanctis patribus interpretatio est; quae uerba, etsi ad consecrationem efficiendam necessario non requiruntur, qui tamen illa omittent, sine dubitatione mortiferè peccabunt: haec de utraque forma separatim dicta sunt; ad accidentalem formam, atque non necessariam, utriusque tamen communem iam transeamus.

De forma non necessaria cōmuni dictis iam formis Cap. XXVIII.



FORMA denique Eucharistiæ sacramenti, non necessaria, quæ ceremonijs, solemnibusque ritibus continetur, partim remota, ea scilicet omnia, quæ canonem missæ antecedunt, eundemque cōsequuntur; partim proxima canon scilicet ipse est; quæ, etsi à me impunè hic prætermittuntur [in promptu enim cuique in missali Romano sunt] conficientes tamen si prætermittant, exitialis culpæ pœna, alijsque obligantur: hæc de causis omnibus Eucharistiæ sacramenti dicta sint; ad accidentia, quæ ab ipsis, & primum ad ea, quæ à fine emanant, instituto nostro veniamus.

De accidentibus, quæ à fine Eucharistiæ sacramenti emanant, Cap. XXIX.

I.



Fine igitur Eucharistiæ institutionis Primum necessitas enascitur, quæ, quatenus ad Christum pertinet, quod aliàs probauimus, non fuit; quia tamen eis, quos spiritualiter procrearat, alimentum, quo in ea vita sustentarentur, parare ipsum decuit, uti Scot. d. octaua q. prima versic. Congruum etiam fuit post generationem spiritualem ait; ideo sacrosanctum hoc sacramentum, quod animæ cibus est, instituere merito Christus debuit; ac planè, si diuinæ illæ mentes diuinum, quo perficiuntur, cibum summi Dei conspectum habent; si bestia pabulo, si homines pastu, quibus corpora sustententur, non carent; animis quoque nostris, vnde spiritualiter recrearentur, sius cibus ne deesset, æquum fuit; atqui nos, posteaquam institutum est, eius susceptione non modò ecclesiæ præcepto, sed ob ea Christi verba; Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, iure diuino obligamur; sic nanque Thom. q. 80. artic. 11. in 3. parte docuit; sic d. 12. quæst. prima artic. 11. concl. prima Sor. pluribus id disputauit; etenim, si corpori cibo, quo in vita hac sustentur, eiusdemque muneribus fungatur, opus est; non ne & anima, quò spiritualiter facilius uiuat, commodiusque sua munera obeat, minusque præcepti in malum labatur, suo cibo eget? omnes igitur Christi fideles, si salui esse uelint, cum rationis usum iam habent, sacramenti huius susceptionis lege tenentur; quique contrarium asseuerant, à Trident. Synod. sess. 13. eodem can. 9. anathemate damnantur, Si quis negauerit, inquit enim Sancta Synod., omnes, & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis saltem in Paschatæ ad communicandum iuxta præceptum sanctæ matris Ecclesiæ anathema sit. Hæc ibi Sancta Synod.; non idcirco tamen necessarium dicitur; quòd, qui re illud non susceperint, salui esse nequeant; Qui enim crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, ut alibi pollicitus nobis Christus est, ac Petr. Sor. eodem lectio. 8. ibi Prima non est sumptio, declarauit; sed, qui rationis usum habent, si re ipsa illud suscipere nequeant, animum tamen, id quod Ambr. Spier. consider. secunda concl. prima term. 44. tradidit, suscipiendi habere debent; quare paruuli, qui rationis usu carent, nec huius susceptionis præcepto adstringuntur. Denique eadem sancta Synod. dicitur enim cap. 4. sess. 21., docet paruulos usu rationis carètes nulla obligari necessitatem ad sacramentalem Eucharistiæ communionem; siquidem per baptismi lanacrum regenerati, & Christo incorporati adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt: hæc Trident. Synod. immo, qui contrarium asseuerarent, eadem Synod. eod. can. 4. usitata anathematis pœna eos damnauit; Si quis dixerit, inquit enim ibi, paruulis, antequam ad annos discretionis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem anathema sit; constat igitur ex his nec suriosos, nec mentecaptos; quia rationis usum non habent, huius præcepti obligatione obstringi, atque teneri.

II. Pro-

II. Propositum autem ipsius Christi institutionis [ ut, quod sibi commune cum reliquis sacramentis est, præteream; quodque, quatenus sacrificium, est, quoque fileam ] fuit, quatenus sacramentum est; ut celeste alimentum, vnde spiritualiter animi nostri alerentur, haberemus; quod quidem propositum, ut mittam, quæ in cap. quia corpus de consecr. dist. 2. habentur, itemque Scot. dist. 8. quæst. 1. vers. Quod hoc sit congruum, & Cat. eod. cap. quatenus est sacrificium, tradiderunt, Trid. Syn. sess. 13. cap. 2. pluribus, ac dilucidius id declarauit; Ergo, inquit enim ibi sancta Syn., saluator noster discessurus ex hoc mundo ad patrem sacramentum hoc instituit, in quo diuitias diuini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum; & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suamque annunciare mortem, donec ipse ad iudicandum mundum veniat; sumi autem voluit sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit Qui manducat me, & ipse uiuet propter me, & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur; pignus præterea id esse voluit futura nostra gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoque symbolum vini illius corporis, cuius ipse caput existit, cuique nos tanquam membra arctissima fidei, spei, & charitatis connexionem adstrictos esse voluit; ut id ipsum omnes diceremus; nec essent in nobis schismata. Hæc ibi sancta Syn., ex quibus Christi propositum in huius sacramenti institutione quod nam fuerit, apertè conspicitur. III. Causa ipsius propositi, quæ planè fuit, & necessitas iam explicata, & utilitas, quæ quanta sit, cum ex ijs, quæ proximè de Trid. Syn. sententia attulimus, tum ex fructibus, quos antea recensuimus, optimè constat: atque de accidentibus, quæ à fine emanant, hæc tenentur, ad ea, quæ à materia descendunt, transeamus.

De accidentibus, quæ à materia emanant, Cap. XXX.



MATERIA verò cum diuisio oriatur, vnicum autem sacramentum hoc sit; merito hic locum sibi ea non vindicabit; nec, quòd panis, ac vinum illa forma consecrentur, plura idcirco sacramenta sunt; nam, cum ad animam spiritualiter alendam, nutriendamque eucharistia instituta sit; corpus autem cibo, ac potu, atque idcirco duobus alatur; ob eam rē, quòd per corporis alimentum, proprium, ac perfectum animæ nutrimentum significetur, duæ species, quarum altera uti cibo, altera uti potu uteremur, adibentur; vnum igitur significatione scilicet, ac perfectione; quia perfecte animam nutrit; idque panis, ac vini consecratione significatur, vnum, inquam, sacramentum est; etenim sic Magis. eod. in cap. Quare sit sub duplici specie, & Thom. quæst. 73. art. 2. in 3. par. & dist. 8. quæst. 1. art. 2. lib. 4., & Sor. dist. ead. quæst. vn. art. 2., itemque Scot. dist. ead. quæst. 1. vers. De vnitatem huius sacramenti, & Bon. d. ead. quæst. 2. art. 2. par. 2., & Thom. ab Arg. dist. ead. quæst. pri. art. 4., itemque Ambr. Spier., term. 42. consid. prima. conclusio prima vers. Secundo asseuerunt, sic Cat. eod. nouissimè id declarauit; hæc de accidentibus, quæ à materia emanant; ad ea tandem, quæ à forma proficiuntur, veniamus.

De accidentibus, quæ à forma eucharistiæ sacramenti proficiuntur, Cap. XXXI.




ACCIDENTIA tandem, quæ ab Eucharistiæ sacramenti forma proficiuntur, hæc sunt. Primum sacramenti huius institutionis tempus; quod, cum postremò Christus dominus cum discipulis cenauit, Thom. quæst. 80. art. 8. in 3. par., ac Sor. dist. 11. quæst. 1. art. 8., & Thom. ab Arg. dist. 8. quæst. 1. art. 1., & Cat. eod. cap. 1., & cap. de multiplicitate nominis, & cap. de ritu communicandi, fuisse concluderunt, ac Trid. Syn., præterquam quod in cap. liquidò de consecr. dist. 2. habetur, sess. 13. cap. 2. eod. asseuerit; etenim, quòd sacramenti huius virtute anima spiritualiter alitur; quodque potissi-

- potissimum sui erga nos amoris pignus quasi quoddam ipsum fuit; his de causis & vt animam sacrosancto hoc cibo ali, ac refici significaretur; in cena, vbi corpus suo cibo reficitur, ac recreatur, Christus dominus sacramentum hoc instituit; & vt charitatis huiusce memoria perpetuo discipulorum animis insideret, in ea, quam postrema habuit, illud idem commendauit; ac sane, vt mitram cum Christus sacramento hoc re ipsa contineatur, illiusque autor, atque institutor fuerit, ante Christum natum institui non debuisse; nec, vt natus est, institui quoque illico debuit; nam, cur sub his speciebus, quasi integumentis quibusdam, atque inuolucris obiectum contemplari, venerarique Christum nos oportebat, quem praesentem oculis cernere, quocumq; versari, id quod & Thom. ab Arg. dist. 8. quaest. 1. art. 1. concl. 2., & Ambr. Spier. sermo. 42. confid. 2. conclus. 2., ani maduerunt, possemus? è conspectu igitur nostro iam abiturus sacramentum hoc Christus dominus iure optimo instituit. II. Eius efficacia; quae sane illico post ipsius institutionem fuit; cum enim ibi ipsemet Christus; vnde virtus sacramenti emanat, verè, ac re ipsa insit, sicuti Trid. Syn. quoque sess. 13. eod. cap. 1. docuit; merito effectus ab ipso praestari statim ceptum esse, non est, quod dubitemus. III. Ipsius promulgatio, quam, etsi speciatim quando facta est, non omnino scitur, posteaquam tamen à mortuis Christus excitatus est, ipsiusque discipuli spiritus sancti gratia repleti sunt, factam fuisse verisimile est. IV. Eiusdem obligationis tempus; quod itidem, postquam Christus reuixit, id quoque fuisse non ambigitur; etenim antea, etsi Christus dominus hisce verbis Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, mortem fuerit interminatus; quod tamen adhuc ipsum non instituerat, sed illud se institutum esse fuerat tacito pollicitus; quodque post eius institutionem non statim ipsius promulgatio facta reperitur; atque idcirco ad hominum aures non peruenerat; his de causis ipsius susceptione nullo iure homines tunc obligabantur. V. Ordo administrationis, atque susceptionis; qui tertius de communi Doctorum sententia est; sicut enim, vt solidioribus cibis vescamur, non modò in vitam hanc nos editos, verum corpore paulò robustiores factos esse oportet; ita, vt salutari hoc cibo per vtiliter vtamur, non modò spiritaliter natos, verum etiam spiritaliter viribus auctos nos esse decet; post baptismum igitur, atque confirmationem locum sibi Eucharistia iure vindicabit; qui tamen ordo non adeò necessarius est, vt eius omissione aut quicquam offendamus, aut eiusdem fructus non consequamur; sicuti inueterata Ecclesiae consuetudo non improbata id declarat. VI. Aetas susceptionis; quae, vt in cap. omnis de penit. habetur, ac Trid. Syn. sess. 13. eod. can. 9. nouissimè tradidit, ea, in qua rationis usum habere quis cepit, habilis existimatur; in viris ergo decimiquarti anni, in mulieribus duodecimi [quod tunc sapere homines incipiunt, ad quamplurimosque legitimos actus gerendos idonei existimantur] aetas spectabitur; sicut tamen omnibus, qui id aetatis sunt, Eucharistiam non conferemus; ita vniuersis, qui ad hanc aetatem non omnino peruenerunt, eandem perpetuo haud denegabimus; quid enim, si in his summum ingenij acumen, ac vis? quid è contrario, si in illis mira tarditas, stuporue potius quidam insit? quare, quae horum commodior, aptiorque aetas fiet, & parentes, quibuscumq; assidue viuunt, & eorundem parochi, quibus peccata confitentur [quod ij vel intimos illorum sensus norunt, vti Cat. eod. cap. a Quibus sacramentum hoc summendum, docuit] perbellè statuent; Quare uero aetate, ait enim ibi, pueris sacra mysteria danda sunt, nemo melius constituere poterit, quam pater, & Sacerdos, cui illi confitentur peccata; ad illos enim pertinet explorare, & à pueris percunctari, an huius admirabilis sacramenti cognitionem aliquam acceperint, & gustum habeant. Haec ibi Cat. tradidit. VII. Modus eiusdem consecrationis, atque administrationis, nec non susceptionis; quem, cuiusmodi is esse deberet, antea declarauimus. VIII. Locus administrationis, ac susceptionis; qui, quod generatim iam docuimus, ades
1. sacra est. 1. Propria; non enim in parochia alterius Ecclesiae etiam suis sine loci illius parochi licentia sacramentum hoc à quopiam administrabitur, aut conficietur. 2. In loco, qui interdico subiectus sit, minime sita, nisi mortis periculum impendeat, tunc enim, vt in cap. quod in te de penit., & in cap. permittimus de sent. Excom., & ibi norat Gloss. habetur, administrari, ac suscipi potest; quod tamen, vt quis ualitudine impediret ad sacram ad eum venire nequeat, rarius contingit; ob eam rem, quemadmodum inueterata Eccle-

Ecclesiae consuetudinem Eucharistiae asseruandae Trid. Syn. sess. 13. eod. cap. 6., & can. 7. comprobauit; ita eiusdem ad agrotos, quorum gratia asseruatur, deferendae pristinum morem retinendum esse sanciuit; Consuetudo asseruandi in sacratio sanctam Eucharistiam, dicitur enim ibi, adeò antiqua est, vt & saeculum Nicani concilij agnouerit; porro deferre ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos & hunc usum diligenter in Ecclesijs conseruari, praeterquamquod cum summa aequitate, & ratione coniunctum, tum multis in concilijs praecipuum inuenitur, & vetustissimo catholicae Ecclesiae more est obseruatum; quare sancta haec Syn. retinendum omnino salutarem hunc, & necessarium morem statuit. Haec ibi sancta Syn., idem in cap. sane de celebr. miss., & in cap. presbyter de consecr. dist. 2. habetur. IX. Tempus susceptionis, quo scilicet ad Eucharistiam sumendam quis obligetur; quod, etsi iure diuino quodnam fieri, pro certo nescitur, sicuti Sor. dist. 12. quaest. 1. art. 11. verè. Proinus ergo, ait, Ecclesia tamen praecipuo, & olim, cum Christi fideles mirifico pietatis studio erga hoc sacramentum flagrarent, singulis diebus primo, dominicis deinceps, tertio, cum studium illud deseruuit, ter in anno in die scilicet festo Paschae, Pethecostes, & in die Natali Christi domini, vt in cap. peracta, & in cap. quotidiana; & in cap. etsi non frequētius, & in cap. seculares de consecr. dist. 2. habetur, quo Eucharistia susceptione obligarentur, fuisse constat; & hodie, posteaquam pietas eadem omnino propemodum refrigit, ne prorsus in animis fidelium extingueretur, vt semel in anno in Paschate Eucharistia percipiamus, in concilio generali, quod in citato cap. omnis de penit. continetur, praecipuum esse non ignoratur; qui igitur in altero die octo, qui diem dominicum Paschae proximè antecedit, quivè consequuntur, sacramentum hoc susceperit [quatenus enim ad rem hanc pertinet, dies antecedentes octo, totidemq; ipsum Pascha consequentes Paschae nomine comprehendit] Eugenius Quartus, vti Caiet. in sum. in verbo communio, & Rosel. in verbo Communicare, & Nau. in Man. cap. 21. nu. 3. testantur, voluit Ecclesiae praecipuo satisfacere. An autem, qui ea die Eucharistiam non percepit, eo anno praecipui illius obligatione constrictus praeterea is teneatur? equidem, quod diuino illo praecipuo Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & car. si salui esse velimus, obligamur; etsi dies ab Ecclesia praescripta praeterijt, tamen, quoniam adhuc obligatio viget argum. leg. Calvus §. 1. ff. de recep. arb., ad eam suscipiendam, quamprimum potest, adstringi hunc opinor; etenim, cum obligatio in diem sit; quemadmodum, qui in diem quidpiam debet, eo die elapso, nisi soluerit, ad huc tamè obligatus est; & quia obligatio pura tunc efficitur, atque habetur; statim id, quod quis debet ab ipso petri potest, vt in §. omnis stipulatio in instit. de verb. obl. probatur; itidem etiam, & hic concludendum est; alioquin sacramenti huius fructu perpetuo quem carere contingeret; nam, dum suscipiendi tempus adest, cogi non possit, argum. §. in diem in Instit. eod.; eo autem praeterito non obligaretur, quod absurdum est; nec, quod, si matutinas, reliquarum horarum diei cuiuspiam preces praetermiserit, earum recitatione praeterea non teneor, vt magna ex parte diuinarum rerum scriptores sentiunt, quidquam opinioni huic repugnat; nam huiusmodi horarum preces quasi diei huius, illiusve qualitas quadam sunt; atque, vt temporis ratio postulat, modò huius sancti, cras illius, perendie alterius celebrantur; ergo iure die illo praeterito, precum earum ipsius diei quasi qualitas obligatio tollitur; accidens enim, nisi adsit, in quo insideat, vt philosophus docuit, esse non potest; at obligatio haec non diei, sed homini, & diuino iure, & Ecclesiae praecipuo, quod iam probauimus, inharet; quandiu igitur quis est, tandiu sacramenti huius susceptione obligat; vniuersi ergo Christi fideles, qui mortiferi peccati culpa inquinari, in Ecclesiamque aditum sibi occludi nolunt; semel saltem in anno [Sacerdotibus, parochis praesertim, qui saepius Eucharistiam conficere; quotiesque conficiunt, eandem percipere, debent; quique praecipuo quopiam iure obligantur, exceptis] ad dictam diem Eucharistiam suscipient; verum, quod summus Pontifex ipsius cap. omnis de penit. sanctione non adstringitur, vt in cap. proposuit de concess. prab., probatur; ideo, sicut ipse, quique ab eo facultatem hanc impetrarunt, sine causa Eucharistiae perceptione differre queunt; ita, si legitima allegetur, de parochi licentia ob citatum cap. omnis ab eadem aliquantulum se abire ere ijdem poterunt; hoc igitur susceptionis Eucharistiae tempus est; hoc obseruari à nobis diligenter debet; hoc saepius frequentiori sacramenti huius susceptione nos reuertentem Eccle-

Ecclesiae, uti Trid. Syn. eod. sess. 13. cap. 8. docuit, vult; atque August., Ambros. Hilar., ut in cap. quotidie, & in cap. si quotiescunque, & in cap. si non sunt de consecr. dist. 2. habetur, cohortantur; Consecrationis vero eiusdem sacramenti tempus diurnum est, neque iniuria, tum quod Christus dominus, qui prior, cum scilicet aeterno Patri se in ara crucis immolavit, missae sacram, ubi Eucharistia conficitur, uti Navar. in Man. cap. 25. num. 83. docet, fecit; interdum id fieri voluit, tum quod sacramento huiusmodi cum idem Christus, qui aeternae lucis candor est, continueatur; interdum si conficeretur, id quoque significabitur; verum, quod diuino praecepto, ac iure tempus praescriptum non est; ob eam rem summus Pontifex, cuius summa cum in reliquis rebus, tum in hac autoritas est, uti Syl. in verbo Missa prima num. 6. docuit, & in cap. nocte sancta, & in cap. solent de consecr. dist. 1. habetur; & Trid. Syn. asseruit, ut noctu quoque, sacrum hoc fiat, permittere potest; hinc, cum Christi domini Natalis dies colitur, Missa de multa nocte celebratur; hinc, quod artifices, famuli, quique peregrinantur, sacris hisce ut intersint, quovae sacra Eucharistiam, quam asseruata non habent, aegrotis praebeant, ut de nullo mane ante lucem conficiant, quod Navar. eod. tradidit, sacerdotibus permittitur, ecclesiaeque consuetudo itidem exorta; nam, quoniam hoc fieri ecclesiae antistites norunt, neque id prohibent, arg. 1. saepe de re iud. permittere videntur; postremo, sicuti nocte sacrum hoc confici non convenit; ita pomeridiano tempore non decet; namque sic Io. Ahd. in cap. 1. de celebr. miss. communiter receptus asserit; sic consuetudo ecclesiae iam inueterata id declarat; atqui, quod neque diuino iure, neque lege lata, ratione ualidiori id nobis prohibitum est; ob eam rem, modo loci Episcopus id permittat, offensivae grauis Christi fidelibus scandalum, inquam, ne detur, & post meridiem, quod se factitasse in itineribus Navar. eod. testatus est; & nonnullis festis diebus, in aede sacra, quod frequens populus conuenire solet, egomet animaduerti, de eiusdem Navar. sententia, iure, eoque non praecipuo, sed communi conficitur. X. Nomen denique, quod, quia sacramentum hoc multa, diuinaque mysteria in se continet, uberrimosque fructus gignit; his de causis, sicut uarijs figuris praesignatum fuit, vitae scilicet arbore in amenissimis illis hortis consita, panis, ac vini a Melchisedech facta oblatione, de caelo delapso manna, sub cinere decocto pane, atque agno in primis, quo Israeliticus populus uelcebatur asse, tot denique, tantisque sacrificijs; ut in cap. re uera, & in cap. quid sit sanguis, & in cap. inquit Apostolus de consecrat. d. ead. habetur, atque Thom. q. 75. art. 6. in 3. parte, & d. 8. q. 2. lib. quarto, & Sor. d. ead. q. vii. art. sexto, & Bon. d. ead. q. 2. art. 1. p. prima, & Mag. eod. lib. 4. cap. 1. inquit; his de causis, inquam, sicuti uarijs figuris est praesignatum; ita eisdem rationibus uariu quoque, ac multiplex nomen eidem fuit inditum; nam, quod filium Dei naturam hanc nostram indutum, gratiarumque fontem continet; quod ipsius susceptione gratia in nobis augetur, cum Christo quoque arctiori amoris vinculo constringimur, nosque inter nos magis, magisque diligimur, atque amamur; Eucharistia graece, quod latine bonam gratiam significat; Communio, Pacis, atque unitatis sacramentum, Metalepsis graece, latine assumptio; quod scilicet ibi Christus, qui nostram naturam assumpsit, est, huius uel sacramenti susceptione nos ad deum conuertit, uti Cat. eod. in principio, & Petr. Sor. eod. lect. undecima, & Bon. d. 8. art. 1. q. 1. p. prima asserunt, appellatur; quod itidem eius uirtute spiritali quodam cibo in hac uita spiritaliter reficimur, ac sustentamur; quod eiusdem uel ad aeternam facilius perducimur, eisdem autoribus Cena, Viaticum, Vita dicitur; quod tandem sub his speciebus Deo ipsi filium eius offerimus; pro peccatis, quae nos commissimus, ipsius oblatione satisfacimus, Hostia, Sacrificiumque hac itidem ratione de eorundem sententia nominatur: atque de sacramento Eucharistiae omnium praestantissimo haecenus, ad penitentiam sacramentum iam transeamus.




BARTHOLOMÆI V G O L I N I  
 EX MONTE SCVTVLO IVRISCONSULTI  
 A C M I S A N I A R C H I P R E S B Y T E R I

De Pœnitentiæ Sacramento nouæ legis Tabula.



De causa efficiente humana Pœnitentiæ Sacramenti, quæ Minister vulgò dicitur; ac de ijs, quæ necessariò inesse illi debent, sibiq; cum reliquis sacramentis communia sunt, Cap. I.



V O in discrimine, dum his moramur in terris, cuiusque nostrum salus versetur; nemo est, qui id & aliis edoctus periculis ignoret, & suis grauius afflicto miseris non sentiat: id quod eo dolentius comemoro; nam, etsi à Deo in suorum filiorum numerum baptismo cooptamur; ab eodem potenti virtute contra salutis nostræ hostes confirmatione munimur; cœlestique, ac diuino cibo Eucharistiæ sustentamur; vnde nullum iam nobis ab hostibus videbatur impendere periculum, nullum ab eisdem instare malum, quæ aut pugnando vincere, aut saltem fugiendo euadere nõ possemus; statim tamen nos miseris [ quæ animi nostri infirmitas est ] primo eorum aspectu non semel, atque iterum, sed sæpius cadimus; atque aut vltro, aut parum certè repugnantes illis nos dedimus; quotus enim quisque est, qui voluptatum illecebris non modo non resistat ipsis oppugnatus, sed libenter eis se deliniri, earundemque vinculis irretiri non patiarur? quis superbiam, reliqua, infinita quæ sunt, vt omitam, non modo nõ odert, sed ea tumidus, gloriosum militem imitatus non incedat? atqui hinc coinquinamur; omnipotenti Deo inimici facti eiusdem gratiam perdimus; eorundemq; malorum quasi vulneribus confecti spiritali vita priuamur; quare Christus dominus, qui sensus nostri motus rationi minus obtemperantes parentum nostrorum culpa factos, eiusdem rationis vires debilitatas esse nouit; quique nostrum misereri non obliuiscitur, in ira que misericordias suas non continet; vt hæc contractas animi sordes eluere, hæc inflata vulnera curare, eiusdem Dei optimi maximi gratiam recuperare possemus; saluberrimam medicinam, opportunissimum remedium, quo nõ semel, atque iterum, sed quoties opus ehet, vteremur, Pœnitentiæ sacramentum instituit; de qua agendũ hic iam nobis cum fiet, ab instituto nostro ne ditedamus, primũ, quinam sacramenti huius minister, atq; effector; deinde, quæ eidem necessariò inesse debent, sibi que cum reliquis sacramentis communia sunt, contemlemur; efficiens igitur pœnitentiæ sacramenti causa, quæ minister vulgò dicitur; vti generatim antea tradidimus, Homo est; inesse autem eidem in sacramento hoc administrando, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, necessariò hæc debent. Primum vt vnus scilicet, qui pœnitentem peccatis absoluat, se; non enim forma diuidi, partimque ab hoc, partim ab illo proferri potest,

- prolatavè prodest; formæ nanque sensus, quod generatim antea docuimus; tolleretur; pluribus tamen simul quem peccata confessione patefacere posse & Petr. Sot. lect. 11. eod., itemque Med. de Confes. quaest. 15. conclus. 1., & 2. inquirunt, de communi que suorum sententia idem Sot. ibidem, in quibusdamque locis Med iam id observatum fuisse [quamvis Scot. confessionem publicè factam non valere dist. 17. contendat, quam opinionem minus veram esse infra probabimus] testantur. II. Alius ab eo, qui sacramentum hoc suscipit; non enim se ipsum absolvere quis, vel summus Pötifex fiet, potest, argumento leg. pen. ff. de ar. bitri & leg. qui iurisd. ditione ff. de iurisdic. omni. iud., & leg. iulianus ff. de iudic. & C. neq. in sua caus. iudic. III. Vitâ hanc vivat. IV. Rationis usum habeat. V. Intelligat id, quod agit. VI. Sicuti Med. quest. 21. de confes. vers. Tertio cum seq., & Petr. Sot. eod. lect. 6. De ministro vers. De scientia quidem, & Ambr. Spier. confid. 2. serm. 19. concl. 2. eod., & Bon. dist. 21. art. primò quaest. 1. par. 2., ac denique Ioseph. Angl. eod. vers. Quando Sacerdos tanta laborat ignorantia, inquirunt; sacramentum hoc conficere, administrare ve sciat; etenim Qui confiteri vult peccata, ut inveniatur gratia, dicitur nanque in cap. quem poeniter de poenit. dist. 1., quare Sacerdotem scientem ligare, atque solvere, ne, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit; ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Hac ibi Angul.; quare, quòd ad munus hoc exercendum scientia quoque ea necessaria est, quam peccata, in qua frequentius saltem labimur, cuiuscemodi sunt, dignoscant, de ipsisq; dubius peritiores consulat, vti Caiet. in sum. in verbo Confessor, & in verbo Confessio sacramentalis, & Navar. in Manual. cap. 9. num. 9. comprobarunt; ob eam rem facultas, ac potestas hac huiuscemodi causas cognoscendi scientiæ clavis à sanctis Patribus est appellata, qui sacerdoti ergo rerum harum inscio peccata confitentur, ab eodemq; absoluitur, sacramenti effectum, de eorundem autorum sententia nõ consequetur; sicuti nanq;, si generatim quispiam se peccasse, speciatim peccati nulla mentione facta, cõfiteatur; absolui non potest; ita nec, qui peccatorum species non eas intelligenti confessus est; quòd perinde est; atque si confessione illa minus patefecisset, non absolueretur. VII. Idẽ sacramentum administrare possit. VIII. Illud idem conferre velit. 1. Re vera. 2. Re ipsa 1. 2. 3. Saltẽ virtute. 4. Ita vt humana actio sit. 5. Item vti res diuina scilicet sacramentum. IX. Formam, necessariamq; materiã itidem adhibeat. X. Ne ei, qui omnino sacramentum suscipere non vult, ijsq; qualitatibus praditum non animaduertit, quibus poenitentẽ praditum necessario esse debere declarabimus, administret, argumento quòd quidam extra de poenit., & remis. atqui de his hactenus; ad ea, quæ eidem inesse itidem necessario, debent, sed magis propria ipsius sunt, transeamus.

De ijs, quæ eidem ministro inesse necessario debent, propriaq; ipsius magis sunt, Cap. II.

- N** E S S E itidem necessario eidem ministro, quæ propria tamen magis ipsius sunt, hæc debent. Primum vt vir fiet; nam; cum sacerdotis munus proprium hoc sit, vti mox probabimus, sacerdotij vero dignitatem mulier non capiat; atq; idcirco functionem hanc exercere nõ potest, vt in cap. nouã quadam de poenit. habetur; sacramenti huius ministrum virum esse oportere satis constat. II. Baptismo initiatus fiet; qui enim baptismum non suscepit, qua ratione sacerdotij, quod hic necessario requiritur, particeps erit? III. Vt, sicuti Thom. dist. 11. quaest. 13. art. 1. lib. 4., & Sot. dist. 18. quaest. 4. art. 1., & Thom. ab Arg. dist. 17. quest. 2. art. 3. conclus. 1., & Bon. dist. ead. art. 1. quaest. 1. par. 3. inquirunt, & in cap. omnis de poenit. probatur, Tridentinaq; Syn. eod. sess. 14. cap. 6. apertissime declarauit, sacerdos sit; Circa ministrum autem huius sacramenti, dicitur enim ibi, declarat sancta Syn. falsas esse, & à veritate Euangelij poenitus alienas doctrinas oēs, quæ ad alios quosvis homines, pter episcopos, & sacerdotes clauis ministerij pniciosè extēdunt, putates verba illa dñi, Quæcunq; alligaueritis sup terrã, erũt alliga-

alligata, & in cœlo; & Quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo; & Quorum remisseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt; ad omnes Christi fideles indifferet, & promiscuè contra institutionem huius sacramenti ita fuisse dicta, ut quouis potestate habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, si correptus acquieuerit; secreta verò per spontaneam confessionem cuiunque factam; Hac ibi sancta Syno. inquit; quæ eadem can. 10. asserauit; neque iniuria; etenim, ut præteream Eucharistiæ sacramentum [à quo, quicquid gratiæ huius vi nobis tribuitur, deriuat; & ad quod suscipiendum sacramenti huius virtute habiles reddimur] à sacerdotibus tantum confici, ab eisdemque, sicuti Car. eod. cap. de ministro, ac Thom. d. 17. q. 13. art. primo, citati que autores tradunt, illud idem nobis administrari; cœlorum regni clauis, quarum altera [potestatis quæ dicitur] aut absoluiamus, aut condemnamus; altera [scientiæ quæ nominatur; quòd scilicet ad condemnationem, absolutionemque criminum cognitio, atque iudicio scientia necessaria est] peccatores ad peccata confessione patefacienda compellimus, patefactaque examinamus, ac perpendimus; id quod Romanus Pötifex in extrauag. quia quorundã de verb. sign. declarauit, cœlorum, in qua, regni clauis [peccatorum enim absolutione data cœlorum regnum aperitur; eisdem nõ remissis, neque cõdonatis illud idem occluditur] sacerdotibus tantum in illius ordinis susceptione, ut in cit. extrauag. habetur, & Magist. eodem cap. Quando hæ clauis dantur, itemque Sot. d. 20. q. 1. art. tertio, doctoresque vniuersi, ac Trident. Syn. comprobarũt, traditæ sunt; quare, qui reliquis Christi fidelibus, uel necessitas adsit; uel antea dimissa, uel leuiora peccata sint; confitentur [quòd neque diuino, neque hominum iurẽ illis, qui sacerdotes non sunt, peccata confiteri cogimur, ab eisq; cõfessione patefactis, si id illi conentur, non absoluiamus; Quorum enim remisseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, Apostolis, ac sacerdotibus à Christo dicta sunt, vt Med. de confes. q. 28. concludit, & in cap. omnis verò de poenit. habetur, à sanctaque Syn., eod. cap. 6. declaratum apparet; quamuis pudor ille, si necessitas adsit, plurimum proffit] vi tamen sacramenti à peccatis non liberantur, iterumque eadem peccata, si facultas sibi detur, uti Bonau. d. 17. art. 1. q. 1. p. tertia, & Thom. d. ead. q. 13. art. primo, & Magist. eod. cap. An sufficiat cõfiteri laico, & Scot. d. 17. art. 3. vers. Si uerò quæras, asserunt, de communi que sententia d. 17. q. 2. dnb. fin. testatur, sacerdoti confiteri compelluntur. IV. Iurisdictionem in eo, quem sibi peccata confitentem audit [quatenus ad rem hæc pertinet] habeat; ita nanque in citato cap. omnis extra eod. habetur, atque Sot. d. 20. q. 1. artic. 3. versic. De alia uerò potestate, & Scot. d. 19. art. quarto, & d. 17. art. 2. vers. Continet etiam, nouissimeque Catech. eod. cap. de ministro, concludunt; etenim, cum Christi institutione iudiciorum more hic agatur, uti Scot. d. 14. q. 4. artic. 2. versic. Ex hoc sequitur, & Melch. Can. p. 5. relect. prima, pag. 43. vers. Secundum fundamentum, & Petr. Sot., qui lect. 5. de ministro confessionis opinionem hanc cõmuniter receptam esse recenset, asserunt, Tridentinaque Syn. eod. sess. cap. 5., & cap. 6. nec non can. 9. de confes. declarat; Dominus noster Iesus Christus, ait enim ibi, è terris ascensurus ad cœlos sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tanquam præses, & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in qua Christi fideles ceciderint, quò pro potestate clauium remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronuntiet; constat enim sacerdotes iudicium hoc incognita causa exercere non potuisse. Hac ibi sancta Syn., cum iudiciorum ergo more, sicuti iam diximus, hic agatur; quemadmodum, si de aliquo, qui sub potestatem nostram non est, sententiam dicamus, iudicium nullum est, ut in l. fin. ff. de iurisdic. om. iud., & in cap. ut animarum de constitut. in 6. habetur; ita si, quem in huiuscemodi potestate, ac ditione nostra non tenemus, is à nobis aut absoluitur, aut condemnatur, condemnatio, absolutio uerò, vt Scot. d. 19. art. 4. vers. Sed hæc duo, & d. 17. art. 2. in vers. Continet etiam, ac reliqui communiter sentiunt, nulla erit; quare; quòd ratio hæc, uel leuioribus peccatis obstringamur; uel extra Quadragesimæ tempus sumus; uel aliàs ab eisdem peccatis sacramenti vi cõfessione patefactis fuerimus absoluti; uel sacerdos, qui confitentẽ quempiam audit, ipse uerò poenitens id ignoret; uel consuetudo, ut alteri, quam ei, sub cuius iurisdictione sumus confiteamur, adsit; quòd, inquam, ratio hæc semper viget, si his, qui facultatem hanc in nobis non habet, peccata confiteamur; ut in c. pen. §. fin. de poenit. in 6. habetur,

habetur, & in cap. quod autem extra eod. Abb., & Biel. d. 17. q. 2. concl. 2. notant; de cō-  
 muniq̄ue sententia Nauar. in manual. cap. 8. restatur; ut tamen sacramenti non absolue-  
 mur; nec quod peccata, quae Romanus Pontifex, antistesque reliqui sibi referuarunt, si  
 ipsi, alijve eorum nomine ijs peccatis constrictos absoluerint, referuata deinceps non  
 sunt; idcirco & a peccatis, quae quis suo parochio confessione patefecit, eorundemque  
 absolutionem consequutus est, alieno parochio eadem confessus ui sacramenti absoluerit;  
 nam, qui sibi casus exceperunt, ut primum de eorum autoritate dimissa sunt, satisfactura  
 ipsis est; quamobrem simplices parochi pristinum ius quo ad eadem peccata recuperant;  
 at hic, cum alienus parochus ius nullum habeat, meaue absolutione, qua ius meum ma-  
 gis conseruo, quam in alium transfero, ius ipse minime consequatur; merito huiuscemo-  
 di penitentem, cuius ipse neque proprius parochus, neque delegatus est, absolvens nihil  
 faciet; 1. Aut ordinariam; ut in citato cap. omnis de penit., & in clem. 1. de priuil. habe-  
 tur, ac Thom. d. 17. q. 13. art. quarto, & Sot. d. 18. q. 4. art. secundo, & Bonau. d. 19. artic. 2.  
 q. prima, & Scot. d. 17. art. 3. versic. Quantum autem ad cui, itemque Med. q. 21. de con-  
 fess. in regul. 2., nec non Petr. Sot. de ministro confessionis inquirunt, nouissimèque Cat.  
 eod. cap. de ministro dilucidè, atque apertè id declarauit. Sed iam de ministro huius sacra-  
 menti dicendum est, ait enim ibi, eum autem sacerdotem esse, qui ordinariam, aut dele-  
 gatam absoluedi potestatem habeat, ex ecclesiasticis sanctionibus satis apparet. Hæc  
 Catech. : iurisdicctio autem hæc ordinaria, ut ex ijs colligitur, quæ Bal. in l. more, quem  
 Alex., ac doctores sequuntur ff. de iur. omn. iud., tradit, est iurisdicctio hominibus alicuius  
 territorij spiritualia administrandi in persona alicuius proprio nomine residens; iudex  
 que ordinarius hic [qui & proprius parochus dicitur] est iudex territorij cuiuspiam ho-  
 minibus proprio, nomine, ac iure spiritualia administrandi ius habens: hanc verò iurisdic-  
 ctionem, quod eam priuati tribuere non possunt, ut in l. priuatorum C. de iur. omn. iud.  
 probatur, ac Gloss. in l. & quia in verbo Nec ipse ff. eod., sensit; ideo vel à principe, uel à  
 lege, uel à collegijs conferri posse eadem Gloss., quam ibi Bart., ac reliqui iuris interpre-  
 tes uniuersi sequuntur, asseuerant; neque iniuria; summo enim Pontifici, ne longius abe-  
 amus, sacrosanctum Cardinalium collegium; Episcopis Romanus Pontifex, Canonico-  
 rum uel illius Ecclesiæ, de cuius antistite creando agitur, conuentus, eodem Romano Pō-  
 tifice comprobante; inferioribus Episcopi in suis diocesis iurisdicctionem hanc con-  
 ferunt; ut in cap. licet de elect. in antiq., & in cap. ubi periculum eodem in sexto, & in  
 Clem. eod. ne Romani, & in tot. tit. in antiq., ac 6., ac in tit. de postulat. pralat., & in cap.  
 ex frequentibus de Instit. habetur; nam statim, atque summus Pontifex legitime ab ipsis  
 Cardinalibus electus est, uti Abb. in eodem cap. licet num. quinto, & in cap. transmissam  
 eod. num. 3. asserit; nulla alia, aut confirmatione, aut consecratione, possessione uel inter-  
 cedente, plenam administrandi potestatem habet; Episcopi uero, à Canonicis quidem  
 electi, posteaquam à Summo Pontifice confirmati sunt; ab eodem, post electionem ea,  
 quæ ad iurisdicctionem spectant, ut in cap. nostri, & ibi not. Abb., & in citato cap. trans-  
 missam, ubi quoque Gloss., atque Abb., quæ uero ad ordinem pertinent, post consecra-  
 tionem, ut ibidem probatur, consequuntur; reliqui etiam sacerdotio tamen initiati, sta-  
 tim, atque collatū ipsis beneficiū est, spiritualia, quæ ad ipsos pertinet, administrare [etiam  
 si in possessione ingressi nondū sint, modò consuetudo aliud non suadeat; tunc .n. in pos-  
 sessione prius proficisci, quod ipsimet facere possunt, oportet, nisi alius in ea sit, quemad-  
 modum Abb. in cap. transmissam docuit] spiritualia, inquam, administrare iure proprio  
 possunt; quare, quod Romanus Pontifex in toto terrarum orbe; Episcopi in suis diocesi-  
 bus. Parochi in suis parochijs iurisdicctionem hanc habent; ob eam rem, uti Amb. Spier.  
 term. 19. concl. prima in p. parre, & Melch. Can. p. 5. de penit. pag. 90. versic. Ad sextum,  
 & Petr. Sot. de ministro confessionis lect. 5., tradunt, de communiq̄ue sententia Tart. d.  
 17. art. 3. versic. Quantum autem ad cui, restatur; hi ordinarij iudices, proprijq̄ue parochi  
 appellantur; nec, quod Summus Pontifex uniuersis; Episcopi, ac parochi pluribus, com-  
 munes sunt; idcirco minus proprij dicuntur; nam proprium parochum hic non ut ipsi  
 communi repugnantem, sed ut alieno respondentem accipimus, in hancque sententiam  
 in citato cap. omnis de penit. à doctoribus cōmuniter acceptum esse proprium parochū  
 Med. eod. de confess. q. 29. in primo quaesito, ac multis in locis recenlet; constat igitur ex  
 his

his partim tres proprios parochos, partim duos, hunc unum, illum neminem habere; qui  
 enim in parochia, quæ in Episcopi cuiuspiam diocesi est, domicilium habet, hic, & pa-  
 rochia minister, & diocesis eiusdem Episcopum, ac Romanum Pontificem, cuius  
 uniuersis terrarū orbis parochia est, proprios parochos habet; ipse uero parochus, quod  
 & in Episcopi, & in Romani Pontificis, parochia est, ipsos ambos; Episcopus autem, q̄  
 in Summi Pontificis diocesi tantum est, ac parochia, unum Romanum Pōtificem; sum-  
 mus denique Pontifex, qui in nullius parochia est, neminem habebit. 2. Aut delegatam;  
 sic enim in Concil. Flor. sub Eugen. IV. conclusum est, sic Med. de confess. quaest.  
 21., ac Scot. dist. 17. art. 3. versic. Quantum ad cui, itemque Petr. Sot. lect. 5. de ministro cō-  
 fessionis, atque Catech. eod., diuinarumque rerum scriptores uniuersi rationibus com-  
 probantur: iurisdicctio autem hæc est iurisdicctio, quæ alieno nomine exercetur; & dele-  
 gatus iudex est is iudex, qui iurisdicctionem nomine alieno exercet; ita nanque idem Bal.,  
 quem reliqui iuris interpretes sequuntur, in l. more docuit; quare, qui alicubi non poe-  
 nitentiam sacramentum solum, uerum spiritualia quæcunque alieno nomine admini-  
 strant, hos non ordinarios parochos, sed delegatos appellabimus: atqui, quod iurisdic-  
 ctio hæc quoque aut à iure, aut ab homine confertur, prius, ubi à iure confertur, aga-  
 mus; primum igitur, uti Bonau. dist. 19. quaest. 1. art. 3., & Petr. Sot. de ministro confess.  
 lect. 5., & Med. de confess. quaest. 28. in 3. membro, & Catech. eod. cap. de ministro com-  
 munitè asserunt, cum mortis periculum imminet, simulque ordinarius parochus non  
 adest; uel si adest, huic in periculo huiuscemodi constituto operā dare aut non uult, aut  
 non potest; ne hac occasione aliquis pereat, à quouis sacerdote, & à peccatis, quæ uel  
 Romanus Pontifex, & suus Antistes sibi referuarunt, & à censuris quibuscunque, si qua  
 constrictus teneretur, ut absolueretur, permissum est; Veruntamen pie admodum, Trid.  
 Syn. sess. 14. de casu referuacione cap. 7. eod. inquit, ne hac ipsa occasione aliquis pereat,  
 in eadem ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit referuacio in articulo mortis;  
 atque ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes à quibusuis peccatis, & censuris, ab-  
 soluere possunt. Hæc ibi sancta Syn. docuit; ac merito; iurisdicctionis enim distributio,  
 casuumque quorundam referuacio, quod Christi fidelibus magis, magisque consultum  
 esset, in ecclesiam introducta sunt; hic uero non modo ipsis non cōsuleretur, si à quouis  
 sacerdote absolutionis beneficium tunc non consequerentur, sed contra potius exitium  
 sempiternum quandoque, non mediocrè detrimentum sapius contra l. quod fauore C.  
 de legibus, paterentur; quamobrem, qui Dei ecclesiæ præsent, eo temporis momēto hu-  
 manarum legum vincula uniuersa relaxarunt; unde, & si alijs quis licentiam, ut cui uelit,  
 peccata confiteatur, impetrant, neque à sacerdote suo antistiti in functione hac non  
 probato, sicuti Trid. Syn. sess. 23. cap. 15. de reformat. sancit; neque ab eo, cui uel excō-  
 municatione nominatim, uel publicè ita, ut celari nequeat, ratione uel alia eodem modo  
 munus hoc sibi interdictum est, ut in Extranag. Ad euitand. habetur, absolui potest; hic  
 tamen, Trid. Syn. permittente absoluetur; omnes enim sacerdotes, ut ead. Syn. inquit,  
 quoslibet poenitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt; si ergo sancta  
 Syn. nullum poenitentem, nullum peccati, poenæ uel genus, nullum denique sacerdotem  
 excipit; ergo nos eius autoritatem secuti à sacerdotibus etiam hæresi pollutis, de suo uel  
 gradu quoquo modo deictis, sicut in baptismo fit [q̄ poenitentia ijs, qui in peccatū lapsi  
 sunt, non minus necessaria est] sacramentum hoc suscipiemus; nec, q̄ in c. de cetero, & in  
 c. ea de sent. excomm., excommunicatione absoluti, si periculum illud mortis euaserint,  
 suum ordinarium iudicem, quod eius mandata suscipiant, conuenire coguntur; idcirco  
 hic, si ualetudinem recuperabit, proprio parochio eadem peccata necessariò confitebitur;  
 nam peccatorum, quæ sacramenti ui semel nobis dimissa sunt, nullo iure rursum necessa-  
 riò confessione obligamur; sicuti nec, qui à censuris semel absoluti sunt, in hoc casu, ite-  
 rum ut absoluantur, suum ordinarium iudicem recuperata ualetudine adeunt; ac planè,  
 si is, qui de sui parochi licentia ab altero sacramentum hoc sibi administrandum curauit,  
 eorundem peccatorum confessionē iterare non cogitur, ut omnes fatentur; qua ratione  
 idem iuris autoritate fieri nō posse asseuerabimus; non igitur eadem peccata nostro de-  
 inceps parochio, cum è morbo conualuerimus, necessariò confitebimur, atq; ita Syluest.  
 in verbo Confessio l. nu. 21., qui alios idem sentire recenlet, ac Ioseph. Angl. eod. in dist.

Qui in articulo mortis, concludunt. ¶ Imperitia quoque proprii parochi; unde ad munus hoc obeundum ineptus sit, ut alteri idoneo, etiam si necessitas non adsit, quis confiteatur, iure permittitur; Placuit, ait nanque Urbanus Pontifex in cap. placuit de penit. dist. 6., vt deinceps nulli sacerdoti liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad poenitentiam suscipere sine eius consensu, cui prius se commisit; nisi pro ignorantia illius, cui poenitens prius confessus est; qui verò contra statutum facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit. Hæc ibi Summus Pontifex; ex quibus & alieno parochi nos peccata confiteri posse iuris permittit satis constat. ¶ Minores itidem fratres, prædicatoresque à suis Antistiti, atque Episcopo diocesis oblatis, habilesque ab eodem comprobati, & functionem hanc exercere, & diocesis eiusdem Christi fideles peccata confessione ipsis explicare queunt; Statuimus, dicitur enim in clem. dudum in §. statuimus de sepul., & ordinamus auctoritate prædicta, ut in singulis ciuitatibus, & diocesis, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur; vel ciuitatibus, & diocesis locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur; magistri, priores, prouinciales prædicatorum; aut eorum vicarij, & generales, & prouinciales ministri, & custodes minorum ordinum prædictorum ad præsentiam prælatorum eorundem locorum se conferant per se, vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petaturi, ut fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorum ciuitatibus, & diocesis confessiones subditorum suorum confiteri sibi uolentium audire liberè valeant; & huiusmodi confitentibus, prout secundum Deum expedire cognouerint, poenitentias imponere salutaris, atque eidem absolutionis beneficiū impendere de licentia, & gratia, & beneplacito eorundem; ac deinde præfati magistri, priores, prouinciales, & ministri ordinum prædictorum eligere studeant personas sufficientes, idoneas, uita probatas, discretas, modestas, atque peritas ad tam salubre ministerium, & officium exequendum; quas sic ab ipsis electas representent, uel faciant præsentari prælati, ut de eorū licentia gratia, & beneplacito in ciuitatibus, & diocesis eorundem huiusmodi personarum sic electarum confessiones sibi uolentium audiant; imponant prius salutaris; & beneficium absolutionis in posterū impendant, prout superius est expressum; extra ciuitates, & diocesis, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, & non per prouincias deputari, confessiones nullatenus audiantur; numerus autem personarum assignandarum ad huiusmodi officium exercendum esse debet, prout vniuersitas cleri, & populi multitudo, uel paucitas exigit eorundem; etsi iidem prælati petita licentiā confessionum huiusmodi audiendarum concesserint, illam præfati magistri, ministri, & alij cum gratiarum recipiant actione, dictarumque personarum sic electarum commissum sibi officium exequantur: quod si iam dicti prælati quinquā ex dictis fratribus præsentatis eidem ad huiusmodi officium uolent hære, uel non ducerent admittendum, eo amoto, uel subtracto loco ipsius similiter eidem præsentandus prælati, possit, & debeat alius subrogari; si uero iidem prælati præfatis fratribus ad confessiones, ut præmittit, audiendas electis huiusmodi exhiberi licentiā recusatint; nos ex nunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri uolentium liberè, licitèque; audire valeant, & eidem prius imponere salutaris, atque eidem beneficiū absolutionis impartiri gratiosè procedimus de plenitudine Apostolicæ potestatis: per huiusmodi autem concessione nequaquam intendimus personis, seu fratribus ipsis taliter deputatis potestatem in hoc impendere ampliorè, quā in eo curatis, uel parochialibus, sacerdotibus est à iure concessa, nisi forsitan eis ecclesiarum prælati ueriorè in hac parte gratia specialiter ducerent faciendam. Hæc Rom. Pontifex ait; quare, quod ipsis parochis ampliorè potestatem huiusmodi fratres non hant; ob eam rem, sicuti extra diocesim, ubi probati sunt, hanc functionem exercere nequeunt; ita à peccatis, quæ sibi aut Rom. Pontifex, aut diocesis eius Antistes reseruauit, non absoluent; Per hoc autem non intendimus, habetur. n. in c. 1. in §. per hoc autem in extrauag. de priuileg. quod sæpe dicti fratres, quod ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confessionibus, & poenitent. in iungendis, quā parochiales sacerdotes noscuntur hære; sicque; de casibus Episcopis, & superioribus, quos inferius annotamus, ac sedi Apostolicæ reseruatis se nullatenus intromittant; idem in cit. §. statuimus in uers. nec etiā in casibus de sepultur. habet. An autem his fratribus sine proprii parochi licentiā confiteri quis peccata possit? equidem, quod Romanus Pontifex liberam hinc poenitentis audiendi facultatem præbet, necessariā idcirco eam non esse opinor; ac planè si cum simplicibus parochi potestatem hanc faciunt, horum licentiā non requiritur, quemad-

quemadmodum in c. omnis de poenit. habetur, & consuetudine probatur; quanto minus ipsis permittentibus simplicis parochi permittit opus non erit; nam & proprios parochos eisdem esse, ab eisdemque; alteri facultatem hanc ordinariam quoque tribui antea probauimus; quod igitur & priuilegium hoc Christi fidelium gratia à Romano Pontifice concessum est; quodque; aliis, si à simplicis parochi licentiā ipsam penderet, inutile reddi posset; his de causis, qui hinc fratribus confiteri uolent, noua parochi licentiā non egeant; sic nanque Gloss. in citato §. statuimus. in uerbo liberè, atque ibidem alij, nec non Med. q. 29. de confess. in prima q., ac Rosel. in uerb. confessio 3. numero uigesimo nono sentiunt; sic in extrauag. capitulo primo de priuileg. & in capitulo uas electionis de heret. probatur; Electi igitur; ait enim ibi de priuileg. Romanus Pontifex, ab eisdem fratribus ad audiendas confessiones, & poenitentias iniungendas libera auctoritate Apostolica absque licentiā diocesanorum, & aliorum Prælatorum inferiorum exemptorum, & non exemptorum, quibus subsunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata sua confiteri uolentes; idem contra Ioannem quandam contrarium asserentem in eod. cap. uas electionis, declaratur, atque concludit; sicut ergo licentiā nobis alia, quod his peccata confitemur, non requiritur; immò ipso Episcopo, antistite uero, à quo in munere hoc probati sunt, mortuo, iisdem nobis poenitentiam factam administrare uult, ac legitime possunt, ut in extrauag. 1. in §. datam de priuileg. hant; Datam uero licentiā, ait nanque ibi Rom. Pontifex, per diocesanorum mortem nolumus terminari; ac Suppl. in uerbo Confess. 3. num. 12. de Clementis Quarti priuilegio, & Rosel. eod. inquit; ita ei, quod his fratribus se sua peccata confessum esse asserit, sius parochus, modò excoicationis vinculo irretitus, publicus uero peccator hic ne sit; quod scilicet sua in primis res agitur; fidem hære debet; Super confessione autem facta fratribus memoratis, cum de confitentis solius iudicio [si falsum dicat] agatur, in iudicio animarum, seu prius foro stabilitur simplici uerbo illius, qui sacramenta petit prædicta, & dicit fratribus se confessum; duos autem casus excipimus. si sacerdos asserat eum excoicatum, aut notorie peccatorem: sed uideat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum, uel in fraudem; quod, si hoc egerit, à delicto tali, nisi plenè satisfecerit, præterquam in morte, absolui nequeat, nec de illo ad prius aliter admittatur; hi quoque fratres igitur poenitentes audiendi facultatem hanc à iure sibi mandatam hant. ¶ Archiepiscopus itidem, cum prouincia uisit, ut in c. fin. de cens. in 6. hant, atque ibi not. Gloss., Suffraganeorum suorum subditos iure audire potest; etenim, cum eo tempore id sibi permittatur, aliis prohibitum munus hoc esse censetur; argu. c. non ne de præsumpt., & l. cum prætor ff. de iud.; ac planè, si iure proprio, facultatem hanc haberet, quamobrem ea, cum prouinciam uisit, uti ipsum posse Rom. Pontifex concluderet; aliis igitur non poterit, uti Suppl. in uerbo Poenitentia 2. num. 4. in fine, & Rosel. in uerbo Confess. 2. num. 1. inquit. ¶ Qui itidem ab Episcopis, nec non à reliquis ecclesiæ præsidibus maioribus cooptantur, ut ipsis sua peccata confiteantur, hos quoque; à iure delegatos esse existimamus; Ne pro dilatione poenitentiarum, dicitur. n. in c. fin. extra eod. de poenit., periculum imminet animarum; permittimus Episcopis, & alijs superioribus, nec non minoribus prælati exemptis, ut præter sui superioris licentiā, prouidum, & discreti sibi possint eligere confessorem. Hæc ibi Rom. Pontifex; delegati quoque; igitur & hi, qui ab hinc deliguntur, sunt, atque ita Pet. Sot. de ministro confessionis lect. 5. uers. Tertia ratio, docet, atque ex ijs, quod antea de ordinarijs, ac delegatis iudicibus hinc egimus, satis probatur; In his igitur casibus iure, quod in scriptis habemus, delegatio fieri permittit. ¶ Ab homine uero primò quidè iure proprio ab ordinario fit; nam, cum is demum iurisdictionem delegare possit, quod eam suo, non alieno, nomine hant, ut in citata l. more maiorum ff. de iurisd. omn. iud. dicitur [More maiorum, inquit enim ibi iureconsultus, comparatum est, ut is demum iurisdictionem mādare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet] ordinarijsque; parochus si sit, uti probauimus, merito ipse iurisdictionis huius delegandæ facultatem habebit, atque ita in c. omnis de poenit. sancitum, ac declaratum esse legitimus; Si qui autem, dicitur enim ibi, alieno sacerdoti uoluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiā prius postulet, & obtineat, à proprio sacerdote; cum aliter ipse illum non possit absolueri, uel ligare. Hæc sancta Syn.; quare, quod & Summum Pontificem totius terrarum orbis; & diocesis, quas habent, Episcopos; suorum locorum parochos, ordinarios iudices, ac proprios parochos esse antea docuimus, in hancque; sententiam illud Proprium in c. omnis accipi



communiter recentimus; horum singuli iure, eoque proprio iurisdictionem hanc: uel tacito, delegare poterunt; etenim, etsi consuetudo per se id tribuere non potest, ut in cap. pen. in §. fin. de penit. in 6. probatur, eadem tamen ab Episcopo, uel tacito comprobata ob l. cum quid ff. si cert. petatur; & l. saepe ff. de re iud.; uti Med. eadem q. 31. docet, ac Nauar. capit. 26. num. 29. in manuali, communiter receptum id esse testatur, hoc praestabit; alieno autē & is, cui iurisdictione delegata est, poterit si permittitur id sibi à mandante fieri, non enim delegatus, ut in l. à iudice. C. de iudic., & in cap. fin. in §. fin. de off. deleg. habetur, iudicis dandi potestatem habet; nam, cum munus hoc cuiusdam ordinarius mandans eius spectasse industriam, ac sedulitatem existimetur; alteri illud idē amandare ipsi non posse, argumento l. vn. §. ne autem hoc C. de cad. tol. creditur; siue igitur ordinarius expressè id delegatis permiserit, siue tacito; ut quia scit ab hisce functionem hanc delegari, ac non prohibet; delegatio ualebit; hinc capellani, uel quod omnia, quae ordinarius in hoc potest, ipse tacito permittit existimantur; uti consuetudo, de qua Med. de confess. q. 32; testatur, declarat; uel quod uniuersitas quasi canfarum ipsis mandata est, quo casu delegatio permittitur; ut communiter receptum id esse Bartol. in dicta l. more numero 11. commemorat, ac sequitur, delegabunt: Sicut autem delegare munus hoc cuius non potest; ita illud idem nisi sacerdoti aut eo in loco parochiam habenti, aut ab Episcopo loci illius ad functionem hanc habili iudicato, ut Trident. Synod. sess. vigesima in capitulo decimo quinto, de reformat. inquit, mandari non licet; Quamuis presbyteri; inquit enim ibi sancta Synod., in sua ordinatione à peccatis absolueri potestatem accipiant; decernit tamen sancta Synod. nullum etiam regularem posse confessiones secularium, etiam sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis uidebitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur; & approbatione, quae gratis detur, obtineat; priuilegijs, & consuetudine quacunque etiam immemorabili non obstantibus. Hae ibi sancta Synod.; non igitur simplex parochus quemuis, qui sibi in hoc munere optulerit, etsi sacerdos, alieno que Episcopo, non autem suo probatus est, eliget; nam nec minores fratres, ac praedicatores in hac dioecesi approbati in altera, nisi & ibi probentur, quod iam uisimus, id exercebunt; qui tamen semel in dioecesi quapiam ad functionem hanc admissus fuerit, eo antistite uiuo, uel diutius illinc abfuerit, demumque nunc redierit, sacramentum hoc iure optimo administrabit; his ergo ut delegetur functio hac, permittitur est; illi, quos recentimus, sicut etiam Romani Pontificis delegatus, ut in capitulo fin. §. fin. de offic. delegat. habetur, quemadmodum etiam Episcopi vicarius generalis, cum, ut iuris interpretes in l. more concludunt, ordinarius sit, eam delegare possunt; constat igitur iam ex his plus iuris ordinarios, quam delegatos habere; etenim, si à proprio parochio, quempiam suorum ut quis sua ei peccata confessum absoluat, permittatur, statim atque sacramentum semel illi hoc administrat, iterum eundem audire, licentia iterum non habita, minus ipsum posse l. boues §. hoc sermone ff. de verb. significatione argumento nobis est; at ordinarius, quotiescumque confiteri sibi subiectus peccata uult, toties absolutionis beneficium legitime illi impertitur; praeterea, si ordinarius è uita decesserit, aut alias iurisdictione spoliatus sit, idque sciatur, delegatus mandatum sibi iurisdictionem exequi re integra, non potest; nam, cum uniuersa ipsius delegati uis à delegante pendeat, in eoque nitatur; planè, aut morte, aut ratione alia ordinario delegante iurisdictione priuato, is, qui mandatum iurisdictionem ab eo habet, facultate sibi tradita, quod in l. & quia iurisdictionem respondit, Bartolusque, ac doctores ibidem notarunt ff. de iurisdic. omnium iudicum, carebit; Et quia, inquit enim ibi Paul., nec principaliter ei iurisdictione data est; nec ipsa lex defert, sed confirmat mandatum iurisdictionem; ideoque, si is, qui mandauit iurisdictionem, decesserit, antequam res ab eo, cui mandata est iurisdictione, geri ceperit, solui mandatum Labeo ait, sicuti in reliquis causis. Hae ibi iurisconsultus; ordinarius uero & eo, à quo ius hoc adeptus est, mortuo, potestatem suam nihilominus retinet; non enim Episcopo exempli gratia mortuo parochi iurisdictione, quam in parochijs; quae sibi ab eo collatae sunt, habent, priuantur, nisi ordinaria iurisdictione ab altera ordinaria omnino pendeat; unde Episcopi vicarius, etsi iurisdictionem ordinariam habet, uti Abb. in capitulo pen. de offic. vicar., & doctores in l. more de iurisdic. omn.

iud. con-

iud. concludunt; quia tamen in Episcopo nititur; ob eam rem ipso mortuo, alias uel iurisdictione priuato, sicut eisdem in locis notatur, & ipsius vicarius iurisdictionem non habebit; contra uero delegante nonnunquam mortuo delegata iurisdictione non extinguitur; nam si delegatus ab ordinario delegandi facultate habens delegauerit, mortuusque deinceps sit, mandata iurisdictione uiuo ordinario, à quo iurisdictione pendet, non tollitur, atque ita Ias. in dicta l. more numero 13. de iurisd. omn. iud. per doctrinam Bart. in l. 2. in fin. ff. de curatore bonis dan., declarauit; ordinarius denique absolueri à peccatis omnibus quandoque potest, id quod delegato simpliciter constituto non licet; ecce enim Episcopi munus hoc exerceat, simpliciter Episcopus permiserit, nisi speciatim facultatem absolueri à reuerentis ei concesserit, à peccatis huiusmodi constructum absolueri nequit; argumento cap. qui ad agendum, & cap. qui generaliter de procur. in sexto, & cap. 1. in extranag. de priuilegijs. in §. per hoc autem non intendimus; ubi ergo ordinaria potestas ipsa delegata est; atque idcirco sine causa & mandata iurisdictione hac si reuocetur, delegatus id sciens illam exequi praeterea non poterit, ut in §. rectè in Instit. mandati habetur; atque Bart. in l. more, ac reliqui iuris interpretes concludunt. 3. Iurisdictionem igitur legitime ut habeat, necesse est; in id minus, saltem horum, ad quos id spectat, autoritate in possessione sit, communiterque iniustam possessionem ipsam obtinere ignoretur; nam, quod ea, quae gesta sunt, tanquam à iudice, qui iudex non est, firma sint; haec duo, quemadmodum Bald., ac doct. in l. Barbarius ff. de officio prat., atque Abb. in cap. nihil num. 11. de elect., ac Sylu. in uerbo confessor. 1. nu. 15. concludunt, necessario requiruntur; quare, cum Trident. Synod. sess. 24. cap. 18. de reformatione, uacantia beneficia peritiori, habilitiorque [si plures adfuit] conferenda sancierit; si antistes, ad quem hoc spectat, contrarium conetur, ipsiusque autoritate minus idoneus in possessionem beneficii ingressus sit, idque lateat; interim, quae ab ipso gerentur, ualebunt; nec, quod alter postea, qui iniuriam se passum probauit, iureque beneficium ad se auocauit, idcirco infirmabuntur. 4. Iurisdictione denique hac, quam hae, ad uniuersa peccata, quae sibi penitens confitebitur [si uniuersorum absolutionis munus impertiri ei uelit] pertinet; etsi enim quae statim atque sacerdotio initiatus est, uniuersa peccata dimittendi potestatem consequitur, uti nos suo loco probauimus, ac Trident. Synod. c. 15. sess. 23. de reformatione, id significauit; quod tamen Christi fideles grauiora crimina uident, minusque praecipites in eadem ferantur, cum sciant non cuique delicta huiusmodi confitentis, sed maioribus tantum iudicibus, quorum erubescant ora, terribilesque; perimebant uultus, ipsorum ueniam se impetraturos esse; ideo in ecclesia Christi dei seruati semper fuit, ut summi sacerdotes, Romanusque; Pont. in primis in toto terrarum orbe, quae sua dioecesis est, ut in extranag. 1. de maior., & obed. probatur; unde illius hac de re sanctorum Christi fideles uniuersi obligant; nec non Episcopi, qui dioecesium habent, in illis [extra. n. eas egredi & ipsis non permittit] delicta quaedam sibi reseruent; Magnopere uero ad christiani populi disciplinam pertinere sanctissimis Patribus nostris uisum est, ait nanque sess. 14. c. 7. Trident. Synod., ut atrociora quaedam, & grauiora crimina non à quibusuis, sed à summis dumtaxat sacerdotibus absoluerent; unde merito Pontifices Maximi pro summa potestate sibi in ecclesia uniuersa tradita causas aliquas criminum grauiores suo potuerunt peculiari iudicio reseruare; neque dubitandum est, quando omnia, quae à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopi omnibus in sua cuique dioecesi in adificationem sui, non in destructionem liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes autoritate, praesertim quoad illa, quibus excoriationis censura annexa est; hanc autem delictorum reseruationem cononem est diuinae autoritati, non tantum in externa politia, sed et coram Deo uim habere; Hae ibi sancta Synod.; Quare simplex parochus hosce, quae celeribus aut à Romano Pontifice sibi reseruat, aut ab Episcopi in suis dioecesium sibi exceptis; aut iure comprehensis constructi sunt, homicidas. scilicet uoluntarios, falsi, sacrilegij, incendij, eorum, quod uel cum excoriatione coniunctum est, uel soleanni penitentia expiatur, uel quo clerici irregulares sunt, ecclesiarumque; libertas, immunitatesque; uolantur, uicio comminatos; hosce, inquam, ne absoluat, non enim [mors periculo excepto, licentia uero ad id speciatim impetrata; ut in §. sicque; in extranag. 1. de priuilegijs. hae id potest; Sicque, de casibus Episcopi, & superioribus, quos inferius annotamus, ac sedc Apostolicę reseruat se nullatenus intromittat;

S 2 obierunt

obseruent ergo sollicitè dicti fratres, ne ad confessiones recipiant criminosos criminibus, pro quibus solemnis est poenitentia iniungenda; modò eodem excommunicationis respuant, & clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt [inconueniens enim existimamus, ut à peccato absoluat, qui poenitentiam ei debitam imponere aut irregularitatis poenam peccati sequelam, uel excommunicationem, quae insignitur maximè à iure quandoque pro crimine, quae uel quem ab ecclesia, & per consequens à participatione ecclesiasticorum sacramentorum excludit, remouere non potest] incendiarios, eosque, qui tam enormibus sunt irretiti peccatis, quòd ea rationabilis consuetudo praescripta canonicè, in Episcopatibus aliquibus reseruauit Episcopus, similiter non admittant; quam còsuetudinem ex causa, quae iussè ad id ànimus nostrum mouit, solummodo circa uoluntarios homicidas, falsarios, ecclesiarum immunitatis, & libertatis ecclesiasticae uoluntarios, & fortilegos approbamus; quòd si fortè antequam ab eo, qui potestatem habet, absolui possit, mors talium confiteri uolentium uerisimiliter timeatur, etiam in praedictis casibus saepe fati fratres eos confiteri uolentes audiant, ipsisque beneficium absolutionis impendant, sed subeant iuramentum, quod liberati se suis Episcopis, & excommunicatoribus praesentabunt, excommunicantium super his, pro quibus ab eis excommunicati erant, & Episcoporum pro peccato huiusmodi parituri mandatis. Haec summus Pontifex ait; à reseruatis ergo simplex parochus, uel posteaquam commissi sunt, maiores sacerdotes ea sibi reseruauerint, nò absoluet; crimina enim, causauè, q̄ nondū in iudiciū deducta sunt, ex nouis constitutionibus, quibus aut noua iudicij exercèdi forma inducitur, aut pena, uel minuitur, uel augetur, uti Bart. in l. oēs populi nu. 44., & nu. 49. ff. de iust., & iure, & Bal. in l. leges, & cōstitutiones nu. 2. C. de legib. inquit; & agunt, & terminantur; quare, qui in crimen quodpiā incidit, quod sius antistes deinceps sibi reseruauit à simplici parochio, & si extra dioecesim illud comisit, absolui eo nequibit; etenim, ut subiectorum saluti consilatur [quae ratio hic locum habet] antistes crimen illud sibi in primis excepit; immò, quòd in causis ageandis, cognoscendisq; criminibus eius loci, ubi ea discutuntur, atque examinantur, iudicij formam seruari idem Bartol. in l. cunctos populos numero decimoquinto, & numero 48. C. de summ. trinit., & fid. cathol. docuit; ob eam rem, qui sedem stabilem, domiciliumque certum non habent; quique alibi nò domicilij quidem mutandi gratia, ad tēptis tamē non breue sunt; à peccatis, quae, uel ubi reseruata non essent, commiserunt, si loci, quem incolunt, ubi uel peccata hęc confitentur, antistes sibi reseruauit, à simplici parochio non absoluentur; nec, quòd, qui in crimen à suo antistite reseruatum incidit, in alienam dioecesim profectus, ubi reseruatum non est, is absolui non potest, quicquam huic opinioni repugnabit; hic enim cum non eo, ut ibi habitaret, moraretur uel diutius, profectus sit; atque idcirco illius parochie ius non consequatur; meritò, uti alienus, neque à non reseruatis, absoluetur; quod ea ratione fieret, si illuc uel diutius ibi habitandi, uel domicilium mutandi gratia commigrasset; minus quoque huic obstabit, quòd, qui è dioecesi sua abiens à peccatis non in sua parochia, sed in ea, inquam profectus est, reseruatis, licentia à proprio parochio alibi confitendi impetrata, etiam à reseruatis absolui potest; illud enim idcirco fit, quòd delegantis non suo iure, quamuis in sua parochia, sacerdos ille utitur; unde, sicut eorum peccatorum absolutionem proprius parochus impertiretur; ita sacerdos hic alienus proprii parochi partes agens meritò impartietur; qui ergo exempli gratia Perusij, alibi uel studiorum, alterius uel negotij causa commorantur, eius loci, quem incolunt, parochi, quòd ea habitatione parochia ius consequuti uidentur, argumento l. filij §. relegatus ff. ad municipalem iunct. Auth. habita C. ne filius pro patre, peccata confitebuntur; qui uero quotidie vagantur, nullibi que domicilium habent, eius fori, cui uel ipsi se subiciunt, uel paschatis tempore erunt, legibus utentur; sic nanque in alijs, ubi inueniuntur, conueniri ipsos posse Gloss. in l. 1. C. ubi de crim. agi. oportet, quam ibi doctores sequuntur, notauit. IV. Ne censura ecclesiastica, alia uel poena, unde functione hac priuatus sit, aut nominatum, aut ita ut celari nequeat, irretitus fiet; nam, cum per extrauag. Ad euitanda, ne ab hoc sacramenta suscipiantur, prohibitum fiet; planè, si contra fiat, q̄ mortiferè peccatur, absolutionis fructum, uti Bonau. dist. 19. artic. secundo, & Petr. Sot. de ministro eodem lect. sexta, & Med. q. 23. de confessione inquit, poenitens non consequetur.

V. Quae

V. Quae poenitens peccata confitetur, ea sacerdos auribus accipiat; uti Rosel. in verbo Confessor 1. num. 8. asseruit, Doctoresq; uniuersi còcludunt; etenim, cum iudex, à quo & causa cognoscatur, & cognita ab eodem terminetur, constitutus sit; si poenitentem, dum peccata confitetur, non audiat, eum aut absolueret, aut condemnare hic non poterit; alioquin & dormienti peccatorum factam confessionem ualere, & quem non audiimus, de eo iudicari nos posse fatendum est; quo quid absurdus excogitari? quid iniustius, iniquius uel esse potest? cum igitur poenitentem sacerdos somno oppressus ratione uel alia detentus, non audiuit, non illum absoluet; uerum, ut confessionem iteret, de Rosel. còfilio, atq; auctoritate in verbo confessor par. 1. nu. 8. omnino suadere còabitur. I. Praeterea peccata poenitentis, quae auribus accepit, sibi, quòd à se ille absoluat, explicata sint; nò, enim qui alteri sua peccata confitentem, casu dedita uel, opera adiuit, absolueret hunc poterit, nam non ut iudici, quod oportet, nota sunt, atque ita Rosel. eod. num. 2., & Tab. in verbo absolutio num. 25. inquit; si tamen poenitens hunc sacerdotem huiusce rei gratia adeat, seque peccata, quae ipse sacerdos alias nouit, tantum se commississe, ea que se detestari fateatur, hunc ab illo absolui posse non dubitarem; confessio enim uti ministro sacramenti huius facta adest, quòd necessariò requiritur; eadem singulorum peccatorum, id quòd necessarium quoque est, non desideratur; nam sacerdotis cognitionem confessio hac spectat, ab eademque explicatur; at sacerdos ille non generatim tantum illum peccasse, sed hac, uel illa, peccata eundem commississe nouit; hinc & confessionem iterare qui cogitur, si sacerdotem illum, cui primò peccata confessione patefecit, quique eorum oblitus non est, conueniat, non iterum eidem sigillatim ea confiteri oportere, sed generatim ea explicare Doctores, ac Nauar. in Manual. cap. 9. num. 16., & Tab. in verbo Confessio 2. num. 14. fat esse existimarunt. VI. Quem contritum non esse animaduertit, eum ne absoluat; nam; cum hic in peccatis adhuc perseueret, qui fiat, ut Dei gratia, qua peccata delentur, hic carens remissionem peccatorum consequatur? eundem tamen peccata confiteri uolentem sapius audire, ut in cap. quod dicitur de poenit. habetur, potest; modo que improbis apud inferos constitutas poenas enarrando illum deterere; modo in caelesti regno aeternam felicitatem paratam poenitentibus ob oculos proponendo, ut Host. in summ. de poenit. num. 46. inquit, ad ueram poenitentiam excitare debet. VII. Quem tandem audiuit, ipsemet absoluat; qui enim causam huiusmodi hanc cognouit, eundem sententiam quoque ferre debere Scot. dist. 21. quaest. 2. conclus. prima uerf. Contra rationem istam, & Ambr. Spier. serm. 19. consid. 2. de confess. conclus. 3. in. 3. uerf. asseruerunt; quare, qui mihi peccata confessus est, ab illis sacerdos alter, ut qui iudex ipse non fuit, eum absolueret, condemnare uel non potest; hac de ijs, quae ministro poenitentiae necessariò inesse debent, haecenus dicta sunt; ad ea, quae eidem inesse, quamuis non necessariò, communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum ministris sunt, transeamus.


*De ijs, quae eidem causa efficienti, ac ministro sacramenti poenitentiae inesse, quamuis non necessariò, debent; sibiq; cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, Cap. III.*



NE SSE autem eidem ministro, causaeque efficienti poenitentiae sacramenti, quamuis non necessariò, quae sibi cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, haec debent. Primum ut, sicut Thom. dist. 19. quaest. 2. art. 2., & Bon. dist. ead. art. primò quaest. 2., & Petr. Sot. eod. lect. 6. in fine, itemque Ambr. Spier. serm. 20. consid. prima conclus. prima, ac Med. de confessione quaest. 24. inquit; & in cap. primo in §. sacerdos itaque de poenitent. dist. 6., & in cap. qui sine peccato 3. quaest. 7., & in cap. ple. unque 11. quaest. 3. habetur; ne mortiferi peccati culpa pollutus sit; etsi enim huiusmodi sacerdoti peccata dimittendi potestas non adimit, ut citati auctores còprobarunt; Tuiden.

- Trid. Syn. eod. sess. 14. cap. 6. & can. 10. asseruit; si quis, dixerit sacerdotes, ait enim ibi, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & solvendi non habere, &c. anathema sit; mortiferè tamen ipsum peccare, de eorundem, quos citauimus, autoritate non dubitatur. II. Ne censura ecclesiastica, aliavè pœna; vnde munus hoc explere legitimè nequeat, quamuis id ignoretur, constrictus sit; etsi enim per extrauag. ad euitanda ei. confiteri sua peccata liberè q̄s potest, atque idcirco confessio valet, id quod Petr. Sot. eod. lect. 6. vers. Quod verò dicimus, sensiti non tamen ipsi, quò minus in peccatum incidat, per dictam constitutionem subuenitur. III. Vt eius finis gr̄tia pœnitentiam administret, cuius instituta est. 1. Actū id velit. 2. Libens id velit, ac faciat: atque de ijs, quæ sibi cum reliquis sacramentis communia sunt, hæcenus; ad ea, quæ eidem inesse, quamuis non necessariò, proprià tamen ipsius magis sunt, in ipsaq̄ administratione requiruntur, transeamus.

*De ijs, quæ eidem pœnitentiæ ministro in ipsius sacramenti administratione inesse, quamuis non necessariò debent, propria tamen ipsius sunt, Cap. VI.*

- I.**  **UONIAM** autem ea, quæ eidem ministro inesse debent, quamuis nõ necessariò, propria tamen ipsius sunt, partim in ipsius sacramenti administratione, partim eo administrato, absolutione scilicet data, requiruntur; ideo de prioribus primò, deinceps de alijs agamus; ea igitur sunt. Primùm, vt pœnitentem benigno vultu grauitate quadam coniuncto recipiat; nam, cum iudicis partibus fungatur; hæc ratione & pœnitenti, quò liberius peccata confiteatur, animum addet, ipse vero officij sui dignitatem, quod faciendum est, tuebitur; Observandum est; inquit enim iurisconsultus de offic. præsid. in leg. 19., vt in aduèdo quidem facilem se præbeat, sed contemni non patiatur; vnde mandatis additur, ne præfides prouinciarum in vltiorem familiaritatem prouinciales admittant; nam ex conuersatione aequali contemptio dignitatis nascitur; & in cognoscendo neque excandescere aduersus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum il-lachrymari oportet; id enim nõ est constantis, & recti iudicis, cuius animi motū vultus de-tergit; & summam ita ius reddi debet, vt auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. Hæc ibi Callistratus, quæ sacramenti pœnitentiæ minister obseruabit. II. Vt eo, quo debet, animo peccata penitens detestetur, elaboret; id autem fiet, si modò summum dei iudiciū, qui nullum impunè scelus abire patitur, eum edoceat, eiusdemq̄; manus effugere neminè posse commemoret; si modò peccatorum turpitudine illi obiecta, virtutumvè propo-sita pulchritudine, harum amoris igniculos quasi quosdam iniiciat, illorum odij ardentem quasi faces admoueat; si nunc denique apud inferos æternis supplicijs impios maçtari illi miniterur, probis verò, pijsq̄; hominibus, qui que pœnitentiã egerunt, beatorum se-des perpetuò in cœlis preparatas esse eidẽ polliceatur; his nanque fiet, modò in peccandũ, quadrupedumvè potius numero non sit, rationeq̄; prorsus non careat, vt vitæ in vitjs enutrita pœniteat, ad detestationemq̄; peccatorũ, excitetur; Sed docendum est etiã, ait nanq̄; Car. eod. cap. quibus vijs ad virtutem penitentię perueniatur, quibus gradi-bus ad hanc diuinam virtutem licet ascendere; primùm itaque Dei misericordia nos præ-uenit, cordaq̄; nostra ad se cõuertit; quod cum præcæretur propheta, Conuerte, inquit, nos domine, & conuertemur; deinde hoc lumine illustrati per fidem ad eam animum tendimus, Credere enim oportet accedentem ad Deum, vt Apostolus testatur, quia est, & inquirentibus se remunerator sit; præterea motus timoris consequitur, & supplicio-rum acerbitate proposita animus à peccatis reuocatur; atque huc videntur spectare illa Isaiæ verba, sicut, quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in do-lo-ribus suis, sic facti sumus; deinde accedit spes impetranda à Deo misericordia, qua ere-cti vitam, & mores emendare constituimus; postremò charitate corda nostra accendunt, ex

ex qua liberalis ille timor probis, & ingenuis, filijs dignus oritur, atque ita illud vnũ ve-riti, ne qua in re Dei maiestatem ledamus, peccandi consuetudinẽ omnino deserimus. Hæc ibi Car. Disponuntur autem ad ipsam iustitiã, ait quoque Trid. Syn. cap. 6. de ius-tificatione, dum excitati diuina gratia, & adiuti fidem ex auditu concipientes liberè mo-uentur in Deum credentes vera esse; quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt; atque il-lud in primis à Deo iustificari impium per gratiã eius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, & dum peccato res se esse intelligentes a diuina iustitiæ timore, quo vtili-ter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo in spem erigun-tur, fidentes Deum sibi propter Christum propitiũ fore, illumque tanquam omnis ius-titiæ fontem diligere incipiunt; ac propterea mouentur aduersus peccata per odium ali-quod, & detestationem. Hæc ibi sancta Synod. quæ de ministro confessionis lect. 6. Petr. Sot. pluribus declarauit. III. Confitentem, si qua in re labi, errareũd ipsum videat, suspiceturvè, edoceat, interroget, quantumque fieri potest, ne quicquam, quod ad in-tegram, veramq̄; confessionem pertineat, ab eo prætermittatur; admoneat; vt enim plu-rimum adiuenti hæc pœnitentibus asserunt, ita hæc sacerdos ipse negligentia nomine accusetur; grauitatq̄; offendat; vt Melch. Can. par. 5. de pœnit. pag. 67. & Tab. in verbo confessor. 2. num. 34. asserunt, efficietur; quod ergo peccati genus; quoties in illud inci-dit; quamdiu eo fuerit oblectatus; vnde eius origo; occasiove ducatur; quæque ad summam peccatum ipsum circumstant; nobilissimi, optimiq̄; medici, prudētissimiq̄; iudicis more inuestiget, percunctetur: non idcirco tamen in ijs; quæ corporis libidinem tangunt, ne vulnera nimis refricandò recrudescant potius, quam curentur, insistat; non in nouis quibusdã vitiõrũ generibus, quare pœnitens ea edoceatur potius, quam eius vetera comprimantur; diutius commoretur; non deniq̄; inusitata illi, hominum generi præ-fertim; inauditaq̄; conquirat; verum, vt res postulat, quæ necessaria sunt, conquisi-tis, superuacanea, inutiliaq̄; silentio tacitus prætereat. IV. Peccata confessione sibi pa-refacta diligenter animaduertat; cui enim dubium est, qui hominem necauit; grauiori supplicio dignum eo esse, qui furtum comisit; quem latet adulterijs, stupris, incestuivè, quam cum sim plici muliere habito concubitu Deum grauius offendi, magisque irritari; quæ igitur peccata circumstant, hæc quoque ratione neque hæc sacerdos, ac minister hic aspernabitur. V. Quo denique animo affectus pœnitens sit, id quoque intuebitur; vt enim peccatorum generibus consideratis, quæ pœnæ ipsis aptiores, accommodatio-resque sunt, conspiciuntur; ita, si pœnitentis ratio habeatur, quam sustinere, aut possit, aut debeat, commodius cognoscetur: verum, quòd in re tam varia certa omnino nor-ma tradi non potest; ideo, quæ percunctetur minister, quæ inuestiget, atque intueatur, in ipsius arbitrio collocabitur; arg. leg. prima ff. de iur. delib., & cap. de causã de offic. de-leg.; quare diuinarum rerum scriptores ea, quæ diximus, quæ multa sunt; paucis compræ-hendere cum vellent, hos versus, quos Thom. dist. 17. quæst. 15. in fin., & Nauar. in Manual. cap. 10. num. 2. recenset, hos versus, inquam, conformarunt.

Confessor, dulcis, affabilis, atque suauis, Prudens, di cretus, mitis, pius, atque benignus. id quod & in cap. p. in §. caueat de pœnit. dist. 6. August. explicauit Caueat inquit enim ibi, spiritualis iudex, vt, sicut non commisit crimen nequitia; ita non careat munere scientia; oportet, vt sciat cognosce-re quicquid debet iudicare; iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt quod debet iudica-re, discernat; diligens igitur inquisitor, & subtilis inuestigator sapienter, & quasi astutè interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultari. Hæc ibi Au-gust., hoc autem studium; hæcque diligentia cum semper propemodum, tum præfer-tim, vbi mitis, surdisvè sacramentum hoc administramus, adhibebitur; nam, quò eorũ peccata cognoscamus, non solum nos eorum nutus intuebimur; verum, vt ipsi nostros obseruent, operam dabimus; id quod si minus fieri posse contigerit, id quod reliquum est; faciemus, vt, quemadmodũ Ambr. Spier. sermo. 20. cõsid. 1. cuncluf. 3. vers. 2., & Host. num. 60. eod. concludunt, quò eorum animum ad peccata detestanda ipse inducat, præci-bus à Deo id concludamus: atque de his hæcenus; ad ea, quæ perfecta à pœnitente pec-catorum confessione, à sacerdote fieri, quamuis non necessariò, debent, veniamus.

## De ijs, quae perfecta à penitente peccatorum confessione, à ministro fieri, quamuis non necessario, debent,

## Cap. V.



**P**ER FECTA denique à penitente suorum peccatorum confessione, sacramenti huius minister haec, quamuis non necessario, efficere debet. Primùm, ut ipsemet sacerdos, cui penitens peccata confessus est, semper satisfactionis opera quaequam penitenti imponat; nam, cum vti quaedam iudicij huius pars, opera haec fient; respondereque & peccatorum grauitati, & qualitati debeant; suscipereque ipsa penitens cogatur; qui peccata non nouit, iudexque ad id adhibitus non fuit; neque penitens ad illa suscipienda ab eo compelleretur; neque, ut peccatorum ratio postulat; eadem inferentur: alterius tamen iudicio, cum quid dubitationis praesertim habetur; sacerdos vti poterit; nam, quemadmodum a iudicibus de alterius consilio sententiae latae valent; quod à se, non à consiliario, qui illas tantùm declarauit, vim habent; ita hic opera haec de alterius consilio irrogata irrita non erunt; immo hac ratione, & in penitentis arbitrio è multis propositis, quod ipse malit, rectissime collocabitur; quod enim tunc optabit, à sacerdote id iustum illi esse existimabitur; quare in ecclesiam consuetudo ea introducta est, ut penitente absoluto, illa quoque clausula Quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in augmentum gratiae, & primum vitae aeternae, non inutiliter addatur; nam, quicquid deinceps boni operabitur, malive patietur, non ipsius operis beneficio tantùm, sed obedientiae quoque proderit; vti sup. in verbo penitentiae 2., ac Petr. Sor. de satisfactione lect. 2. declarant; qui igitur penitentis causam nouit, is quoque opera haec satisfactionis irrogabit. 1. Semper autem idcirco additum est; quod opera haec vtilia, fructuosaque, admodum sunt; esto enim peccatorum poenis satisfactum sit, quod scitu perdifficile existimatur; opera namque nostra in sacris literis cum panno mulieris menstruum patientis comparantur; Verebar quoque omnia opera mea vir ille sanctitate praclarus aiebat; Delicta postremo non facile intelligi vates ille itidem sanctissimus cecinit; peccandi tamen illa propensio, vitiosaque habitus male viuendo comparati huius operibus virtutem ipsi vitio contrariam redolentibus, id quod Philosophus in postpraedicamentis in cap. de oppositis, docuit, tolluntur; opera ergo huiusmodi, si ea sustinere penitens queat, simpliciter; sin id minus, hac adiectione cum poterit; si omnino id desperet, nulla, inferat; neque enim hac ratione, quam obrem desperet penitens, si adimplere illa non possit, causa hic vlla est; nam adiunctione illa Si poterit, obligatum se tunc tantùm, non aliàs esse sentit. 2. Adiectum itidem fuit, ut opera haec satisfactionis sint; sic namque Trid. Syn. eod. sess. 14. cap. 8. nouissimè docuit; sic in cap. omnis extra de pen. habetur; neque enim penitentiae vi, quod baptismi virtute fit, peccatorum poena omnis tempore praescripta tollitur; Si quis, ait namque sancta Syn. sess. ead. can. 12., dixerit totam poenam simul cum culpa remitti semper à Deo anathema sit; idem ead. sess. cap. 8. asseruit, Carechismusque in cap. de satisfactione pluribus hanc rem explicauit; quod igitur vniuersa poena expietur, opera huiusmodi, ius postulat, ut penitenti imponantur; ac praeterea quis fructuosè id quoque fieri non fatebitur: primùm his satisfactionibus; quod poenā in se continent, nos quasi freno quodam à peccatis coercemur; eisdem alij deinceps nostro exemplo perterriti in peccata non facile labuntur; ipsis denique non Christi passionis virtutem [quod quidā impie affirmare non dubitarunt] obscuramus; verum, ut Trid. Syn. ead. sess. can. 14. tradidit, Deum colimus, ac veneramur; Si quis, inquit enim, dixerit satisfactiones, quibus penitentes per Christum Iesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes, anathema sit. Haec tamen opera, quod in penitente, non in sacerdote necessario requiruntur, ut sancta Syn. ead. sess. c. 3., & can. 4. decla-

deklarauit, ideo, si ea praetermittentur, nihilominus penitens absolutionis munus consequetur, atque sacramentum effectum suum praestabit. 3. Quae opera vi sua poenam afferat, cum non contraria contrarijs tollantur; merito peccata, quae illorum oblectatione contrahuntur, poenis, quae dolorem afferunt, expiantur; praeterea sicuti corporis morbi medicinis adhibitis curantur, ita animi vitijs affecti suis medicinis sanantur; at peccatorum medicinae, ut Philosophus lib. 2. moral. 1. docuit, poenae sunt; ergo opera haec poenam afferere debebunt; accedit, quod Deum peccatis nostris offensum his operibus vlciscimur; at is, in quem vitio fit, dolore carere non potest, quare huiusmodi rationibus opera haec, quibus Deo fiat iustitiam, poenalia esse debere Thom. dist. 15. q. 4., & Sor. dist. 19. q. 2. art. 1., & Bon. dist. 15. par. 2. art. 1. q. 3., & Scot. d. 15. q. 1. art. 3., & Petr. Sor. de satisfactione lect. 3., & Cat. e. c. de satisfactione; ac reliqui diuinarum rerum scriptores vniuersi concluderunt: nec, quod poenis huiusmodi subeundis pro ingenti, quem erga Deum habemus, amore dolores non sentimus, verum potius earum perfectione summo gaudio perfundimur, satisfactionis fructibus, ut Scot. d. 15. q. 1. art. 3., atque Anton. Pag. Ven. par. 3. c. 5. asserunt, carebimus; tum quod non laboribus, quos patimur; non doloribus, quibus corpus excruciatum; sed ardenti erga Deum amore, quo inflammati libenter haec tolleramus, in primis satisfacimus [ labores namque, itemque poenae materies, ac leges quasi quadam merendi, satisfaciendi que nobis sunt; cum verò propter Deum haec iustinemus, tunc, quasi forma adiecta satisfactionis opus perficimus; alioquin has poenas qui egre persoluerent, quod magis laboros sentiunt, magis quoque ipsi Deo satisfacerent, quod absurdum est ] tum quod nullum huiusmodi opus adeo gratum nobis esse potest, quin corpus ipsum aliquid patiatum; ac sanè quis ipsos martyres, dum pro Christi nomine impiorum gladio feri ceruices objiciebant, gloriosamque eam mortem appetebant, in maxima letitia maximos quoque dolores percepisse negabit; quis eisdem rursus peccatorum, si qua contraxerant, poenas tunc expiaste non fatebitur? postremo omne opus, quod à Dei gratia proficitur, uti Sor. dist. 19. quest. 2. art. 3. concl. 2. asseruit, satisfaciendi vim habet; etsi ergo ea praecipue opera, quae poenae rationem habent, irroganda sunt; quin alia quoque imponi queant, nihil tamen obstabit: huiusmodi autem opera, uti Scot. dist. 15. quest. 1. art. 3., & Thom. ab Arg. dist. ead. quest. 1. cap. 3., & Sor. dist. 19. quest. 2. art. 3., & Bon. dist. ead. art. 1. quest. 4., ac nouissimè Cat. eod. cap. de satisfactione asserunt, aut ieiunio, aut elemosina, aut precibus persoluntur; neque iniuria, tum quod haec poenarum rationem habent [ nam, cum poena boni cuiuspiam, vel animi scilicet, vel corporis, vel fortunae priuatio sit; hisque operibus nectio quo modo illis bonis priuemur; elemosina enim facultates extenuantur; precibus animi affliguntur; ieiunijs corpora macerantur; merito ieiunia, preces, itemque elemosina poenarum loco habentur ] tum quod, qui à nobis peccando offensi sunt, quicumque sint, ipsis satisfacimus; ecce enim Deum precibus placamus; proximo elemosina satisfacimus; nos metipsi ieiunio castigamus; praeterea his operibus peccatorum causas plurimum amputamus; etenim, cum omne, quod in mundo est diuino Ioanne teste, aut concupiscentia carnis sit, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitae, quis non videret his tribus peccatorum causis totidem medicinas, priori scilicet ieiunium, alteri elemosinam, tertiae preces rectissime opponi? huiusmodi denique vniuersa, quibus satisfactio haberi potest, concluduntur; nam, quicquid, quod proximo conducit, praestatur, elemosina; quicquid corpore, vel peregrinationibus, vel inedia, vel morbis, ratione uel alia patimur, ieiunio; quisquis deum ipsi Deo cultus tribuitur, precibus assignantur; his igitur de causis opera haec, quos citauimus, iniungenda esse penitenti existimantur. 4. Non aliàs item debita sint, uti Sor. dist. 19. quest. 2. art. 1. vers. Eadem rationis serie, ac Petr. Sor. de satisfactione lect. 2. inquit; namque, cum peccando plus eo, quod sibi liceret, penitens fecerit; quod peccata, quae commisit, expientur, ad id, quod aliàs debebat, ut aliquid plus addat, plusque ut operetur [ quod supererogationis opus ibidem Sor. appellauit ] non iniquum est; peccator namque, quod diuus Gregorius tradidit, priuatus licitis est, quod minus licita usurpare non dubitauit; quare, si sacerdos opus quod simpliciter imponat; neque ullis coniecturis, quoniam ipse velit, appareat; in hac dubitatione, quod minus debebat, eum sensisse communem opinionem, de qua Med. e. q. 44. testatur, secuti interpretabimur; verum, quod opera alia debita satisfaciendi vim ipsa quoque habent; ideo nobis & his irrogatis

- gans peccatorū penas p̄soluemus; absurdū n. impiū ē potius esset ieiunis, q̄ ecclesia vniuersē p̄cepit; queq; huius delēda pena vim habēt; eā virtutē; q̄ penitenti sacerdos illa irrogauit; auferre conari; cū p̄sertim q̄buscunq; penis [ modō propter Deū à nobis patienter tolerent; sicuti Trid. Syn. e. c. 9. asseruit ] satisfaciamus: si tñ ieiunia hac, huiuscemodivē opera ad aliorū peccatorū penas luēdas destinata iā essent; planē, nisi, prioribus illis penis solutis, eorū operū aliquid superesset, vi sua recentū peccatorū penas non expiant; non n. exēpli gratia, pluribus, quibus singulis decē debentur, decē tm̄ satisfaciamus; alioquin vno opere, p̄ quorundā peccatorum poena p̄soluenda destinato, si iterū p̄ alijs peccatis cōfessione p̄fectis illud idem opus imponeretur, semel p̄fecto vniuersū peccatorū poenis satisfieret, quod non minus absurdum, quam iniquū est; hac igitur opera nō modō imponi non debent, sed neq; impositis, id quod Ioseph. Angl. eod. c. 1. diff. 2. conl. 2. sen. sit, peccatorum poena tollentur. 5. Ne alijs eadem opera ob sint; tum quod, qui peccauit, peccati penā huic sustinendā esse in leg. sancimus C. de poen., & in tit. ne fil. pro patr. vel vx. iure consulti tradiderunt; tm̄ quod, vnde iniuria propulsari debet, inde eiusdē cā. oriri in l. meminere C. vnde vi iuris interpretes notarunt; quare, cum sacramēti huius ministris, si poenitens cuiquam iniurius fuerit, offensam vē vllam fecerit, quod illi ab eo satisfiat, curandū sit; multo minus his operibus, que ipsi imperarunt, ne quis damnū patriatur, elaborabunt; filij fam. igitur, qui suorum bonorū [ castrensibus, vel quasi castrensibus exceptis ] fructū domini nō sunt; vt in insit. in §. 1. per quas pers. nobis acq. & in l. cū oportet C. de bonis, quæ liber. habetur; vxoribus, quæ dotium suarum, viuentibus maritis, fructibus itidem carent; seruis deniq; , qui dominorum potestati subiecti vniuersā omnino illis aquirunt; nec non ijs, qui ad obsequia quēdā, operas vē p̄standas lege quadā tenentur; vt, qui suas operas cuiuspiā locarunt; his, inquam, quantum dñs, parentes, maritos p̄missuros esse verisimile sit, eatenus, vel in pauperes vt plixi sint; vel longiores ad pia loca peregrinationes vt suscipiāt; crebris vē ieiunijs vt se macerēt; vnde his rationibus aut suis obsequijs, aut re familiari eos priuent, quibus hac in re subiecti sunt, imperabit.
6. Ne opera ēt hac incerta sint; nam, cum peccatorum grauitati, rationiq; respondere debeant; incerta si irrogentur, quomodo respondebunt? ipsemet igitur hoc, illud vē opus p̄scribet; non in poenitēti arbitrio, scilicet, quod sibi liberit, vt faciat, collocahit; sicut tamen de certis incertum imponere poenitenti potest, vt triduo ieiunus sit, sacram aliquā adem vīat, alicui vē pauperi in aliquo opituletur; definitū n. in hoc casu opus est, quam uis, quod poenitens optet, nō definitū; immo vile admodū id esse quandoq; potest, cum scilicet, quid poenitens efficere queat, ignoratur; ita non dubia primō constituta poena, nō dubio constituto opere, quin dubiū p̄terea minister hic addat, nō prohibebitur; hinc clausula illa, Quicquid boni feceris, malivē sustinueris, cuius antea mentionē fecimus, addi consuevit; incerta igitur opera, id quod Petr. Sot. de satisfact. lect. 2. tradidit, hac ratione imponi poterunt. 7. Pro omnibus peccatis, quæ poenitens confessus est, opera irroget; et si n. huius peccati poena p̄scripta tempore cū alterius peccati coniuncta non est; singulorumq; peccatorū poena separatim expiari ob eā rē potest, vt Ioan. Med. de satisfactioe q. 5. dub. 4. asserit; & ratio hac, quod poena vel vnius peccati nō tota semper simul, sed paulatim deletur, id declarat; quō tamen iustitia omnino poenitens satisfaciāt, hisceq; penis assumptis Dei animaduersionē, supplicia sibi cōstituta anteuerrat, ignes deniq; illos post huius vitæ cursum ad purgandū paratos euiter; p̄ vniuersis peccatis huiuscemodi ora poenitenti sacerdos inuret. 8. Ea item, quæ peccati grauitas postulat; uti Sot. d. 19. q. 2. art. 1. conl. 1., & Car. eod. cap. de satisfactioe, & Trid. Syn. ead. sess. cap. 8. inquit, Habeant, inquit enim sancta Syn., p̄ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad p̄teritorum uindictam, & castigationem; ne, si fortē peccatis conuincant, & indulgentius cum poenitentibus agant, leuissima quadam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Hac ibi Tridentina Synodus; non igitur sacerdos, id quod Thom. ab Argentina distinctione 20. quaestione prima art. 3., & Suppl. in verbo poenitentia num. 3. asserunt, communiterque id receptum esse Petr. Sot. de satisfactioe lect. 2. testatur, imminuere poenam poenitenti adeo potest, quin, hic si minus alijs operibus satisfaciāt, post huius vitæ cursum penas peccatis debitas expiare

piare non cogatur; nanque Dei optimi maximi iudicis officio minister hic cum fungatur, cuius lege, vt pro peccati mensura sit & plagarum modus, cautum est; sicuti reliquorum, qui dominantur, iudices, vt ab ipsis lata, cōprobatavē leges iubent, sententias ferre oportet argum. leg. 2. C. quando prouoc. non est neces., & in cap. in istis dist. 4., ita sacerdotes, quatenus fieri potest, his inferendis poenis, quō ad diuinam legem se conforment, elaborare debent; neque enim Arimini p̄sēs, exempli gratia, cui vita adimenda est, nisi speciatim id sibi concessum sit, dare cuiquam ipse eam potest; ac planē, si id liceret, cur Trid. Syn., quod iam vidimus, sacerdotem, qui leuiore poenas ijs, quas peccati grauitas postulat, inuit, poenis ipsum obligari minata esset? addo sacerdotibus clauēs non, quō illis abuterentur tributas esse: verum, quod fieri potest, ne poenitentes eorū imbecillitate grauiore, quas deberent, poenas sustineant; ob eam rē, quod in cap. 3., & in cap. Deus, & in cap. omnis de poenit., & in cap. 2. 26. quaest. 7. in cap. mensura de poenit. d. 1. habetur, Tridentinaque Syn. eod. cap. 8., ac diuinarum rerum scriptores vniuersi asserunt, pro poenitentium facultate vt poenas huiuscemodi moderarētur, iure ipsis p̄missum esse ac re uera, qui sibi, suisque victum laboribus, hostiatim vē quaerit, hunc ieiunij, ne dicam elemosinis onerari non iniquum; annis cōfecto peregrinationes, quas eius aetas non ferat, imponere non absurdum; vt igitur poenitentium ratio; ac facultas postulabit, sacerdotes sacramenti huius ministri poenas metientur; hoc enim arbitrium [ quod iure in leg. sic legatum ff. de legatis primo regi Iason docuit ] rerum harum scilicet contemplatio est; hac illa prudentia; hic, quem sancta Syn. eod. cap. 8. ministris inesse cupit, diuinus spiritus; sacramenti ergo huius ministri, et si poenitentibus, vt poenas differant, permittere, cum ratio id suadet, impune possunt; ne tamen eas p̄soluāt, concedere non valent: Sicut autem sacerdos poenam, si minus eam, qua peccata expiantur; quam tamen sustinere queat poenitens, constituit debet; ita eam illatam aequo animo, patienterque ferre peccator cogitur; Clauēs sacerdotū, inquit nanq; sancta Syn. eod. cap. 8., & can. 11., non ad soluendum duntaxat, sed ad ligandum concessas etiam antiqui patres & credunt, & docent. Hac Trid. Syn.; poenis igitur eos, qui ipsas peccata confessi sunt, sacramenti huius ministri obligare possunt, vt Thom. dist. 18. quaest. 3. art. 3., & Petr. Sot. eod. de satisfactioe lect. 2. propos. 2., & 3., & Melch. Can. par. 5. de poenit. relect. in fine, & Sot. dist. 20. quaest. 2. art. 2. comprobant; ac planē, si id minus possent, quam ampla peccandi fenestra patefieret; quam infirmum, ne dicam ridiculum, iudicium hoc esset? Inridicōsulo teste in l. mandatam ff. de offic. eius, sine modica coercitioe nulla est; nec quōd apud inferos ignibus ad purgandum paratis, si peccatorum suorum se luere poenas velle poenitentes addant; idcirco poenas ipsis inferre minus poterimus; nam primō clauēs, quod proximē inuimus, inuites admodum essent; p̄terea poena, quas hic patimur, ordinaria ad id remedia quadam; ignes verō illi extraordinaria sunt [ ordo quippe postulare, vt, q̄ in hac vita peccauimus, in eadē plecteremur ] at quādiu remedio ordinario vti possumus, ad extraordinariū nobis aditum non aperiri, & in l. in cā. §. 1. ff. de min. habet, atq; Bart., las., ac reliqui iuris interpretes in l. in prouinciali §. si in loco ff. de op. no. nun. asseuerarūt; postremō statim atq; peccati nos p̄mittit, aeterni supplicij poena, cui addicēti eramus, nobis cōdonata, poena tēpore p̄scripta nulla adiecta die, intra quā eā p̄soluamus, debitores sumus; at debitū huiuscemodi purū est, vt in §. omnis insit. de verb. ob. probat; ergo statim atq; p̄soluere illud cōmodē possumus, ad ipsū p̄soluendū ob cir. §. omnis iuncta l. Neos Proculo ff. de verb. sign. obligamur; ex his igitur & illud iam constat peruulgatā eā opinionē singula mortifera peccata septenna poenitentia expiari rationi cōsentaneā non esse; vt n. mittā, quod Gratian. in c. hoc ipsum in §. 1. 33. q. 2. tradidit, ad maiora crimina eā poenitentia pertinere; quodq; Nau. in Man. c. 26. num. 17. asseruit, ad forū hoc nō spectare; atq; ei, qui millies peccasset, in vtiliter iniungi, canonumq; sanctionibus cautū id non esse; ac deniq; Thom. d. 20. q. 2. lib. 4. eandem improbare; si hoc daremus, & illud vniuersa peccata esse omnino aequalia dandū esset, verū, quōd peccatū alterum altero grauius esse fatemur; ob eā rem poenā peccatorū grauitati, non autē eandē vniuersis accōmō dabimus. 9. Cuiusmodi peccatorū qualitas postulat; vt Scot. dist. 15. quaest. 1. in secundo principali articulo, ac reliqui sentiunt, nouis, imēque Trid. Syn. e. cap. 8. ibi Pro qualitate criminum, docuit, eiusmodi opera poenitenti

imponet; hac etenim ratione non commissâ modò scelerum vindicabimus, verùm vitiosos habitus aduerfantium virtutum actionibus facilius, commodiusque tollemus; corporis igitur voluptatibus irretito, quibus libido comprimatur, ieiunia; auaritiæ fordibus inquinato, quam in pauperes exerceat, liberalitatem commendabimus; quòd tamen pro quocunque peccati genere aut ieiunijs, aut eleemosina, aut precibus nihilominus satisfacimus, vti Sot. dist. 19. quæst. 2. art. primo concl. 2., & Thom. dist. 15. quæst. 4. art. fin., item que Scot. dist. ead. quæst. 1. vers. De secundo principali tradiderunt, quamuis non sic tam facile prauis habitus immutentur; ideo [si minus proprias poenitentes subire poenas poterunt] communibus, quas tolerant, de eorum, quos proximè citauimus, sententia, iniungemus. 10. Ea etiam opera, quæ poenitens ferre possit, imponat; Debent enim sacerdotes domini, vti sancta Syn. eod. cap. 8. inquit, quantum spiritus, & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & poenitentium facultate salutare, & conuenientes, satisfactiones iniungere. Hæc ibi sancta Syn.; ac sanè quis infirmo, vt peregrè proficiatur, præcipiat? quis ei, qui aliorum opibus suam tenuitatem vix, misereque sustentat, pauperes hac in re vt adiuet, iubebit? esto enim ea se præstaturus, vel vltro hi polliceantur; quia tamen non possunt, minimè obligantur; vt in cap. 6. de reg. iur. in 6. habet; hinc igitur inferendis poenis poenitentium facultatis rationem in primis; vti Scot. dist. 15. quæst. 1. vers. De secundo principali, ac Sot. dist. 19. quæst. 2. art. 3. in solut. 3. arg. inquit, habebimus. 11. Quæque efficere debeat; nanque non modò ea, quæ iure prohibita sunt, iubere poenitenti non potest; verùm neque vniuersa, quæ non vetantur, vt imperet, æquum esse existimatur; quid enim, si cuiquam, vt perpetuò castitatem voneat, imperet? an, si id ipse nolit, huic parere cogatur? planè, quòd ad eam inuitari, non cogi quis potest; vt in cap. integritas 32. quæst. 1., & in cap. qui sitit. 33. quæst. 5. habetur; Christusque Dominus docuit; Qui potest capere, hac enim de re agens inquit, capiat, Paulusque; se de virginibus præceptum domini non habere professus est; eum audire non compellitur; quid itidè, si facultates, quas legitimè possidet, earumque dominus est, vniuersas in pauperes vt distribuatur, illi præcipiat? an huiusmodi præcepto obligabitur? sanè, quòd & hoc perfectionis opus est; Si vis, Christus Dominus nanque ait, perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; quibus quidem perfectionis præceptis, quod in citato cap. qui sitit Glos. notauit, diuinarumque rerum scriptores vniuersi asseruerunt, inuitus non obligamur; iussione hac non astringetur; etenim, cum homo satis habeat; si æternam vitam consequatur; ad hanc consequendam; non, quæ consiliuit; sed, quæ præcepit Deus, faciunda esse nobis Christus Dominus hinc verbis Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, declarauit; quare sacramenti huius minister huiusmodi opera, quæ perfectionis, consilijue dicuntur, volentibus tantum irrogabit. 12. Re ipsa, sicuti Scot. dist. 15. quæst. 1. art. 3., ac Sot. dist. 19. quæst. 2. art. 1. concl. 2. vers. Eadè via, senserunt; ea opera, vt præstet, iubeat; nanque, quòd eorum præstatione plus poenæ, patimur; quòdque externis actibus de eorum, quos citauimus, sententia, interiores perficiuntur, atque consumantur; plus quoque meremur, ac satisfacimus; ac planè, cui dubium magis tunc à nobis satisfieri, cum id, quod debemus, re ipsa quoque præstamus, quæ cum illius præstandi animum solum habemus; vt igitur re vera ieiunus poenitens sit, pauperibusve benignè faciat; non autem, vt hæc faciendi cupidus tantum fiet; etsi ipsi Deo animus etiam, quando aliter fieri non potest, ingratus non est, imperabit. 13. Opera denique hæc pro occultis peccatis occultè, pro manifestis, & grauius, manifeste vt peragat, imperet; nam, præterquam quod qui palàm peccare non erubuit, eundem publicè, ac palàm vt peccati poenam persoluat, æquum est; quique suo peccato alios ad peccandum inuitauit, eisdem illius peccati perserendis poenis à peccando auocare, ac deterrere, debet; huiusmodique luendæ poenæ ratio pro grauioribus occultis peccatis; itemque pro publicis irrogari à simplici sacerdote contineat; nec quòd, hac ratione poenitens quandoque dignoscatur, minus imponi [quod Nauar. in Manuali cap. 8. num. 17. sensit] debet; nam non ipse minister, quod per se patet, sed poenitens, qui id potest, illud facit; solemnis autem, ac publica poenitentia, de qua in c. in capite dist. 50. & in c. reperiunt de penit. d. 3. agitur, quæ & quoties perturbatio magna in populo excitata est; & ab episcopo; & semel tantum irrogatur, vt in citato c. reperiunt, habet, ac Thom.

ac Thom. ab Arg. d. 14. q. prima art. tertio, doctoresque; vniuersi concludunt, non fori huius est; atque iam diu, ut Suppl. in verbo Poenit. 3., & Pet. Sot. de partibus, & actibus, poenitentia virtutis lect. 2. in diuisione secunda restantur, absoluit. II. Poenitentem, dū præsens adest, sua peccata confessum absoluat; quòd tamen iudiciorum more hic agitur; vti iam probauimus; ideo; cum absens [quando neque exilium, neque grauior poena inferitur; de crimineque constat] condemnari queat; sicuti Glos. in l. absentem ff. de pen., quam ibi Bart., ac reliqui sequuntur, tradidit; multo magis hic, ubi mitissimè causa agitur, absens, qui prius præsens peccata cōfessus est, absoluetur; nanque; & quæ excōmunicari, & absolui absentem posse Glos. in cap. quanto secunda q. quinta, & in cap. nullus 3. q. quarta notauit; nec, quòd, qui confiteretur, præsens ut adsit, necesse est; quòdque, Eucharistia itidem materia, ut consecratur, ne absit, requiritur; quicquam huic opinioni repugnabunt; vt enim pro altero articulum ipsum, qui in forma Euch. comprehensus rem præsentè significat, obijcimus, ita pro altero suo loco rationem aliam reddemus; absens igitur, quòd Sylu. in verbo Confessor 4. num. sexto, ac Pet. Sot. de secreto lect. 11. in prima par. in vers. Tertium, & Med. de confess. q. 15. conclus. 4. concludunt, absoluetur. 1. Statim atque poenitentem audiuit, ipsum absoluat; quænis enim, si diutius moretur, nihilominus absolui queat; poenitens enim materia sacramenti huius cum sit, idcirco, sicuti & ceterorum sacramentorum ut Baptismi, Eucharistia, Confirmationis, ac deinceps multo ante parari potest; quòd tamen, ne iterum in mortiferum peccatum incidat, periculum est; vnde, nisi & illud confiteretur, absolutio non valeret; meritò quæprimùm poterit, absoluetur. 2. Supra poenitens caput, dum ipsum absoluit, manum idem minister tollat; etsi enim Sot. d. 14. q. prima art. quarto, & Tab. in verbo Absolutio 1. num. 14. contrarium senserunt; quòd hic scilicet, non ut in Confirmatione, atque Ordine uberior, præstantiorque gratia conferretur, id quod manus elatione significatur; quòd tamen sacramenti huius ut in gratiam quis & à Deo, & ab Ecclesia recipitur; quòd que quis à miseranda peccatorum seruitute liberatur, quæ duo manus sublatione hac significantur; excommunicatione enim, heresi que notatos hac ratione reconciliari ecclesie consueuisse respicientes Petr. Sot. de materia poenit. in fine recensuit; seruos quoque hac forma à seruitute liberari iustit. in Inst. de libertinis significauit; his de causis modum hunc, qui ab Ecclesia frequentatur, neque nos aspernabimur. III. Ne denique, sicuti Thom. d. 21. q. 7. cum duabus sequen., & Sot. d. 18. q. 4. art. 5. cum sequenti, & Thom. ab Arg. d. 21. q. prima art. 1. concl. prima, diuinarumque rerum hac de re scriptores vniuersi concludunt; peccatum sibi in confessione patefactum, aliudve, vnde illius peccati autorem prodat, cuiquam enarret; Caueat autem omnino, dicitur enim in cap. omnis de penit., ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem; sed, si prudentiori consilio indigerit, illud absque vlla expressione personæ caute requirat; quoniam, qui peccatum in poenitenti indicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum à sacerdotali officio deponendum decernimus; verùm & ad agendam perpetuam poenitentiam in arctum monasterium detrudendum; idem in cap. sacerdos ead. d. 6. habetur; neque iniuria ut enim mittam, si id fieret, sicuti Scot. dist. 21. conclus. prima, & Thom. ab Arg. d. ead. q. prima art. primo concl. prima inquit, futurum esse ut à peccatorum confessione, atque idcirco à iuris diuini obtemperacione, quo iure sacramentum hoc, confessionemque ipsam institutam esse Med. q. 45. de cōfessione docuit, Tridentina que Syn. eod. sess. 14. cap. 5. pluribus asseruit, ac declarauit; ut præteream id non iuri pontificis tantum, quod iam probauimus, sed gentium quoque repugnare, quo nobis, si quid secreto dictum est, ne patefaciamus, Med. eodem in loco teste cauetur; natura itidem nobis indictum est, vti Scot. eodem, & Thom. ab Arg. dist. ead. q. prima art. primo concl. prima, & Tart. d. ead. q. secunda, ac Sot. d. ead. art. quinto concl. prima concludit, ne, cum nobis id fieri nolimus; alterum, quod hac peccatorum patefactione contingeret, infamemus; quare, cum his rationibus, tum quòd ad Dei benignitatem, cuiusdemque clementiam, qua peccata, quæ fuimus detestati, sicuti in psal. 31. David ille sanctissimus cecinit, teguntur; nos etiam qui hac in re eius munere fungimur, conformemus; qui hac ratione peccata nobis confessus est; hunc non iudicis cuiuspiam aduerti iussione, ut in cap. dilectus de excessibus prælat., & in c. si sacerdos de offic. ordinarij habetur; non Romani Pontificis



Pontificis moti imperio; cum nec ipse id, quod diuino iuri, naturaeque aduersatur, impediendi nobis facultatem habeat, sicuti Abb. in citato cap. dilectus, & Scot. ead. d. q. secunda, & Tart. ead. d. q. secunda; itemque Med. q. 48. de confess. comprobarunt; de communi que sententia Petr. Sot. de secreto confess. lect. 11. testatus est; nullo perterriti censurae ecclesiasticae, alteriusve poenae metu, argumento d. cap. dilectus, & Amb. Spier. serm. 20. confid. secunda concl. secunda versic. 2. aiunt, iurare possumus; non igitur Titium, exempli gratia, aut mortiferum peccatum, aut hoc, illudve, leue nobis confessum esse prodemus; sicuti enim generatim mortiferum quem peccasse, quod hac ratione de eius fama detrahitur, patefacere non licet; ita nec leniter speciatim eundem offendisse, quod Nauar. in man. cap. 8. asseruit, aperiendum est; nam, etsi eius fama non grauiter leditur, quod tamen & his ineptis non nihil commoueat, atque erubescat, efficitur: non, vel peccata ipse vniuersa sacramentum hoc suscepturus patefacere nequeat, vti communiter id receptum esse in manual. cap. 3. num. 6. Nauar. testatur, ac sequitur; quamuis enim integra peccatorum confessio esse debet, hic tamen sacerdos, qui suum peccatum confessione explicare non potest, alterius, qui sibi peccata confessus est, peccato, poenitenteque non patefacto, huiusmodi scelere tunc praetermissio; reliqua confitebitur: non, vel poenitens ipse ex hac vita migrauerit; nam, praecipuum hoc cum prohibeat, eo semper nos obligari, a Sylu. in verbo Praecipuum, & a Nauar. eod. cap. 8. num. octauo, itemque a Scot. d. 21. q. secunda concl. quarta, comprobatur: non denique, vel orbis terrarum conflagratio, ac perditio impendat; vti Thom. d. 21. q. 7. art. primo, & Scot. d. ead. q. secunda, & Bonau. d. ead. art. 2. q. prima par. secunda, & Thom. ab Arg. d. ead. q. prima art. primo concl. prima, & Scot. d. 18. q. quarta art. quinto concl. prima, & Petr. Sot. de secreto confess. lect. 11. in fine, & Med. q. 45. de confess., diuinarumque rerum vniuersi concludunt, quamuis eos, ad quos id spectat, vt excubent, ne graue quid contingat, admonere de eorundem autorum sententia possit; quare, quos cognatione, rationeue alia impediri, quod minus matrimonium inter ipsos contractum valeat, hinc scio, si aliter ipsis, ne contrahant, nisi peccatum, peccati que autorem patefaciam, suadere non possum; sicuti Bonau. dist. 21. art. 2. q. prima par. secunda, & Thom. ab Arg. ead. dist. q. prima, & Med. q. 47. in primo dubio inquirunt, tutum eos matrimonio iungam; nec, q. peccator absolutus non fuerit, minister idcirco patefactum sibi confessione peccatum proferendi facultatem habeat; nam sicut, qui cuiuspiam peccatum, dum illud confiteretur, consulto, ac furtim, rationeue alia nouit; vel sacerdotij dignitate praeditus non sit, lege tamen hac ne alterum infamet, mortiferi peccati culpa proposita constringitur; ita nec sacerdos minister, quamuis poenitentem non absoluerit, de eiusdem Sot. d. 18. art. quinto concl. quinta q. quarta, & Ambr. Spier. serm. 20. confid. secunda conclus. tertia, & Nauar., ac reliquorum sententia, culpa reum penes aliquem faciet, nihil vnquam ergo, vnde peccatum, eiusque peccati effectus dignoscatur, a sacerdote, qui eum audiuit, proferetur, atque enuncietur; si tamen poenitens id nobis permittat, vti Med. q. 49. de confessione, ac Petr. Sot. de secreto lect. 11. par. secunda, & Thom. dist. 21. q. octaua art. primo inquirunt, de magisque communi sententia dist. 18. q. quarta art. 6. concl. prima Sot. testatur [modo nemini periculum, offensivae aliqua creetur; etsi enim poenitentis permittit lege hac soluti sumus, altera tamen, ne alterum ledamus, adstringimur, vti Tur. crem. in cap. sacerdos num. 13. de penit. dist. 6. trad. dir] si poenitens, inquam, id nobis permittat, non prohibebimur; etenim, si ipsemet id potest, cur, idem per alium ne faciat, prohibebitur? argumento l. 1. ff. de procur.; addo, cum id poenitentis gratia in primis constitutum hoc sit, id ab eodem quoque renunciari posse argo l. si quis in scribendo C. de pact. nobis esse; si itidem aliunde, aut ante, aut post poenitentis confessionem ipsius peccata aliunde didicerimus, neque tunc legis huiusce vinculo obligabimur; neque enim, quod aliunde noui; quia praeterea tu mihi confessione illud idem patefecisti, ius idcirco meum hac in re mihi ademisti; tunc igitur productus testis, modo ea ratione, qua aliunde noui, tantum patefaciam, vti Thom. dist. 21. q. nona, & Bonau.

Bonau. d. ead. q. 3. art. secundo par. secunda, & Thom. ab Arg. d. ead. q. prima art. primo concl. tertia, & Sot. d. 18. q. quarta concl. secunda num. sexto, & Per. Sot. de secreto lect. 11. par. secunda asserunt; id, quod scio, nullo poenae metu explicabo; non igitur, quod ut incertum nouerat, in confessione, de eo certior factus, ut certum assererem; si quidpiam denique, vnde poenitens non infametur, proferamus scilicet vel peccatum, peccatore tacito, quemadmodum & Scot. d. 21. q. secunda, & Med. q. 47. de confess. concl. prima, & Sot. dist. 18. q. quarta art. sexto concl. 3. inquirunt, & in cap. officij extra cod. de penit. habetur; vel a poenitente, dum conficeretur, testamentum exempli gratia ab illo factum, quidve aliud omnino extraneum, nullaque ratione ad rem hanc spectans nos audisse, vti Sot. dist. 18. q. quarta art. quinto concl. tertia vers. reliqua verò, & Thom. dist. 21. quaest. 7. art. secundo, & Tab. in verbo Confessio 3. vers. x., vniuersique concludunt; vel eundem peccatis, quibus nemo caret, a nobis absolutum esse; vel lenioribus speciatim, ipsis non explicatis, tantum detineri; quemadmodum Petr. Sot. de secreto lect. x. tradidit; hos plane casibus explicare non vetabimur; ut enim prioribus infamari non potest; sicuti per se constat; posteriore verò magis commendatur, quod hisce lenioribus culpis, quibus vel sanctitate praediti homines raro carent, solum detinetur; ita tertio infamiae notam non subibit; quis enim, dum in huius vitae periculo versatur, peccatorum culpis non vrgetur? Si dixerimus, ait naque sanctus Ioan., quia peccatum non habemus, iam nosmet ipsos seduximus; ab hisce igitur casibus cum discessimus [nisi malumus praeter mortiferi peccati culpam, quam cum reliquis subimus, qui quidpiam ratione hac a se, non tamen ut a ministris perceptum diuulgauerunt; eas quoque poenas, quae in cap. omnis de penit. sacramenti huius ministris propositae sunt, partim nullius peccati autorem sic nobis confessum palam arguemus; immo, quod, quae ab eodem didicimus, aliunde eadem nos nouisse non existimamus, vti Abb. in citato cap. omnis, ac Thom. ab Arg. dist. 21. q. prima art. primo conclus. 3. inquirunt, inquit, si idcirco, si contrarium assereremus, ad id probandum arctamur argumento l. ab ea parte ff. de probat.; cautiore, restrictioreque in his quoque pernegandis erimus: hac de ministro poenitentiae sacramenti haecenus; de eiusdem fructibus eadem ratione, qua de aliorum sacramentorum egimus, iam agamus.

*De effectu communi per se, ac primo sacramenti poenitentiae, qui in hac vita percipitur,* Cap. VII.



**E**FFECTVS igitur communis per se, ac princeps sacramenti poenitentiae Dei honor est; nam, cum sacramenti huius susceptione Deum peccata condonandi facultatem habere; eademque passionis Christi merito sacramenti huius vi nobis remitti profiteamur; his plane rebus, vti Sot. dist. decima septima quaest. secunda artic. primo prope finem, & Petr. Sot. lectio prima de poenit., & Trident. Synod. sess. decima quarta cano. decimo quarto inquirunt; ac Christus Dominus ea praecandi formula Dimitte nobis debita nostra, declarauit; debitum honoris illi tribuimus, eundem plurimum colimus, atque veneramur; quare Da honorem Deo; & confiteri peccata tua, sacrarum literarum monumentis proditum est: atqui de effectu hoc haecenus, ad reliquos per se itidem, ac secundos veniamus.

De effectibus communibus per se sacramenti poenitentiae, qui in hac vita praestantur, Cap. VII.

- I. **R**IMVS itaque sacramenti poenitentiae communis effectus minus tamen princeps, qui in hac vita tribuitur, gratiae praestatio est; cuius quidem virtute, praeterquam quod peccata delentur, illud, quod proprium sacramenti huius est, additur, si minus ipsam aspernemur, ne posthac, quod Sot. dist. quinta quaest. 3. art. secundo docuit, in peccata facile labamur. II. Vti Sot. dist. 16. quaest. secunda artic. primo, ac Thom. dist. 14. quaest. 7. art. vnico, ac Pet. Sot. de restauratione bonorum per poenitentiam in principio inquirunt, virtutum scilicet fidei, spei, atque charitatis, quibus peccatis commodius resistimus; condonatio. III. Donorum spiritus sancti itidem praestatio; quemadmodum Sot. dist. 16. q. secunda artic. primo tradidit, & generatim nos antea probauimus: atque de effectibus huius satis, ad communes itidem, sed qui per accidens sunt, transeamus.

De effectu sacramenti poenitentiae communi, sed per accidens Cap. VIII.

**E**FPECTVS denique sacramenti huius per accidens maioris, minorisve gratiae susceptio est; nam, vti Sot. dist. 16. quaest. secunda artic. secundo, & Bonau. dist. 14. artic. secundo q. prima cum sequenti par. secunda; & Scot. dist. 22. art. secundo inquirunt, de communi sententia Petr. Sot. de restitutione bonorum per poenitentiam lectio 6. testatur; quod quis ad sacramentum hoc suscipiendum paratior accedit, eo plus gratiae ab eo recipitur; quare non eandem perpetuo gratiam, quam antea perdidimus, recuperabimus: atque de communibus effectibus, qui in hac vita percipiuntur, haec tenemus; ad eiusdem generis effectum, qui post huius vitae cursum percipitur, transeamus.

De effectu communi sacramenti poenitentiae, qui post huius vitae cursum percipitur, Cap. IX.

**P**OST huius autem vitae cursum effectus sacramenti quoque huius aeternae vitae praestatio est; sic enim Ambr. Spier. serm. 19. conclus. 3. in quarto fructu, & Host. eodem num. quinto, itemque Ioan. Nid. eodem capit. 8. in litera O inquirunt; sic sacra nobis litera ijs verbis, Poenitentiam agite, & appropinquabit in vos regnum Dei, pollicentur; ac planè quis hoc inficiabitur? primum sacramenti huius vi, & culpa, & poena aeterna, quae duo nobis aditum in caelum occludunt, delentur; eiusdem vi praeterea Dei gratia, quae vita aeterna est, quoque recuperatur; quare à sanctis Patribus illud celebratum est, uti Catechif. eodem capit. de confess. recenset, ecclesiae clauibus, quibus in hoc sacramento administrando utimur, caelorum aditum nobis aperiri: atqui de effectibus communibus satis dictum sit, ad proprios, ac primò ad eos, qui per se, sed remoti sunt, transeamus.

De effe-

De effectibus proprijs, ac per se sacramenti poenitentiae, sed remotis Cap. X.

**E**FPECTVS autem proprijs, ac per se sacramenti poenitentiae, sed remoti hi sunt. Primus quidem amicitiae Dei recuperatio; nam, cum gratia, quod iam probauimus, sacramenti huius virtute nobis conferatur; merito ipsi Deo nos reconciliari, in amicitiamque iterum ab eodem nos recipi Ioan. Nid. eodem cap. 8. in litera O, itemque Ambros. Spier. serm. 19. conclus. prima, ac Pet. Sot. de efficacia poenitentiae lect. quinta in fine, & de perfect. contritionis lect. 17., nec non Host. eodem num. 5. concluderunt; quare Poenitentiae omnis in eo ius est, Catech. teste; ut nos in Dei gratiam restituat, cum eoque summa amicitia coniungat. II. Quaedam veniae peccatorum impetrandae certitudo; Non aliter accipienda est vox sacerdotis peccata nobis legitime condonantis, ait nanque Catech. eodem, quam Christi, qui ait paralitico Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, idem quoque Vig. de sacramentis in genere § 2. vers. 75., & Io. Nid. eodem capit. 9. in litera D, ac Petr. Sot. de necessitate confessionis lect. 3. senserunt; ac planè, cum hominis cor contritum, & humiliatum à Deo minime respui non ignoremus, qui fiat, ut sacramenti huius susceptione, quod huius rei gratia institutum est, peccatorum veniam nobis condonari firmissimè non credamus? quare, Si impius egerit poenitentiam, omnium iniquitatum, quas fecerit, non recordabor amplius, inquit Dominus. III. Summa conscientiae pax, vehemensque spiritus consolatio; sanè verò, inquit enim Trid. Synod. eodem cap. 3., res, & effectus huius sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo; quam interdum in uiris pijs, & cum deuotione hoc sacramentum percipientibus conscientiae pax, ac securitas cum vehemèti spiritus consolatione consequi solet: Hec ibi sancta Synod., idem Catech. eod., ac Petr. Sot. de necessitate confessionis lect. 3. declarant; neque iniuria; ut enim praeteream nos in gratiam à Deo recipi, quo nihil maius, salutariusque homini, aut accidere, aut ab eodem optari potest; poenitentiae sacramenti vi peccatorum delentis culpis non eorundem pondere pramimur; non conscientiae aculeis, angoreve excruciamur, atque affligimur; Cor quippe impij quasi mare feruens, & non est pax impio, inquit Dominus; quare in ea Philosophiae parte, quae ad mores spectat in lib. 9. itidem haec suis scriptis philos. mandauit *ὁ μὲν φάνηαι τῆσ μεταμελειᾶσ γέμουσιν καὶ αὐτῶν ψυχῆσ στασιάζει*. his igitur molestijs, his solitudinibus cum poenitentia ui liberemur, quis non ingenti laetitia exulet? quis pio non efferatur gaudio? cuius denique vox cum Dauidis illa non intonet? Misericordias Domini in aeternum cantabo; merito itaque ut tranquillo, hilarique animo simus, virtute sacramenti huius efficitur; atque de effectibus per se remotis haec tenemus, ad proximos transeamus.

De effectibus per se, ac proprijs, itidemque proximis Cap. XI.

**E**FPECTVS denique proprijs, ac per se, sed proximi hi sunt. Primus peccatorum culpa; quae ipsi commisimus, delentur; ita enim Ambros. Spier. serm. 19. conclus. prima, ac Pet. Sot. lect. quinta de effectibus poenitentiae in fine, itemque Host. eod. num. 5., nec non Catech. eod. cap. de fruct. asserunt, Si impius, nanque inquit Deus penes Ezechiel. in ca. 18., egerit poenitentiam, omnium iniquitatum, quas fecit, non recordabor: haec autè peccati culpa; quoniam eam subimus, dum à Deo nos auertimus, eumque offendimus, eius legi non obtemperantes, & auersio, & offensio nostra est; quod itidem aia nostra haec ob re  
V Deo



Deo in fensa, deformata, tenebricosaque iacet [gratia enim Dei priuatur, qua nitet, splen-  
descitque exornata] idque nostra culpa fit; & macula, & culpa quoque à sanctis Patribus  
dicta est; ita Petr. Sot. de reatu peccati lectione 3. in 1. parte, itemque Sot. d. 15. q. 1. art. 2.  
2. versic. Ex qua fit secundo comprobatur. 2. Totius culpa peccatorum, quæ mortifera  
dicuntur; sic enim citati autores concludunt; sicque ratione idem probatur; nam culpa  
deleta à Deo in gratiam recipimur; ea remanente, illa priuatur; at eodem temporis mo-  
mento quæ à Deo recipi, simulque, excludi *ἀδύνατον* est; vniuersorū igitur scelerum, quæ cō-  
missimus, multoque magis vnius tantum tota culpa sacramenti huius virtute expiabitur.  
II. II. Poena aeternæ, quæ damni poena dicitur, delictio; vti Ant. Pag. Ven. de satisfact. par. 3.,  
ac Petr. Sot. lect. quinta de efficacia poenitentiae in fine asseuerant; nanque, quod sacra-  
menti huius vi Dei gratia à nobis recuperatur, cum eodemque amoris vinculo iisdem ite-  
rum coniungimur; necessario, id quod per se patet, poena huiusmodi, qua eo priuabamur,  
hac coniunctione tollitur: hæc autem poena, quod, ea nobis inflicta, Deo, summo,  
atque infinito, bono, quem deseruimus peccando, carebamus, & poena damni, eadem  
que aeterna nominatur; par enim fuit, iusque ipsum aeternum id postulauit, ut, quem vo-  
lentes dereliquimus, eodem inuiti priuaremur; & quod à nobis ipse ut infinitum bonū,  
III. Iesus fuerat, eodem infinite orbat in tenebris iaceremus. III. Poena sensus aeternæ quo-  
que delictio; ita enim Bonau. d. 18. q. 2. art. 2. par. prima, & Petr. Sot. lect. quarta de mate-  
ria, & forma, & lect. 5. de efficacia poenitentiae in fine, & Ioan. Nid. eod. cap. 8. in litera O,  
concludunt; nouissimeque Catech. eod. cap. de satisfact. in vers. Quæ cum ita sint, facile  
erit fidelibus; & in vers. Frequentissime enim à sancto Augustino, declarauit; nanque,  
cum expiata culpa, in Dei gratiam redeamus; absurdum planè esset, qui Deo amicus &  
vita hac migravit, apud inferos aeternis ignibus eum concremari; una igitur, cum culpa  
contritionis virtute, ac sacramenti huius vi poena sensus aeterna, quod Ioan. Nid. eod.  
cap. 9. docuit, citati que autores inquit, nobis condonatur: sicut autem poena sensus  
hæc dicitur, quod & sensus ipsi excruciantur, & ab ijs, quæ sensu percipiuntur efficitur;  
ita, quod rerum, quæ sentiuntur, amore capti peccauimus, Deumque infinitum bonum  
offendimus, quod poena peccato respondeat, infligitur, quamuis autem hac, quam reddi-  
dimus, ratione poena sensus appelletur; non eadē tamen, quod aeternitate huiusmodi  
res prædita non sunt, sed quæ eorum oblectatione iniuriæ infinito bono fuimus, aeterna effi-  
citur; peccator igitur, nisi ante actæ vitæ eum peniteret, & perpetuo Dei iucundissimo  
aspectu careret, & aeternis ignibus apud inferos excrucietur; quæ vtraque sacramenti  
huius virtute, uti iam probauimus, expiantur: hæc de effectibus proprijs, ac per se hæc-  
tenus dicta sint, ad proprios, sed per accidens, transeamus.

De effectibus proprijs, sed per accidens sacramenti poenitentiae  
Cap. XII.

I. **E**FFECTVS tandem sacramenti huius, qui proprii, sed per accidens  
nominantur, hi sunt. Primus ut ea, qua necesse est, ratione peccata poe-  
nitens detestetur; effectio; quod n. peccata, quæ prius ipsorum turpitu-  
dine, poenarumve metu odio prosequeremur [quod attritionis esse  
Melch. Can. par. 3. de penit. pag. 23., ac Trid. Syn. eod. cap. 4. declarant]  
ut ad sacramenti huius ministri pedes nos abiecimus eius prudētissimis  
consilijs, fidelissimisque admonitionibus adducti propter Deum in pri-  
mis, quod ad peccatorū expiationem necessario requiritur, non nunquam odimus; meri-  
to, uti necesse est, peccata detestamur, atque, quod aiunt, ex attritis triti effimur; quare,  
quæ prudentis, cordatiq; sacerdotis, dū munus hoc exercet, opera, ac studio id fieri cōtingit;  
iure cū his effectibus, quæ p accidens dñt, hunc collocauimus; non n. sacramenti virtute  
id pstat; tum quæ sacrum hoc attritis administrari non dēt [cōtrictio n. vti sacramēti, huius  
materia

materia necessaria est] tum quod cuiunque quoquo modo affecto collatum id opera-  
retur, quod absurdum est. II. Sacramentorum scilicet Baptismi, Confirmationis, Ordinis,  
ac Matrimonij, si ea suscepimus, gratia, effectuumque eiusdem recuperatio; nam,  
cum sacramenta hæc exitalibus culpis non tollantur, sicuti suo loco probauimus, eadem  
que, nisi impediuntur, gratiam conferant; merito, peccatis expiatis, id quod Sot. d. 1. q. 3.  
art. 2. vers. Contra verò hanc sententiam, docuit, illam præstabit; quare, quod baptismi  
virtute in filiorum Dei numerum cooptamur; Christi fratres effimur; regnum cœlorū  
speramus; bonorum, quæ cum publicè, tum priuatim fiunt, participes sumus; quod con-  
firmationis gratia contra hostes armamur; quæ omnia nobis scelera ademerant; eadem  
poenitentia susceptione, uti Host. in sum. eod. num. 5., & q. 88. vers. Bonorum multo-  
rum inquit, restituntur; reliquorum verò sacramentorum præteritos quidem fructus, si  
quos contulissent, hos quoque recuperamus, at recentis, nouiq; nisi iterum ea suscepe-  
rimus nobis non cōdonantur; neque enim cum peccato esse possunt, ut id suis locis pro-  
bauimus; & suos effectus, dum cōferuntur, præbent. III. Vti Thom. d. 14. q. 8. art. tertio,  
atque Ambr. Spier. serm. 19. concl. secunda, itemq; Petr. Sot. de restauratione bonorum  
per penitiam lect. 6., ac Sot. d. 16. q. 2. art. 5. inquit, de communiq; sententia Bonau. d. 14.  
art. 2. q. 3. p. 2., itemq; Sot. eod. art. 5. testantur; operum, quæ quis, dum peccatis careret, fece-  
rat; peccatis verò deinceps intercepta fuerant, atque idcirco mortificata à diuinarum rerū  
scriptoribus dicta, restitutio; Reddam, etenim penes Ioel. inquit Deus, vobis annos, quos  
comedit locusta, & brucus; & penes Ezechiel; Si impius, ait, egerit penitiam ab omnibus  
peccatis, quæ operatus est, & custodierit vniuersa præcepta mea, & fecerit iudicium, &  
iustitiam; vita viuet, & nō morietur; omniū iniquitatum suarū, quas operatus est, nō re-  
cordabor; in iustitia sua, quam operatus est, viuet, & non morietur; opera verò pietatis,  
dum quis grauioribus sceleribus præmebatur, effecta; quæ à charitate non emanarunt, et si  
peccata sacramenti huius virtute tolluntur, de eorundem tamen, quos citauimus, auto-  
ritate neque reuocantur; neque, quæ, quando efficiebantur, charitati nō nitebantur, modò  
autem non sunt; charitate informari nunc queunt. IV. Ad Dei mādara exequenda cau-  
tior, ardentiorq; penitens efficitur; ut n. in seipso acerrimè, quod peccauit, vendicet; ut  
præteriti tēporis iacturam sarciat; plura, maioraque pietatis opera efficit; sicuti Petr. Sot.  
lect. 9. de cōparatione diuinæ gratiæ, & de fruct. pen. inquit, ac studiosius, ardētiusque in  
ipsis elaborat; atque idcirco poenitentia dignos fructus facit; ad quos præstādos Christus  
Dñs illis verbis Facite fructus dignos poenitentiae nos inuitauit. V. Si perito sacerdoti quæ  
peccata cōfiteatur, sicuti Ioan. Nid. eod. cap. 9. in litera B, ac Pet. Sot. de necessitate cōfess.  
lect. 3. inquit; eruditio quædam, quod deinceps peccatum caueat, peccatiq; cognitio nō  
nulla quoque habetur; ibi n. poenitentem sapius, quod peccatum esse non existimabat,  
peccati rōnem habere minister edocet; ibi eūdem hæc ut vitet, illa ut faciat, instruit, atq;  
admonet. VI. Mali habitus sublatio; Medentur quoque peccatorum reliquijs, Trid. n. VI.  
Syn. eod. cap. 8. inquit, & virtuosus habitus malè viuēdo comparati contrarijs virtutū actio-  
nibus tolluntur. Hæc ibi sancta Syn.; quare non est, cur hæc de re quidpiam dubitemus.  
VII. Christianæ societatis cōseruatio; si enim peccata confessione huiusmodi pate-  
facere non cogermur; quot, quantaque scelera; quot incestus, atque adulteria; quot cē-  
des, atque interitus animo concepta tandem erumperent? Neque verò, inquit nanque  
Cat. eod. cap. de confess., illa confessionis vtilitas prætermittenda, quæ ad vitæ societatem,  
& coniunctionem magno opere pertinet; constat enim, si sacramentalem confessionem è  
Christiana disciplina exemeris, plena omnia occultis, & nefandis sceleribus futura esse;  
quæ postea, & alia etiam multo grauiora homines peccati cōsuetudine deprauati palam  
committere non verebuntur; etenim consistendi verecundia delinquendi cupiditati, & li-  
centiæ tāquam frenos iniicit, improbitatem coeret. Hæc Cat., ac planè, quis uel parum  
pudens non suorum scelerum erubescat confessione? non voce titubet, linguavè hæreat  
enarratione? quare sapientissimus Deus merito sacramenti huius susceptionis lege nos  
obligauit: hæc de fructibus poenitentiae sacramenti hæctenus, ad ipsius materiam com-  
munem, quæ ad genus spectat, transeamus.

De materia communi sacramenti poenitentiae, quae ad genus spectat,  
Cap. XIII.



**M**A T E R I A igitur sacramenti poenitentiae communis, quae ad genus spectat, sacramentum novae legis est; sic n. Thom. d. 14. q. 1. artic. primo, ac Sot. d. ead. q. 1. art. 1. concl. 1. inquit; sic Catech. eod. pluribus id comprobavit; Quod verò poenitentia sacramentum sit, inquit naque ipsa, pastores ita facile ostendunt; vt. n. baptismus sacrum est; quia peccata omnia, ac praesertim, quod origine contractum fuit, delet; eadem rone poenitentia, quae peccata omnia post baptismum voluntate, vel actione suscepta tollit; vere, & proprie sacramentum dicendum est; deinde, quod caput est, cum illa, quae extrinsecus tum à poenitente, tum à sacerdote sunt, declarent ea, quae interius efficiuntur in anima, quis neget poenitentiam vera, & propria sacramenti ratione praeclaram esse? Siquidem sacramentum sacrae rei signum est; peccator autem, quem poenitet, rerum, & verborum, notis planè exprimit se animum à peccati turpitudine abduxisse; itaque ex ijs, quae à sacerdote geruntur, & dicuntur, misericordiam Dei peccata ipsa remittentis facile cognoscimus; quam hoc aperte indicant illa Salvatoris verba, Tibi dabo claves regni caelorum, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis; absolutio enim sacerdotis verbis enunciata remissionem illam peccatorum significat, quam in anima efficit. Hec ibi Cat.; quare Trid. Syn. in can. 1. eod. contrarium asseuerantes anathemate damnant; Si quis, inquit enim ibi, dixerit in catholica ecclesia poenitentiam non esse verè, & proprie sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis à Christo Domino nostro instituti, anathema sit; cur igitur hac de re dubitemus, causa nulla est. I. Iterabile, vt Thom. d. 14. q. 4. art. fin., & Bon. d. ead. artic. 1. q. 2. p. secunda inquit; Nouissimeque Trid. Syn. eod. c. 2. can. 1. asseueravit; nam, & querenti Petro, num septies venia peccati danda esset, non septies, sed vsque septuagies septies veniam dandam esse Dominus responsum dedit; quem numerum, quamuis finitus sit, in infinitum tamen protrahi & Med. de pen. q. x. in 2. parte, & Bon. eod. art. q. 3. declarant; poenitentia igitur sacramentum iterari potest; neque iniuria; nam, cum morbus, qui eius virtute curatur, saepius iteretur, in illumque frequenter incidamus; meritò & medicina saepius, ac quoties oportebat, ut fieret, prudentissime constitutum est; quare, scilicet quod saepius suscipi potest, quòdque peccata post baptismi susceptionem commissa ipsius ui delentur, sic poenitentiam sacramentum definimus, Poenitentia sacramentum est sacramentum novae legis iterabile, per quod peccatum post baptismum commissum deletur: atque de materia huiuscemodi haecenus; ad materiam itidem communem, sed circa quam; itemque ad ea, quae eidem necessario inesse debent, cum reliquisque sacramentis sibi communia sunt, transeamus.


De materia communi circa quam sacramenti poenitentiae; et de ijs, quae necessario illi inesse debent, sibiq; cum reliquis sacramentis communia sunt, Cap. XIII.



**M**A T E R I A itidem communis, sed circa quam sacramenti poenitentiae Homo est; ita enim in additionibus 3. par. quest. 36. artic. primo habetur, ac Sot. dist. 15. q. prima art. 1. concl. secunda docet; quare beata, diuinaeque mentes, daemones quoque ipsi sacramenti huius participes non erunt; illa naque peccatum, quod necessario hic requiritur, nunquam commiserunt, doloremque sacramenti huius partem sentire non possunt; hi verò, qui peccarunt, propter Deum in primis, quod oportet, peccata detestari

detestari noluit [id quod si ab ipsis fieret, vt Bon. dist. 14. art. 1. quest. 3. part. 2. inquit, veniam consequeretur] necessario autem ipsi homini, quae sibi cum reliquis sacramentis communia sunt, haec inesse debent. Primum vt vitam hanc viuat; vt Thom. ab Arg. dist. 20. quest. 1. art. primo concl. 1., ac Scot. dist. 21. in 3. oppositione quest. 1. inquit; nanque, sapiens in ecclesiast. 17. ait, Viuus, & sanus confiteberis; à mortuo enim perit confessio; etenim; cum sacramenta militantis ecclesiae medicinae sunt, qui verò euia hac migrarunt, ecclesiae huius esse deserunt; meritò eorum participes esse nequeunt; non igitur, qui apud inferos aeternis cruciatibus plectuntur [cum hac ratione, tum quòd non propter Deum, vt daemones, peccata oderunt] non, qui praescriptis ad tempus ignibus purgantur; non demum, quae in coelesti illo domicilio felices animae aeterno euo perficiuntur, quòd molestiam, doloremve non sentiunt; sacramenti huius participes esse possunt; quare, qui poenitentem iam absolvens, forma tota nondum enunciata, illum animam edidisse animaduerterit, minimè eum absoluat; vel si dubitet, ad remedium cap. 2. extra de bap., quod a libi tradidimus, confugiat. II. Praesens adsit; nam, cum peccata ipsamet poenitens confessione patefacere sacerdoti debeat, vt suo loco probabimus; meritò praesens vt adsit, necessario requiritur. III. Sacramentum hoc suscipere queat; si enim peccata aut verbis, aut nutibus, rationevè alia à poenitente explicari nequiverint, sacramenti huius, cuius materiae necessaria pars confessio est, fructu priuabitur; quamuis eorum peccatorum, quae non fuerint confessus, vt Melch. Can. par. 5. relec. 1. pag. 76. asseruit, ac Trid. Syn. eod. cap. de confessione indicavit, effectu absolutionis non carebit. IV. Illud idem suscipere velit; sic enim Petr. Sot. lect. 7., & Thom. dist. 17. quest. 14. in fin., & Sot. dist. 18. quest. 2. art. 2. num. 2.; & Melch. par. 2. concludunt. 1. Re vera. 2. Re ipsa. 3. Saltem virtute. V. Ipsamet sacramentum suscipiat; sicuti naque meo nomine quis neque confiteri, neque peccata mea confiteri; ita neque etiam eorum absolutionem consequi potest; qua enim ratione, alio absoluto, peccatorum ipse meorum vinculis restrictus liberabor? haec de ijs haecenus; ad ea, quae eiusdem magis propria sunt; necessarioque itidem inesse ipsi debent, veniamus.

De ijs, quae eidem materiae necessario itidem inesse debent; propria tamen magis ipsius sunt, Cap. XV.



**I**N E S S E itidem necessario eidem materiae, quae magis propria ipsius sunt, haec debent. Primum vt rationis usum habeat; Omnis n. vtriusque sexus fidelis, vt in cap. omnis extra eod. habetur, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti; idem in Trid. Syn. eod. cap. 5. habetur, atque Scot. dist. 17. art. 2. cum sequenti, itemque Tart. dist. ead. quest. 1. comprobantur; etenim, cum sacramenti poenitentiae materia propria peccata sint, vt videbimus; qui sapere ad huc non capit, quod ab eo peccatum committi potest, cum ipsum à voluntate proficiatur, quae in eo, qui non intelligit, desideratur? postremo cum peccata confitemur, & tunc sapere nos oportet; intelligere enim id, quod agit, ipse poenitens, sacramenti que huius suscipiendi propositum habere debet; haec autem huic, qui non intelligit, haud inesse nemo inficiabitur; non igitur pueri, qui sapere adhuc minus caperunt; non furiosi, nisi, cum sani peccata tunc ab ipsis commissa confessi fuissent, sacramenti huius participes erunt: quando autem rationis usum habeant, quod praescribi dies certa non potest; alij enim alijs celerius, tardiusve ratione vtuntur; ideo in eorum arbitrio, qui curam ipsorum gerunt, vel parochi, vel parentes, vel tutores sint, vt Scot. dist. 14. art. 2., ac Biel. dist. 25. quest. vn. inquit, collocabitur argumento leg. 1. ff. de verb. oblig., & cap. de causa de offic. deleg. II. Dum confitetur, id, quod tunc agit, intelligat; non enim, sicut in baptismi susceptione, sat est, vt sacramentum suscipiat; verum etià vt operetur, confessione scilicet vt peccata patefaciat, necesse est. III. Vt Thom. dist. 16. quest. 2. art. 1., ac Sot. dist. 18. quest. 1. art. 3. baptismo initiatus sit; Porro, inquit

inquit enim Trid. Syn. eod. cap. 1., nec ante aduentum Christi poenitentia erat sacramentum, nec est post aduentum illius cuiquam ante baptismum. Hac ibi sancta Syn., idem in can. 1., ac seq. assenerunt; Si quis, nanque in can. 1. ait, sacramenta confundens ipsum baptismum poenitentiae sacramentum esse dixerit; quasi haec duo sacramenta distincta non sint; atque ideo poenitentiam non recte secundam post naufragium tabulam appellari anathema sit. Hac Trid. Syn., atque ita Petr. Sot. de necessitate confessionis lect. 1. declarauit; sicut igitur, qui baptismum initiati non sunt, confessionis huiusmodi praecocepto non adstringuntur, atque idcirco singulis quoque annis [quia non confitentur] nouo peccato non obligantur, uti Med. quest. 26. de confes. & Ioseph. Ang. eod. concludunt; ita idem, si sua peccata, quo sacramentum hoc suscipiant, confiteri velint, baptismum non suscepto, habiles non sunt. IV. Mortiferè, leuiter uè peccauerit; ita enim Host. eod. num. 7., ac Petr. Sot. lect. 2. de partibus poenitentiae, nec non Scot. dist. 17. quest. 1. art. 3. inquit; etenim, cum peccata poenitentiae materia sint; peccatorum culpis si careamus, qua ratione, quovè iure, uti Melch. Can. 1. par. 1. & 2., & Tart. dist. 17. vers. De articulo secundo, concludunt, poenitentiae susceptionis praecocepto obligabimur? quare, Tu Deus iustorum, inquit Manassès ille, non posuisti poenitentiam ijs, qui tibi nunquam peccauerunt. V. Ne in mortifero peccato perseveret; nam, cum poenitentem contritum de peccatis esse oporteat; in mortifero peccato perseverans hic nulla ratione absolutionis fructum consequetur. VI. Censura ecclesiastica irretitus ne fiet; non igitur maiori excommunicatione obligatus, quod communiter receptum id esse Tab. in verb. Absolutio 1. num. 24. recenset; & in cap. quicumque. 24. quest. 1. habetur, antequam ea poena liberatus sit, sacramenti huius particeps erit; quare vel ipse poenitentis, ministrivè inficitia quis absolutus fuerit, quod absolutionis fructum consequutus non est, iterum, uti Ant. Ven. de iterat. confes. cap. 10. par. 2. num. 7. inquit, eadem peccata hic confitebitur; Minori quoque excommunicatione implicatus, sicuti suspensione, interdictovè à sacramenti huius susceptione prohibitus, sacramentum hoc suscipiens, quod mortiferè peccat, uti generatim probauimus; non modò nihil consequetur, sed nouo peccati genere obligabitur. VII. Eius finis causa in primis, cuius institutum est, sacramentum hoc suscipiat; nam, cum eum, cui sacramentum hoc administratur, quod absolutionis fructus consequatur, exitiali culpa vacare, atque idcirco contritum esse oporteat, qui aliter, atque sacramenti ratio postulat, ad illud suscipiendum veniet, planè mortiferè peccabit, atque idcirco salutaribus ipsius fructibus carebit; neque enim gratia, quae hoc sacramento confertur, & à qua effectus vniuersi proficiuntur, cum mortiferi peccati culpa esse potest; non igitur inanis gloriae, non metus gratia in primis quis confiteri sua peccata debet; alioquin non modò nihil consequetur, verum contra nouo peccati, scelerisque genere, uti Bon. dist. 17. quest. 4. art. 2. par. 2., & Host. eod. num. 12., inquit, se obligabit, atque hanc ob rem confessionem puram esse debere diuinarum rerum scriptores concluderunt. VIII. Peccata, quae commisit, quò in mentem veniant, si facultas detur, prius inuestiget; constat enim eum, qui intra annum, aut nunquam, aut raro sacramenti huius remedio utitur, non continuo posse vniuersa totius anni peccata in memoriam reuocare; ut igitur res postulat, ac cuiusque nostrum captus feret, plus minusvè opera hac in re collocabimus; nanque, si nostra in curia mortiferum peccatum praeremissimus; quòd in re graui dissoluti, ac negligentes, sumus; nouo, eodemque exitiali, peccato, uti Syl., Caiet., ac Tab. in vreb. Negligentia asserunt, obuoluemur; & quoniam confessio hac ratione facta idcirco non valet, uti quoque Ant. Ven. de iteratione confes. cap. 10. num. 2. par. 2., atque Nau. in Manual. cap. 9. num. 13. inquit, necessariò eam iterabimus; si tamen mortis periculum impendat, vnde id minimè possit; tunc, quae in memoria habemus, confessi, reliquorum obliui quae fuimus, simul culpas detestati, quae, si periculum illud euaserimus, deinceps confitebimur, absolutionis beneficium Nauar. ibidem teste nihilominus consequemur. IX. Contritus sit; id est quorumcunque peccatorum [quae ipse commisit] exitiales culpas omnium maximè propter Deum in primis detestetur; ea in futurum cauendi propositum habeat; simul veniam se consequuturum ipsorum non desperet; confiteri denique illa, atque pro eisdem debitas poenas persolvere velit; hac enim ratione contritus erit; hac peccata detestandi norma diuinam gratiam, remissionemque peccatorum conse-

consequetur; sicuti nanque quis volens peccat; ita idem peccata [ut, qui illa à se facta nollet, si fieri posset] detestatus ipsa tollere debet; uti Thom. dist. 17. quest. 6. art. 1., & 2., & Nauar. in Manual. cap. 1. num. 20., & Sot. dist. 17. quest. 2. art. 1., & Bon. dist. 16. quest. 1. art. 1. par. 1., & dist. 21. art. 1. quest. 2. par. 1. asserunt; Tridentinaque Syn. nouissimè eod. cap. 4. declarat; etenim, cum oblectatione peccauerimus, iure, ut peccata deleantur [contraria nanque contrarijs tolluntur] ea odisse debemus; ex his igitur peccata, quae commisimus, detestari nos debere, quò ipsorum veniam impetremus, satis constat. ¶ Præterea, cum detestari peccata pro eorum grauitate, itemque pro eius, quem peccando offendimus, dignitate nos oporteat; hic autem Deus sit; merito, cum Deum infinitum bonum offenderimus, infinite, si fieri posset, peccata quoque odisse debemus; item detestatio hac charitati, qua Deum diligimus, respondet; at charitas, ut omnium maximè Deum amemus, nobis iubet, uti Petr. Sot. de contr. perfec. lect. 15., & Sot. dist. 17. quest. 2. art. 1. cõcl. 1. & 2., & Bon. dist. 16. art. 2., & Ioseph. Angl. ead. de contr. concludunt; ergo id, quo ipsum ledimus, scilicet peccatum, plurimum omnium, ut detestemur, obligamur; postremò, si plus quidpiam, quam id, quo Deum offendimus, odissemus, èt illud magis, cuius gratia hoc odimus, quam Deum diligeremus; hinc autem eo dignum non esse ipsum Christum pronuntiauit; quare vel rei familiaris, vel dignitatis, famamvè iactura facienda, vel mors obeunda, sit; ad omnia aduersa potius ferenda animatos, paratosque nos esse de eorumdè autorum sententia opt., quã ut Deum offendamus; hac enim illa detestatio est, quae de sanctorum patrum iudicio, quò peccata nobis condonentur, requiritur; hac, quam estimatione, non doloris sensus acerbitate, uti Nauar. in Manual. cap. 1. de contrit. num. 7.; & Petr. Sot. eod., itemque Melch. Can. par. 3. de poenit. pag. 27. inquit, metimur; hæc, quã à ratione, voluntateque nostra proficisci Petr. Sot. lect. 14. de perfec. contr. docuit; hæc, inquam, cuius exuperatio non pertimescenda; cui modus non est definitus; sicuti nanque Deum amandi modus, diuo Bernardo teste, illum sine modo amare est; ita & peccatum, quo Deo iniurij fuimus, sine modo odisse odio illud habendi modum esse Bon. dist. 16. quest. 2. art. 2. par. 1. cõprobauit: ¶ Ex his iam constat propter Deum in primis peccata etiam detestanda esse, uti quoque Petr. Sot. lect. 14. de perfec. poenit., & contr., & Scot. dist. 20. concl. 2., & Bon. dist. 14. quest. 3. art. 1. par. 2., & Bacch. dist. 15. quest. 1. art. 2. inquit; & Ioseph. Angl. eod. cap. de contr., & Melch. Can. par. 1. de poenit. pag. 7. communiter id receptum esse testantur; quò, nanque diuinam gratiam quis recuperet, ut ad Deum se conuertat, necesse est; at id diligendo Deum efficacitantum potest; Peccatores enim ad iustificationem se disponere incipiendo diligere Deum tanquam omnis iustitiae fontem Trid. Syn. sess. 6. cap. 6. de iustificatione docuit; non igitur, quòd poenae apud inferos nobis peccato perseverantibus constituta sint; non, quòd dignitati, famamque peccato aduersentur; non denique, quòd eorum turpitudine coelesti domicilio priuemur [quamuis & hæc à peccatis nos auocent] sed precipuè, quòd Deum offendant, de eorum, quos citauimus, sententia detestari peccata debemus. ¶ Deinde, cum mortifero quouis peccato iram Dei in nos concitemus; ideo, uti Petr. Sot. lect. 13. quando, & quorum poenitentia agenda propè finem, & Bon. dist. 15. quest. 2. art. 1. par. 1., & Sot. dist. 17. q. z. art. 2., & 3. inquit, quò illa nobis remittat, in gratiamque ab eo recipiamur; quòdcunque mortiferum peccatum à nobis commissum detestabimur; neque enim culpa exitialis vna, vniuersis, quae adiunt, non sublati, deleri potest; alioquin cum peccato gratia, quae poenitentiae sacramenti vi confertur, quaque peccata delentur, esset, quòd absurdum est; quare ob id etiam sigillatim de vno quoque peccato proprie conteri qui pluribus pollutus est, nemo potest; ut enim mitam contritionem poenitentiae sacramenti partè non gradatim, sed repente fieri, id quòd Bon. dist. 16. quest. 1. art. 3. par. 1. asseruit; eadem gratiam Dei recuperamus; at, si de singulis peccatis separatim contereremur, eodem temporis momento, & Dei amicos [quate nus hæc peccata fuerimus detestati] & eiusdem è contrario inimicos [quate nus illa contritione non expiauerimus] nos esse contingeret; ne igitur in opinionem hanc non minus à ratione, quam à pietate abhorrentem veniamus; vniuersa mortifera peccata, quae commisimus, vel in memoriam reuocata, vel simpliciter detestabimur. ¶ De peccatis verò nostris, non autem de ijs, quae alij commiserunt, conteri nos etiam oportere hinc

hinc apparet; nam, cum ipsa contritio duri cuiuspiam diminutio sit, ut communiter id receptum esse Syl. eod. in verbo Contritio testatur; hacque duritas in peccatore eo in sit, qui peccatis oblectatur, ut, qui neque huius beneficijs, quae à Deo optimo maximo in hac vita accepit, neque illis, quae eidem vberiora se tributuri esse in alia pollicitus est, illectus; neque supplicijs, quae consceleratis proposita apud inferos sunt, perterritus à peccando auocari potuit, sed obstinatio, duriorque factus, humano, diuinoque iure violato, daemone, quam Deo inferuire maluit; merito ubi duritas illa est, ibi contritio hac esse debet; praeterea peccando nos à Deo auertimus, peccata verò detestando, ad eundem conuertimur; atqui, si tu peccaueris, donec peccatum ipse non fueris detestatus, agam ego, quicquid velim, nunquam ad Deum conuerteris; postremò contritionis virtute Deus gratiam, quae vita aeterna est, nobis elargitur; verum, si pro alterius peccato conteri possem; & qui in peccato perseueraret, aeternam vitam consequeretur; de alterius igitur peccatis, nisi quatenus, ad nos ipsa spectant; quòd eorum auctores scilicet; participes fuimus, quamobrem sanctus Dauid veniam à Deo his verbis Ab alienis parce seruo tuo, praecabatur, non aliter, verè conteri de Doctorum sententia possumus; hinc quòd fit, ut de peccato, quod ipsi minimè fecimus, contritio [ quatenus sacramenti poenitentiae pars est ] esse nequeat; sed, ut Melch. Can. de poenit. par. 1., ac Med. quaest. 38. inquit, de peccato, quod commissimus [ eorum haeresi, & à Trid. Syn. eod. cap. 4., & can. 13. explosa, qui veram poenitentiam vitae tantum mutationem, non praeteriti peccati detestationem asseuerant ] esse debeat; Declarat igitur sancta Syn., dicitur nanque ibi; hanc contritionem non solum cessationem à peccato, & vitae nouae propositum; & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, iuxta illud Projicite à vobis iniquitates vestras, in quibus praeruaricati estis; & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum; & certè, qui illos sanctorum clamores considerauerit Tibi soli peccaui, & malum coram te feci; laboraui in gemitu meo; lauabo per singulas noctes lectum meum; Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae, & alios huiusmodi generis; facile intelliget eos ex vehementi quodam antea actae vitae odio, & ingenti peccatorum detestatione mansisse. Hac ibi sancta Syn.; ex quibus peccata, quae non ab alijs, sed à nobis, & iam commissà sunt, detestari nos oportere constat. ¶ Quoniam itidem peccatorum culpis Deum offendimus, animosque nostros eisdem deprauamus; contra verò propter Deum a quo animo perpetiendis poenis ipsam placamus; nosque, vitijs expurgatis, virtutibus expolimus; his de causis peccatorum culpas, non poenas, sicuti Thom. dist. 17. quaest. 7. art. 1. asserit, atque in additionibus 3. par. quaest. 2. art. 1. habetur, detestari, de eisdemque conteri debemus; hinc poenis huius oblectatur Deus; hinc, ut sibi in primis carissimi, dum his interris commorantur, probra, irrisiones, cruciatus, mortes denique patiantur, permittit. ¶ Item, cum is, quem peccatorum poenitet; posthac iterum non modò non peccandi, sed diuinis praecipis obtemperandi in animo ut habeat, consequatur; ideo, sicuti Sot. dist. 17. quaest. 2. art. 1., & Bon. dist. ead. quaest. 4. art. 1. par. 1., & Scot. dist. ead., itemque Thom. Elyf. quaest. 17. lect. 1. concludunt; & peccata confitendi, & pro eisdem debitas poenas persoluendi [ quòd & hac diuinis praecipis continentur, hacque ratione sacramentum hoc à poenitentia virtute seiungitur ] propositum habere debet; quare, quod omnium iudicio, qui pie hac de re conscripserunt, necessariò in poenitente id requiritur; vel propositum hoc habeat, vel, si minus id possit, ad hac faciunda, si facultas sibi daretur, id quod Tur. Crem. dist. 7. art. 1. in fine asseuerat, bene animatus fiet. ¶ Quia etiam poenitentia sacramentum cum virtute coniuncta est; virtus autem, quòd prudentiam coniunctam habet, longè in posterum prospicit; ob eam rem poenitens non modò ad praeteritas culpas detestandas, verum etiam ad exitiales deinceps cauendas obligatur; Si impius, penes Ezechiel ait enim Deus, egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia praecipia mea, omnium iniquitatum eius non recordabor; Deponite, diuus quoque Paulus spiritu sancto edoctus inquit, vos veterem, qui corrumpitur secundum desideria erroris; renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem; haec igitur spiritus innouatio, haec noui hominis induendi ab apostolo praescripta ratio, illa praecipitorum, quam iubet Deus, custodia, vnam futuri mali cautionem respiciunt, atque consulunt, ut in cap. 1., & in cap. poenitentiam cum multis sequen-

sequētibz de poenitentia dist. 3. habetur, atque Scot. dist. 17. art. 2. dist. 22. art. 3., & Petr. Sot. de integritate confessionis lect. 9., & Med. de confessione quaest. 20. conclus. 4., & Tart. dist. 17. art. 2., & Melchior Can. par. prima eod. poenit. pag. 5. conclus. prima, & Thom. quaest. 17. art. primo, diuinarumque rerum scriptores vniuersi interpretantur, ac sentiunt; quare Contritio, ait nanque Trid. Syn. eod. cap. 4., animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero; qui ergo verè praeterita peccata detestatur, contritionisque fructus consequi cupit; hic idem, ne posthac in ea incidat, propositum adeo firmum, ac stabile habeat, necesse est, sicuti Petr. Sot. de perfect. contritionis l. 16. inquit, de communiq; senti Nauar. eod. cap. 1. num. 20. testatur, ut quiduis graue, vel mortem ipsam sustinere, quam mortiferè amplius peccare malle debeat. ¶ Non solum autem mortifera peccata, quae per se nota sunt, vitandi propositum habere poenitentem oportet; verum etiam & ad ea cauenda, quae idem peccati rationem habere non exestimat, prudentiores tamen contrarium asseuerant, animatus esse debet; quamobrem, si ad id induci non potuerit, sicuti huic Scot. d. 22. art. 3. vers. Secundum, & Sot. dist. 18. quaest. 2. art. 5. in solut. 5. arg. secuti, absolutionis beneficium denegabimus; ita è contrario, cum vtraque opinio et poenitentis, & sacerdotis probabilis erit, de eorum dem auctorum sententia, cum absoluemus. ¶ Immo, sicuti Ant. Ven. in c. 11. p. 2. de confes. num. 15. ait, & occasionem eam, qua sibi data, in mortiferum peccatum saepius incidit, ut fugiat, necesse est; nanque si mortiferas culpas ut euitet, requiritur; quanto magis earum causas, in quibus occasio infimum locum sibi non vindicat, euitabit? non idcirco tamen nos pro certo in mortiferum peccatum deinceps minus casuros esse, ut credamus, necesse est, sicuti Sot. dist. 17. quaest. 2. art. 1., & 2., & Ant. Ven. eod. cap. 11. par. 2. num. 3., & Nauar. eod. cap. 1. num. 12. inquit [ arrogantiae enim id sibi pro certo polliceri potius, esset quam virtutis ] sed, quantum in nobis est, in id ut incumbamus, oportet. ¶ Postremò, cum quacunque hora peccator sua peccata deploraret, eorum memoriam oblivione sempiterna se delecturum Deus nobis pollicitus sit; ideo, ne eum, qui veritas ipsa est, mendacem arguamus, spem quoque veniae consequenda habebimus; Fuit autem quo vis tempore ad impetrandam veniam peccatorum, inquit enim Trid. Syn. e. cap. 4., hic contritionis motus necessarius; & in homine post baptismum lapsò ita demum praeparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuinæ misericordiae, & voto praestandi reliqua coniunctus sit. Hac ibi sancta Syn., idem in cap. nemo potest de poenit. dist. 1. habetur, atque Melch. Can. par. 2. de poenit. pag. 16., & Ant. Pag. Ven. par. 2. cap. 11., & Sot. dist. 17. quaest. 2. art. 1. conclus. 1., & Nauar. in Man. cap. 1. num. 11. concludunt; quare [ quòd, qui fiduciam hanc non haberet, mortiferè peccaret ] nec veniam idcirco consequeretur; contritum igitur peccatorem ea ratione, qua diximus, esse oportet; nam, cum Trid. Syn. eod. cap. 3. contritionem materiae sacramenti huius partem esse comprobarit, merito poenitens de eiusdem quoque Syn. sententia, ut praeditus fiet, necessariò requiritur; Sunt autem, inquit ibi sancta Syn., quasi materia huius sacramenti ipsius poenitentis actus nempe contritio, confessio, & satisfactio, qui, quatenus in poenitente ad integritatem sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione poenitentiae partes dicuntur. Hac ibi Trid. Syn., idem in can. 4. ead. sess. asseuerat. 1. Vere, ac re ipsa contritus fiet; uti Bon. dist. 17. quaest. 3. art. 2. par. 2., & Med. dist. 20. de confes. concludunt; quare, qui se contritum esse simularet; quòd mortiferè peccat [ sacra quippe re abutitur ] sacramenti effectus, etiam simulationis specie deposita, vi sacramenti, nisi ex animo contritus de integro ipsum suscipiat, non consequetur [ neque enim eorum opinio mihi vnquam arrisit, qui simulatione huiusmodi sublata, sacramentum administratum suos effectus praestare existimarunt; nam, si contritio necessaria poenitentiae sacramenti pars est, sicuti proximè iam probauimus; ea cum non adsit huiusmodi fictione, etiam si deinceps illa cesset, quo modo sacramentum extabit? ac si hoc; unde sacramenti effectus, cum sacramentum non adsit, enascetur? ridiculum est enim ornatum quendam, cuius in sacris literis nulla mentio sit, vestigium nulloquam apparere, tunc conferri existimare; alioquin, & qui fidei eucharistiam sumeret, ea fictione deposita, salutares ipsius fructus consequeretur, id quod diuus Paulus non modò constanter pernegauit, verum, qui sic indignè, impieque caelesti

eo pane vesceretur, iudicium sibi eum manducaturum confirmavit] quare merito recta intentionem hic necessariam esse antea conclusimus. 2. Saltem tacito; & si enim, dum peccata detestamur, uniuersa hac animo tunc non concipimus; si tamen sic affecti simus, ut de eis admoniti hac vellemus, id sat esse concludimus; magna nanque ex parte homines non imperiti modo, sed & docti saepius hac non animaduertunt, quos tamen ex animo peccata detestari verisimile est; virtute igitur [sic enim nominatur] ut peccata detestemur, Scot. dist. 14. quaest. 1. art. 10., cuius sententiam communiter receptam esse Nauar. in Manual. cap. 1. num. 9. recenset, ac sequitur; sat esse rectissime sensit; quare, etsi dum peccata detestamur, an mentem potius nos subituri, quam peccata commissuri essemus, non animaduertimus; & si an iterum non peccandi, itemque; an ea, quae commisimus, confitendi, pro ipsisque poenas persoluendi propositum habeamus, minimè sentimus; ad quae tamen gerenda, si illa attenderemus, paratissimi essemus: hunc planè animum sufficere cum Petr. Sot. lect. 17. de perfect. confes., & Med. de confes. quaest. 3. de poeniten. par. 3., & Nauar. eod. cap. num. 9. & num. 11., quod alios in hac sententia fuisse recenset, non dubitamus; sic nanque ratio ipsa, suadet; parem enim virtutem taciti esse, & expressi in leg. cum quid sit si certum per. haberetur; & quae verisimile est quempiam fuisse facturum, si ea is attendisset, perinde esse, atque si illa fecisset, Glos. in leg. tale pactum in §. fin. ff. de pa. Etis ab omnibus comprobata declarauit. 3. Vel tandem, si hoc in animum inducere non possimus, ut ratione hac peccata detestemur, id nos minus posse, vehementer doleamus; atque, quod id Deus, unde bonum hoc proficiscitur, sua benignitate nobis elargiatur [id namque sat esse ad salutem consequendam, absolutionisque fructum recipiendum de communi sententia Nauar. eod. cap. 1. num. 21., & cap. 10. num. 4. testatur] summis precibus ab eo contendamus; neque enim Deus, quod sacrae literae nos docent, facienti quantum in se est, suam gratiam cupiam non elargitur; contritio igitur [ut quid sit adumbremus] est poenitentiae sacramenti pars, quae peccata propter Deum detestatur, eorumdemque, & confessionis & satisfactionis, cautionisque; propositum in se continet; quare si quid eorum, quae ante tradidimus, defuerit, neque absolutionis fructum consequemur, neque detestationem hanc contritionem, sed attritionem appellabimus. X. Confessio etiam sit; confessio enim, sicuti Nauar. in Manual. cap. 27. num. 269. inquit, ac de communi sententia dist. 18. quaest. 2. art. 5. Sot. testatur, materiae poenitentiae pars quoque necessaria est; quare, qui constanter id pernegaret, hunc Trid. Syn. ead. tit. can. 4. hisce verbis, Si quis negauerit, ad integram, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente, quasi materiam sacramenti poenitentiae videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quae tres poenitentiae partes dicuntur, &c. anathema sit; tum can. 6. illis, Si quis negauerit confessionem sacramentalem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse iure diuino, &c. anathema sit; anathematis poena obligauit; confessio igitur necessaria omnino est; neque iniuria; nam, cum iudiciorum more hic agatur, ut ea Syn. eod. cap. 5., & cap. 6., & can. 9. significauit, sicut in iudicijs iudex, nisi accuratè, diligenterque causa cognita, sententiam ferre non potest; ut in cap. indicantem 30. quaest. 5., & in l. indices C. de iudicijs habetur; ita sacramenti huius minister, nisi cum peccata sibi explicata, ac nota fuerint, de ipsis iudicare non debet; praeterea, cum sacerdos in sententia ferenda aut reum absoluat, aut illum condemnet, idque, quod iam diximus, causa cognita fieri tantum queat; cognitio verò criminum, quae in hoc iudicium deferuntur, non aliunde melius, quam ex poenitentis ore habeatur; merito ipsa confessio hac quoque ratione necessariò requiritur; postremo Ex institutione sacramenti poenitentiae iam explicata, ait denique, cap. 5. sess. ead. Trid. Syn., uniuersa ecclesia semper intellexit institutam, etiam esse à domino integram peccatorum confessionem; & omnibus post baptismum lapsis iure diuino necessariam existere; quia dominus noster Iesus Christus è terris ascensurus ad caelos sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tanquam praesides, & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quae Christi fideles ceciderint; quò pro potestate clauium remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronuntiant; constat enim sacerdotes iudicium hoc incognita causa, exercere non potuisse; neque aequitate quidè illos in poenis iniungendis feruere potuisse, si in genere duntaxat, & non potius in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarassent. Hac sancta Syn., confessio igitur peccati necessariò facienda est. 1. Praesens; nam, cum is, qui contri-

contritus non est, absolui nequeat; sicuti iam probauimus; cumque poena, non modò ut criminis, sed ut contritionis quoque ratio, poenitentisque facultas postulant, inferatur; hac quae ex timore, ex animi perturbatione, ex incerto vultu, colorisque mutatione, ex aspectu denique diiudicentur, argumèto leg. de minore §. poen. ff. de quaestio., in absente quamam via, quare ratione hac notabimus; quid, si poenam sibi illatam persolvere nollit? quamobrem, ut in leg. accusatore defuncto §. poen. ff. de public. ind. habetur, in publicis criminibus ne per procuratorem lis, iudiciumque suscipiatur, cautum est; non igitur per epistolam, non per nuntium, non, inquam, absens, uti Scot. dist. 17. in respons. ad arg. poen., & Sot. dist. 18. quaest. 2. art. 6. versic. Secundum membrum, itemque Melch. Can. par. 5. de poenit. pag. 88., qui inauditus id in ecclesia, ut absens confiteatur, esse ait, concludunt, quamuis Med. ob cap. qualis 30. quaest. 1. contrarium sentiat, confiteri quis potest; nam ibi non in foro hoc, sed in exteriori res illa agitata conspicitur; separatio enim coniugum ibi ob adulterium ut fiat, Pontifex iubet: quae separatio non ad sacramenti huius ministros spectare in tit. de diuor. probatur; quare, cum & in exteriori foro adulteris poena imponatur tot. tit. extra de adult., de poena huiuscemodi Romanum Pontificem sentiri praesertim, quod ibi de sacramento hoc non agitur, interpretabimur. ¶ Ipsemet; Ite [inquit enim Christus dominus confessionis formam in leprosis exprimens, ut uniuersi interpretantur] & ostendite vos sacerdotibus; quo quidem pronomine Vos, non per alios, sed per nosmet ipsos confessione peccata patefacienda esse significauit, idem Sot. dist. 18. art. 2. in verbo secundum membrum docuit, atque Trid. Syn. in cap. 5. eod. indicauit; Sua, ait nanque, ipsi peccata declarassent; quo quidem etiam pronomine Ipsi non per alios nos peccata confiteri debere declaratur; quare diuus Aug. hanc rem in cap. quem poenitet de poenit. dist. 1. pluribus explicans, Quem poenitet, inquit, omnino poeniteat; & dolorem lachrymis ostendat; representet vitam suam Deo per sacerdotes; praueuiat iudicium Dei per confessionem; praecipit enim dominus mundandis, ut ostenderent ora sacerdotibus docens corporali praesentia confitenda esse peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda; dixit enim ora monstrate, & omnes, non vnus pro omnibus non alium statuat nuntium, qui pro vobis offerat munus à Moisi statutum, sed, qui per vos peccastis, per vos erubescatis; erubescencia enim ipsa partem habet remissionis. Hac ibi August. hac igitur de re cur dubitemus, causa nulla est. II. Mortiferi peccati; hoc enim, quod eius labe a Deo seiuungimur, ob eam rem; uti Scot. dist. 17. art. 2., & Melch. Can. par. 5. de poenit. pag. 53., & Hofst. num. 11. in fin., & Sot. dist. 18. quaest. 2. art. 3., & quaest. 1. art. 3. concl. 4., & 5., & Med. q. 6. de conf., & Petr. Sot. lect. 3. de necessitate confessionis inquirunt, Tridentinaque Syn. eod. c. 5., & can. 7. declarat, si reconciliari ei velimus, confiteri necessariò cogimur. ¶ Cum vi sua mortiferum peccatum esset, pro huiuscemodi à se quoque habiti; si enim quidpiam, quod mortiferi peccati rationem habet, ipse poenitens huius probabiliter inscius commisit, non commissurus, si id peccatum esse non ignorasset [quod huius peccati confessionis praecocepto non obligatur] praetermissio eo, uti Syl. in ver. Confessio l. nu. 4., & Nauar. in Manual. cap. 9. num. 12., & in pl. in verbo Poenit. fin. num. 10. concludunt, confessio valebit; hic nanque non voluntas, unde factum peccati rationem sumit, sed error, quod nihil voluntati magis contrarium, ut in l. cū testamenti cū seq. C. de iur., & fac. ign. iureconsultus ait, adest; quare pueri, qui, quod inscij olim peccatum nunc esse cognoscunt, illud minime confiteri, de Syl., ac Nauar. e. in loco sententia non cogunt. ¶ Vel cum mortiferum non esset, pro huiuscemodi tamen à se habiti, ita nanque; Ant. Pag. Ven. de iterat. confes. cap. 10. par. 2. num. 1., & Petr. Sot. de integritate confessionis lect. 9. in fin., & Med. de confes. cap. 5. de confitendis venialibus in ver. Ad tertia comprobantur; etenim, cum illud, quod mortiferum peccatum non est, esse tamen arbitror, facio; me tamen, si tale esse, factum ipsum fuisse declaro; quare, cum ratione hac peccauerim, merito peccatum hoc quoque confitebor. ¶ Vel eius, quod, an mortiferum peccatum sit, dubitat; quod, n. fieri possit, id mortiferum peccatum esse; ideo ipsum confessione minus patefaciens, confiteri illud noluisse videret; atque culpam exitiale quamvis consilio praetermittit, peccatorum venia non consequitur; graue scelus in se suscipit, & confessionis iteratione obligat; ne igitur hoc sibi contingat, atque, ut tutiorè viam sectet, quod fieri debere in c. iuuenis de spōl., & in c. 3. de cler. exco. pbat., & quod mortifera peccata an sint, dubitat omnino, si-

II.

cuti Bon.d.17.q.1.art.2.p.3., & Med.de confe. c.5.e.verf.; & Ambr. Spier. ferm. 19. cōf.2.cō-  
 cluf. 3. prope finē, & Ant. Pag. Ven. c.10.de iterat.confef. p.2.num.1. inquit, confite-  
 bitur. ¶ Cuiuslibet speciei; tam enim huius, quam illius speciei confessionis peccato-  
 rum præcepto quis obligatur; Omnis vtriusque sexus fidelis, dicitur nanque in cap. om-  
 nis de poenit., postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata se-  
 mel in anno confiteatur; Ex his colligitur, Trid. quoque Syn. eod.cap. 5. etiam addidit,  
 oportere à poenitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discuf-  
 sionem conscientiam habent, in confessione recenseri, etiam si occultissima sint, & tan-  
 tum aduersus duo vltima decalogi præcepta commiffa; hæc ibi sancta Syn.; vniuersa igitur  
 cuiuslibet speciei peccata, quod omnia confiteatur; q̄ necesse est, confessione expli-  
 cabit, neque iniuria; etenim cum idcirco sacerdotibus scelera nostra enarremus, quod nō  
 solum ab illis potestate diuinitus sibi tradita absoluamur, verum etiam vt aptam cuique  
 peccato tanquam animarum nostrarum vulnere medicinam adhibeant; si cuiuslibet spe-  
 ciei peccata minus norint, quo modo salutaria, opportunaque remedia accommodabunt;  
 postremò vt præterea sacerdoti penitenti cuiusmodi sit, se patefacere debere] nemini dubiū  
 est grauiori poena eos, qui pluribus, quam qui paucioribus sceleribus se obligauerunt, ple-  
 ctendos esse; nullum igitur peccati huiusmodi genus, quod sciat, poenitens silentio præ-  
 teribit. ¶ Singularia, seu vt appellant indiuidua; vt Ioan. Nid. eod. cap. 9. in litera G de-  
 clarauit; nam, cum peccata, quæ commiffimus [quod facta quadam sunt] non genera  
 speciesvè, sed singularia sint; ipsa merito confiteri debemus; præterea eiusdem speciei  
 peccatorum alterum altero grauius est [qui enim mille furatus est, eo, qui decem tantum  
 furripuit, grauius hunc deliquisse non dubitatur; ergo hac quoque ratione singula pec-  
 cata confessione explicabimus; quare, qui, sicuti sacerdos in initio missæ facere confite-  
 uit, generatim peccata confitebitur, huic à Deo illis precibus Misereatur tui, &c., & In-  
 dulgentiam eorum venia implorabitur, non autem, quod Ambr. Spier. ferm. 20. confid.  
 3. concl. 1. verf. 2., & Thom. ab Arg. dist. 21. quæst. 1. art. 2. concl. 1. asserunt, vt sacramenti  
 ab ipsis absoluetur; etenim iudiciorum more hic agitur; in iudicijsque, vt iam pro-  
 bauimus, nisi iudex causam cognouerit, sententiam ferre non potest; at poenitens post  
 generatim à se factam confessionem [cum quisque, vel sanctitate præclarus se peccato-  
 rem esse fateri queat] sacerdoti notior, quàm antea non est; postremò, si hac ratione pec-  
 catorum facta confessio valeret, eius, qui se mortiferè sapius peccasse [specie peccati non  
 explicata] confessus esset, quanto magis valida esset? atqui confessionem hanc non suf-  
 ficere Trid. Syn. eod. cap. 5. can. 7., significauit; Constat, inquit nanque, sacerdotes iudiciū  
 hoc, incognita causa, exercere non potuisse, neque equitatem quidem illos in poenis in-  
 iungendis seruare potuisse, si in genere duntaxat, & non potius in specie, ac sigillatim,  
 sua ipsi peccata declarassent. Hæc eod. cap. 5. sancta Syn. ait; etsi ergo quis censura eccle-  
 siastica obligatus eius, cuius gratia eo vinculo fuerat constrictus, contritionis signa dede-  
 rit, quod in cap. is, qui 16. quæst. 6.; & in cap. agrotantes de consecr. dist. 4. habetur, ab  
 ea poena absolui potest; ibi enim de ea reconciliatione agitur, vt Melch. can. par. 5. de  
 poenitentia pag. 87. interpretatus est, & in citata quæst. 6. conspicitur; qui tamen sigillatim  
 peccatum nullum confessus est, hic absolutionis beneficium vt sacramenti non conse-  
 quetur. ¶ Omnia; ita enim in dicto cap. omnis de poenit., & in cap. 5., & can. 7., & 8. poe-  
 nes Trid. Syn. eod. habetur; & Scot. dist. 17. art. 2. verf. Item quod dictum præceptum, ac  
 Bon. dist. 21. art. 1. quæst. 1. par. 2., diuinarumque rerum scriptores vniuersi sentiunt; nanq̄,  
 cum mortiferi peccati cuiusque culpa diuinam gratiam amittamus, camq̄; post baptis-  
 mi susceptionem sacramenti huius vt tantum recuperemus; ipsum verò non extet, si con-  
 fessione careat; merito cuiusque speciei mortifera peccata vniuersa confessione explica-  
 bimus; nec, quod vniuersorum absolutionē quandoq̄; consequi non possumus [vt pote  
 quod reseruatam quadam commiffimus] ea idcirco minus confitebitur; nam & si absolui  
 tunc ab ipsis nequimus, quod plurimum tamen sacerdotem, quæ ratio in poena inferen-  
 da ineunda sibi sit, instruimus; de communi sententia, de qua Med. q. 12. de con. est testa-  
 tur, & hæc confitebitur; vniuersa igitur peccata sigillatim confessione explicabimus; si tñ inte-  
 gra hæc peccatorū confessio fieri, vel nō possit; scilicet q̄ aut vniuersa peccata, q̄ commiffi, eo  
 q̄ debet, adhibito studio, in memoriā nō ueniūt; aut morbi grauitate, rōneue alia penitēs,  
 quò

quò minus id queat, impeditur; aut quòd peccator, qui nobis hac quoq̄; ratione crimi-  
 na patefecit, prodit; aut q̄ nobis, alterivè animæ, corporis, famevè detrimentum afferit; si  
 vniuersa peccata explicemus; sicut in prioribus casibus [quoniam eius, quod re ipsa fieri  
 non potest, præcepto non adstringimur, ut in l. impossibile de reg. iur. habetur] pec-  
 cata tunc, quemadmodum Med. de confess. quæst. 19. concl. 2. cum sequenti, & Pet. Sot.  
 de integr. confess. lect. 10. de peccato obliro inquit, Tridentinaq̄; Syn. cap. 5. eod. de-  
 clarauit, impunè prætermittimus; ita in posterioribus [quòd iure diuino, sed, ut ita dicā,  
 positio peccata vniuersa cōfiteri cogimur; se ipsum verò, alterumvè ledere, non diuino  
 iure modò, sed & eo natura præcepto, Quod tibi non uis, alij ne feceris, ipso positio  
 ualidior non debemus] neque peccatum, neque quod ipsum circumstat; vnde detrimē-  
 tum hoc oriatur, confitebitur; quare, si aliter culpam quampiam, eavè, quæ ad rem, uti  
 oportet, cognoscendam necessariò requiruntur, nisi eum, quem culpe socium habuimus,  
 prodamus, confiteri non possumus; simulque aut animæ, aut corporis, aut famæ periculi  
 uel ipsi, uel poenitenti, alterivè imminet; illud crimen potius, quæq̄; ipsum circumstant,  
 in aliud tempus differemus [uti communiter receptum id esse Melch. Can. in par. 5. de  
 penit. pag. 76., & Petr. Sot. de integr. confess. lect. decima, & Nauar. eod. cap. 7. num. 3.  
 cum seq. recensent, atque sequuntur] quam locū arguamus; si igitur uel non possit, uti iam  
 probauimus; uel ad id nō cogatur [ut potè, quia aut ex ijs peccatis, q̄ sibi antea sacramēti  
 huius susceptione, condonata fuerant, nunc pietatis gratia confes. iterata, non dolo tamē,  
 quidpiam prætermittit; aut quòd peccatum esse id, quod fecit, probabiliter ignorauit] in  
 his quoq̄; casibus, etsi cōfessio integra nō erit, ea tñ, vt Med. de confess. q. 12. verf. Nota  
 etiam quòd si quis, ac doctores inquit, vitio carebit; ¶ De quibus conteri debet; ea enim  
 peccata, de quibus conteri nos oportet, confiteri quoque debemus, quæ igitur ipse pec-  
 cata re vera commisit, hæc, sicuti quoque Host. eod. num. 11. inquit, confitebitur; neque  
 enim aliorum, neque ea, quæ non commisit, peccata explicabit; non aliorum, quòd nisi  
 dolus absit, mortiferè peccabit; non, quæ ipse non commisit; nam, etsi, cum in re leuiori;  
 quòd tuior sit [quod imperiti facere sæpius contuenerunt] quis se peccasse falsò profes-  
 sus est; aut nihil, aut leuiter offendit, sicuti Pet. Sot. de integr. confess. lect. decima, ubi de  
 mendacio nitando agit, & Sot. dist. 18. q. 2. art. 4. concl. tertia, & Ioseph. Angl. in diff. An  
 qui mentitur in confessione, concludunt; aliàs tamen, quemadmodum Bonau. dist. 21.  
 q. 2. art. 1. par. secunda, & Ant. Venet. de iterat. confes. cap. 10. p. 2. num. 7. inquit; quòd  
 mortiferum peccatum in se hic suscipit [sacerdoti nanque clauibus abutendi ansa datur];  
 cōfessio facta non valet; necessariòq̄; [nisi tunc, & huius peccati eum peniteat, illud quò  
 itidem confessione explicet] iterabitur; quamuis enim nostra opera, an, uti oportet; ea fe-  
 cerimus, vereri semper nobis expediat; Bonarum quippe mentium est culpam ibi agno-  
 scere, ubi culpa nulla est; quæ tamen pro certo nos haud fecisse scimus, ea fecisse constan-  
 ter asseuerare de eorundem, quos citauimus, sententia non debemus. Quare Cum humi-  
 litatis causa mētiris, 22. q. 2. Aug. enim ait in c. humilitatis si non eras peccator, antequam  
 mentireris, mentiendo efficeris, quod euitaras; veritas autem ipsa in te non est, nisi te ita  
 dixeris peccatorem, ut etiam esse cognoscas; veritas autem ipsa est, ut quod est dicas; nam  
 quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas? hæc ibi diuus Aug. ¶ Quoquo modo com-  
 missa; quæ igitur animo tantum peccata concepimus, si mortifera sunt, quòd & hæc in  
 peccatorum numero recensentur [qui enim visam mulierem concupierit, iam eius adul-  
 terio pollutum esse ipsemet Christus declarauit] & illa confitebitur; Ex his colligitur,  
 inquit nanq̄; sancta Syn., eod. cap. quinto, oportere à poenitentibus omnia peccata mor-  
 talia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione re-  
 censeri, etiam si occultissima illa sint, & tantum aduersus duo vltima decalogi præcepta  
 commiffa; quæ non nunquam grauius animum lauciant, & periculosiora sunt ijs, quæ in  
 manifesto admittuntur. Hæc ibi Triden. Syn., quem can. 7. ead. sess. comprobauit, quòd  
 cunque igitur mortiferi peccati genus fiet [quoniam à Deo nullum exceptum esse legi-  
 mus] confessione hac aperiemus. ¶ Aliàs nec confessione explicata, nec dimissa; hæc ni-  
 sunt, quorum confessionis præcepto obligamur; quæ enim semel quis cōfessus est, sacra-  
 menti que huius susceptione expiuit, eadem ut iterum confiteatur; nulla salutis ratione  
 obstringitur; vt Med. de confes. dist. 17. inquit, ac Sylu. in verbo Confessio num. quarto,  
 qui

qui nec à Romano quidem Pontifice, ut sapius idem peccatū confiteamur, sanciri posse Pet. de Palud. sequutus existimat, de communi sententia testatur; etenim, cum Deus bis eundem non indicet, nobis autem, ut peccata confiteamur, præceperit, planè, si l. boues §. hoc sermone ff. de verb. sign. intueamur, semel nos idem peccatum confiteri uoluisse interpretabimur; uel igitur in eisdem, alteriusve generis peccatum labamur [quamuis ingiati animi notam subeamus; quòd nos, quibus indignis sua benignitate pepercit, esse ramen offendere veriti non sumus, uti Scot. dist. 22. art. 3., ac Thom. ab Arg. dist. ead. q. 1. art. 3. sentiunt] uel poenæ nobis illatæ etiam incuria obliuimus [cuius deinceps negligentia & ut nos peniteat, oportet] sicut in superiori casu, quemadmodum Thom. ab Arg., atque Scot. ibidem concludunt, quòd peccata dimissa non redeunt; ut pluribus Sot. dist. 16. q. 1. art. 1. contrarijs reiectis id disputauit, confiteri eadem peccata nō cogimur; ita neque in posteriori casu, nisi peccatis poenam accommodatam inuri nobis uelimus, uti Petr. Sot. de satisfact. lect. 2., & Med. q. 24. de confess. asserunt; peccatorum confessionem necessariò iterabimus; quare nec is, quem, cum necessitas adesset, ab ijs peccatis, q̄ sibi Romanus Pontifex, in suauè diocesi Episcopus referuarat, simplex sacerdos absoluit; ea necessitas si cessauerit, eisdem, qui sibi illa referuarant, necessariò, uti Amb. Spier. serm. 20. confid. 3. concl. prima vers. 3. docuit, eadem confitebitur; nam nec, qui excommunicationis vinculo constrictus, cum mortis periculum impenderet, ab eo, qui alias absoluendi facultatem non habebat, absolutus est [etsi, cum periculum illud euaserit, ordinarium iudicem adire cogitur, ut in cap. quod de his de sent. excomm. probatur] ab eo, qui illum ea censura obligarat, iterum absoluitur; ac sanè, qui uinculis, quibus constrictus tenebatur, dissolutus est, qua ratione eisdem iterum dissoluetur? ¶ Confessione explicata, sed absolutione minus deleta; cum enim ratione quapiam peccatorum confessio non ualet; eadem necessariò, id quod Bonau. dist. 21. art. primo q. 1. par. secunda, diuinarumque rerum scriptores uniuersi sentiunt, iteratur. ¶ Deleta contritionis uirtute, sed confessione huiuscemodi nondum explicata; quare, etsi peccata, quæ, dum confitebamur, probabili obliuione præmittimus, condonata nobis sunt; cum tamen in memoriam redeunt, de ipsius Bonau., atq; reliquorum sententia confiteri ea idcirco debemus; quòd uniuersorum letalium criminū; q̄ post baptismi susceptionem commisimus, confessionis huiuscemodi pcepto obligamur. ¶ Ac denique ea, quæ peccata circumstant; hæc enim quoque confessione explicare poenitentem oportet; sic nanque in cap. 1. de penit. dist. 5. habetur. atque Scot. dist. 17. artic. secundo, & Carech. eod. cap. de circumstantijs concludunt sic Trid. Syn. eod. cap. quinto, & can. 7. asseruit, ac declarauit: hæc autem ea sunt, quæ aut id, quod uel non peccatum, uel leue, est, mortiferum ut fiet, efficiunt; aut de mortiferi peccati genere in speciè mortiferi itidem peccati unam, aut plures transferunt; aut eandem peccati speciem quam maximè grauem reddunt; prioribus enim omiſſis [quòd mortifera peccata omitterentur] confessio, uti non integra, minus ualere, posterioribus itidem alijs, quòd altero casu genus peccati, & non species [quod fieri haud posse antea probauimus] altero, quòd non uniuersa itidem peccata explicarentur, peccatisque poenas accommodare minister nō posset; his, inquam, casibus ualida quoque confessio non esset; hæc igitur poenitentem confiteri; hæc sacerdoti eundem explicare oportere sancta Syn. eod. cap. 5. declarauit; Colligitur præterea, inquit enim sancta Synod., etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant; quòd sine illis peccata ipsa, neque à poenitentibus integrè exponantur; nec iudicibus innotescant; & fieri nequeat, ut de grauitate criminum rectè censere possint; & poenam, quam oportet, pro illis poenitentibus imponere: Hæc sancta Syn. eas igitur circumstantias, quibus omiſſis, aut confessio non integra, aut, quæ peccati speciem, quæ uel poena peccato esset, accommodada, minister minime noscet, confiteri poenitentem oportet; etsi ergo, qui rem aut cum uxore, cum aliavè muliere habuit; aut, qui furatus est; qui denique plus eo, quo egebat, cibi sumpsit, hic leniter; ut in cap. unū orarium, §. quæ autem sunt minuta dist. 25. habetur; ille prior scilicet nihil peccauit; alter autem furtum commisit; alter fornicatus est; si tamen maritum in æde sacra rem cum uxore habuisse proponas; si, qui cum alia, eiusdem sororem, Deoque simul dicatam esse uelis; si illum uero, qui plus cibi sumpsit, quòd ueneris uoluptatibus in primis fruere, sumpsisse facias; si denique, qui furtum fecit, mille furatum esse des; planè maritum; sicuti, qui plus

plus cibi sumpsit, mortiferè peccasse; qui cum sorore concubuit, ab ipso incestum, sacrilegiumque commissum; qui tandem furatus est, quòd antea, cum nihil adiectum esset, quatenus peccatum pareret, minimè noras, nunc, cum mille addideris, grauius hunc offendisse, sicuti, & qui die festo peccauit, statuas; etenim & ea qualitas prætermittenda non est; tum quòd eo tempore abutimur, quòd ijs uerbis sex diebus operaberis; & facies omnia opera tua; septima autem die Sabbatum Domini tui est, Deus sibi referuauit; atque aliter, atque ipse uoluit, illud consumimus; unde ut, qui re aliena aliter, atque à domino permissum nobis est, utimur, furtum facimus, atque peccamus; tum quòd ea die, ne feruile munus à nobis fiat, uetamur; at quòd magis feruile, atque illiberale; quòd magis ingenuo Christiano homine indignum peccato? quare necessariò qualitatem huiuscemodi, quòd & Catech. eod. cap. De circumstantijs amplexata est, ac Pet. Sot. de confess. integritate lect. 9. de circumstantijs tutiorem existimauit, confessione aperiemus; Ex vno igitur facto ob ea, quæ ipsum circumstant, plures peccatorum species, quòd iam uidimus, quandoque exoriuntur; quare, quando ipse ita inter sese habent, ut altera alteri tãquam generi non subijciatur, sed uniuersa per se aequè species sint; quòd ea facti ratione leges plures uolunt, imminutæque sunt, atque idcirco plura etiam peccata existimantur, hæc uniuersa peccatorum species explicabuntur; hinc, qui furatus pecuniam est, quòd in hominum occisione ipsam consumat; quòdque eadem luxuriosè uiuat; quòd tot mortifera peccata sunt, quot fines sibi circumscripsit, neque alterum alteri subijciatur, confessione hinc suum animum patefaciet; hinc, qui alterum ad peccandum suo exemplo, quòd scandalum uulgò dicitur, inuitauit, quoniam tunc, quantum in ipso fuit, peccandi occasione obtulit; non modò se peccasse, sed alteri offensam hanc dedisse eadem ratione fatebitur; Si uero ex ipsis peccatis, quæ ab uno facto emanant, alterum alteri, tanquam species suo generi subijciatur [quemadmodum ubi cum muliere matrimonio iuncta quis rem habet, quo casu fornicatio, & adulterium, sed illa uti genus, hoc uero uti species ipsius exoritur] tunc; quòd, ut in l. in toto ff. de reg. iur., & in cap. generi eod. in 6. habetur, species generi derogat, ipsique præfertur; ob eam rem peccati, delictique non genus, uti Bart. in l. Senatus, quem reliqui iuris interpretes sequuntur ff. de accus., docuit, sed species attenditur, omisso genere scilicet fornicatione, quòd cum sine speciei inſit, tacitò etiam exprimitur; non è contrariò; speciem tantum, atque idcirco adulterium confitebitur: hinc igitur, quæ ipsum peccatum circumstant, quæque proximè egimus, par factis, reliquorum; quæ, uel ne peccatum quidem, aut leue tantum ut fiet, efficiunt; uel tacitò enarrandis peccatis percipiuntur, necessaria confessione non obligamur; nam, cum id, quòd fecimus ob ea, quæ factum ipsum circumstant, uel non peccatum, uel leue sit; sicuti leniora peccata confiteri non cogimur; non peccata uero nec debemus; ita nec, qualitates huiuscemodi ut confiteamur, iure compellimur; nō ergo ingratitude, quæ cum vno quoque peccato coniuncta est [uniuersa enim, quæ habemus, Deus nobis condonauit] quoniam & tacitò intelligitur; & ut genus quoddam, peccatum uero, quo cum coniungitur, uti species est; non, quòd alias peccauerimus, uel quòd commune hoc cuique peccato est, uel quòd, si peccata, quæ sacramenti huius susceptione expiauius, iterum, ea explicare non cogimur [alioquin quoties peccatum iteratum à nobis esset, explicari quoque oporteret; non enim dubium est, qui sexcentis peccauit; hunc grauius eo, q̄ decem deliquisse] non denique; ex legitima causa si carnes diebus, quibus permissum non erat, comederimus; uel quod nullū, uel quod mortiferum peccatū non est, non hæc, inquam, necessariò confitebitur; ita etenim de ingratitude Pet. Sot. lect. 7. Quomodo peccata redeant per sequens peccatū inquit, de communi sententia Rosel. in uerbo Confessio 2. num. 12. testatur; ita de iteratione Melch. Can. par. 5. de penit. pag. 71. asseruauit; ac de circumstantijs hæc tenet. ¶ Quæ in memoria habet; uti Bonau. dist. 21. q. prima art. primo, & par. secunda, & Med. de confessione q. 19. concl. tertia, & Ambr. Spier. serm. 20. confid. prima concl. secunda in 3. vers. & Scot. d. 17. art. secundo, & Petr. Sot. lect. 9. de integr. confess., & Thom. ab Arg. dist. 21. q. prima art. 2. concl. 2., diuinarumque rerum scriptores uniuersi concludunt; quæ tamen obliuione prætermisimus, etsi tunc contritionis uel nobis condonari Trid. Syn. eod. cap. 5. ibi Reliqua uero peccata &c. indicauit; cum tamen illa in memoriam ueniunt, ut confessione ipse patefaciat, obligatur; nanque ea [id quòd inficiari nō possumus] confessus

confessus non est; peccatorum verò huiusmodi confessio diuino iure, sicuti eod. Syn. ibidem docuit, & in can. 7. asseruit, necessaria est; nec quòd dum à reliquis, quæ confessus erat, absolutus est, & ab huiusmodi re ipsa suscepti virtute, hunc absolutum esse existimare possumus; hoc enim si daremus; & illud dandum esset, poenitenti quoque, qui peccata confessione non patefecit, sacramentum hoc administrari posse, & confessionem idcirco poenitentia partem necessariam non esse; at qui antea nec generatim confessionem factam ad sacramenti huius susceptionem fat esse probauimus; quare, sicuti eorum absoluendi forma ratione caret; quæ his verbis conformata est, Absoluo te à peccatis contritis, confessis, & oblitis, quòd quartum hoc scilicet Oblitis nihil prodest; sicuti nunc probauimus; reliquorum verò trium, primum scilicet Peccatis tacito intelligitur; duo verò, quæ reliqua fiunt, si non adsint, illorum verborum adiectione non efficitur, ut adsint; ita ea, quæ in memoria non habemus, etsi detestari ea oportet, generatim tamen, cum ad confessionem sigillatim faciendam non obligemur; minimè fateri cogimur; hæc igitur confessione poenitentem explicare oportet; 3. Signis quibusdam externis; cum enim ministrum peccata, quæ commisimus, edoceri à poenitente oporteat; planè, quod & sacramenti ratio postulat, nisi notæ quædam extrinsecus adhibeantur, id non fiet; non igitur animo peccata tantum confitebimur; hoc quippe minus fat esset; verum, quod vtrum malimus, in manu nostra est, vti Melch. Can. p. 5. de poenitent. pag. 89. inquit, & in l. certum ff. de rebus cred. probat. aut verbis, aut nutibus ea explicabimus. ¶ Quibus poterit; quare, qui non verbis, sed nutibus solum [quòd mutis, ijsque, quos graui morbo oppressos lingua defecit, contingit] sua peccata confiteri poterit; & hic, sicuti Melch. Can. p. 5. de poenitent. pag. 85. & Pet. Sot. lect. 11. de secreto confess. inquit, de communique sententia Sot. dist. 18. q. 2. art. 6. in responsione ad secundum argumentum testatur, confessionis præcepto obligabitur; omnis enim, qui ministro sacramenti huius notum suum peccatum facere potest, id confiteri debet; qui verò nutibus id potest, hunc planè posse nemo inficiabitur; non modò igitur mutus, sed & is, qui eius loci linguam, vbi habitat, non intelligit; si nutibus confiteri queat, de eorundem, quos citauimus, sententia necessariò confitebitur; immo, quòd Sot., non nullique alij pernegarunt, scriptura si quis sua peccata explicare potest, digito scilicet, dum scripturam ministro ostendit, hoc, illudque peccatum se fecisse indicans; uel à sacerdote signis interrogatus, an hoc peccatum, quod scriptura complexa est, uel capite annuens, confiteri hunc debere existimamus; nam vniuersi, qui exitialibus culpis polluti sunt, sacramenti huius susceptione [si salui esse uelint] eas expiare coguntur; nullibi que eos, qui scriptura ea, qua diximus ratione id queant, exceptos esse inuenimus; ergo & ipsi hac diuini iuris norma continebuntur; esto enim, quod ipsi Sot. dubitationem mouit, scriptura sibi à sacerdote auferatur, aliàsve intercipiatur; nihil tamen poenitenti hæc obicit; nam sacerdotem peccata, uti iam diximus, patefacere non posse; & si id uelit, non plus, quam si absque scriptura id faceret, obesse constat; si perdatur tridem, quòd nomen suum adscriptum non erat [neque enim adscribi illud oportuit] peccatorum autor ignorabitur; uel si adscriptum fuerit; sibi, non scripturæ tribuatur; neque, qui per interpretem potest, hic ratione hac quoque necessariò [id quod omnes pernegarunt] peccata confitebitur; nam idcirco non cogimur; quoniam ipsimet sacerdoti peccata nostra non alij per alios, ut confiteremur, quod iam probauimus, Christus dominus præcepit; qui ergo scriptura sua peccata patefacere poterit, hic quoque necessariò ea confitebitur. ¶ Eo modo, quo ea scit; non enim aliter, atque illa nouimus [ne aliàs mentiamur, quod fieri non potest] explicare ministro peccata debemus; quare, quæ pro certo se fecisse poenitens non ignorabit, ea sic confitebitur; de quibus verò dubitat, in affirmantem potius tamen opinionem, quam in negantem inclinatur; aut è contrariò, illam uti magis verisimilem sequatur; uel, si neutram amplexetur, ad remedium capituli secundi de baptis. de quo aliàs egimus, confugiat; seque si peccatum illud commiserit, ipsum detestari profiteatur; quam confessionis rationem, ac normam, non modò in peccato, sed & in ipsius peccati, & quantitate, & qualitate retinebimus. ¶ Aut secreto, quòd sapius, aut palam, quòd raro fieri solet; utroque enim modo, atque idcirco etiam manifestè, uti Sot. dist. 18. quæst. secunda artic. sexto conclusio prima asseruit, sua poenitens peccata confiteri potest; nam, etsi modum secreto confitendi ab

instituto,

instituto, & mandato Christi emanasse Triden. Syn. eod. can. 6. assereret; Si quis, inquit enim, negauerit confessionem sacramentalem, uel institutam, uel ad salutem necessariam esse iure diuino; aut dixerit modum secreto confitendi soli sacerdoti, quem ecclesia catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuentum esse humanum, anathema sit. Hæc ibi sancta Syn.; quòd tamen id poenitentium gratia institutum, ac mandatum hoc fuit; quò scilicet liberius peccata confiteatur, nulla enim ratio potior hac reddi potest, ob eam rem consilium potius, quàm præceptum mandatum illud fuisse asserendum est; nam, quando quidpiam huiusmodi mandatur, quòd ad eius commodum in primis, cui mandatur, pertinet, uti Imper. in §. quæ tantum gratia in inst. mand. docuit; non illud mandatum, ac præceptum, sed consilium esse existimatur; ac planè, si, quòd Triden. Synod. eod. sess. cap. 5. inquit, Christus dominus non uetuit, quia publicè sua confiteri peccata quis posset; non ne, quò minus sancta Syn. repugnantia sibi locuta esse uideatur, mandatum illud consilium esse interpretabimur? quacunque igitur ratione, aut secreto scilicet, aut palam quis confitebitur, confessio huiusmodi ob ea, quæ diximus, ualebit. ¶ Ita, ut à sacerdote peccata percipiatur; idcirco enim illa confiteri Christus iussit, quò sacerdos ipsa cognosceret, poenitentique eam, quam peccatorum ratio postulabat, medicinam adhiberet; quare, qui ea uerborum obscuritate peccata inuolueret; unde minister ea minus intelligeret; perinde atque illa confessus non esset, existimandum uideretur argo l. 2. ff. de ijs, quæ pro non scriptis hab., & l. quoties ff. qui fatid. cog., alioquin & dormienti facta confessio ualere, quòd quam ridiculum sit, nemo est, qui id non uideat. ¶ Ipsimet, à sacerdote uel interrogatus, tum quæ ecclesiæ consuetudo hæc est; tum quæ, quæ ratione peccata quis explicet [modò ne eo præditus animo fiet, ut nolit, nisi requisitus, ea confiteri] nihil interest argo l. certum ff. si cert. per. ¶ Sigillatim, ut iam diximus, uel expressè, ut hoc, illud uel peccatum commisi; uel tacito seu per interpretationem, ut te mentitus sum; uel peccata, quæ tu fecis, tantum feci; tunc n. tacito sigillatim peccata confitemur; nam, quæ tu fecis, & illud, peccatum fecisse, dum fateor me peccata, quæ tu fecisti, commisisse, eadem speciatim uideor confiteri, argo l. Titia §. fin. ff. de verb. oblig., atque ita Med. q. 8. de confes. vers. Unde sequitur, tradidit. ¶ Accusationis modo; ita n. dist. 18. q. 2. art. 1. Sot. docuit; non igitur peccatis, dum ea confessione patefacit, gloriatur; non in hunc, illum uel culpam transferes hac ratione de ipsis se purget; tum quæ hic necessariò se peccasse quòd modo asserere uel, quòd impium est; tum quæ, sibi quoties occasio dabit, uti Cat. in c. de furto prope finem inquit, se peccatum esse tacito fatei; quare huius rei non ignarus regius David, ne sibi in animu id caderet, huius uerbis, Non declines, inquit, cor meum in uerba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis à Deo precabatur. 4. Alij. f. ministro; nam, cum iudiciorum more hic agatur, sicuti iam saepe diximus; nemoque ius sibi dicat, ut in C. ne quis sibi ius dic., & in l. pen. ff. de arbit. huius necessariò, id quòd & Scot. d. 17. art. 1. asseruit, alteri sacrum hoc suscepturus peccata confitebitur. ¶ Eisdem qualitatibus, quibus antea ministrum præditum esse oportere asseruimus, prædico; non solum igitur sacerdoti, uerum et vni omnino peccata uniuersa confessione explicabimus; nam, cum ea, quæ dum sacra administrantur, extrinsecus fiunt, quid intrinsecus geratur, significant; Deus autem vnus sit, qui in uis animæ nostræ impietates delet, quòd iam probauimus, ob eam rem, & ipsius minister, cui confitemur, vnus erit; ac planè, si, quòd & aptior poena inferatur, uel, quæ peccata circumstant, patefacere nos oportet; quanto magis eidem ministro, quòd, quòd sibi faciendum sit, intormetur, ipsamet peccata explicare omnia compelletur; uniuersa igitur, in quibus deliquimus, uti Scot. dist. 17. art. 2., & Med. q. 6. de confes., & Host. eod. nu. 12. in uerbo Integra inquit, ac Petr. Sot. lect. 9. de comuni sententia testatur, uniuersa, inquam, eidem sacerdoti [modò ipsorum veniam consequi uelimus] confitebimur; neque enim ratio alia est; unde nobis delicta condonari speremus, uti Bon. dist. 21. art. 1. q. 1. p. secunda, & Ioan. Nid. eod. cap. 9. concludunt; quàm si peccata omnia, quæ possumus, ac debemus, vni confiteamur; quare. Quidam ueniant, inquit diuus Aug. in cap. consideret de poenit. dist. 5., quòd alij manifestandam relinquunt; quòd est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper ueniam carere, ad quam credunt per frustra venire. Hæc ibi Aug.; sicut tamen, quò salubrius sibi consulatur, pluribus quis eodè tempore peccata confiteri potest [sic enim & causa eadè à pluribus iudicibus quandoque cognoscitur, quàmuis absolui ab vno tantum deinceps debeat] ita


Y peccata,



peccata, quae memoria exciderant; nunc autem in memoriam venerunt, ut Bonau. dist. 21. q. 1. art. 1. par. 2. in resp. ad tertium, docuit, nec non ea, quae ex causa praetermitti posse antea docuimus [quod eorum confessionis precepto tunc non obligamur] alteri confiteri poterimus. ¶ Etiam aliunde eidem sacerdoti nota; uti Amb. Spier. serm. decimonono confider. secunda conclusio. tertia in fine, & Melch. Can. de confess. pag. 54. & Sot. distinct. decima octava quaest. secunda art. secundo in fine, & Bonauent. dist. 17. quaest. secunda artic. secundo par. 3. sentiunt, de communi que sententia Syluest. cod. 2. vers. 3. testatur; minister namque hic index cum fiet, de ijs, quae ut index nouit, argumento lillieitas, veritas ff. de offic. praesid., & de eorundem, quos citauimus, sententia iudicare debet; haec autem non sic nouit; postremo si, quae sacerdos aliunde sciuit, ea essent sola, in quibus deliquimus; eademque confiteri nos minus oporteret, tunc confessio, poenitentia necessaria pars non esset; hoc verò absurdum est; uti antea probauimus; vel igitur aliunde sacerdos peccata nouit, ea idcirco confiteri non intermitteremus. ¶ Quamuis eo in loco, ubi suus minister iurisdictionem hanc non habet, commissum sit; nam & quem, ubi habitat, de delicto alibi commissio in l. prima C. vbi de crim. agr. oportet, conueniri posse notatur; & si contrarium assereremus, peccata partim huic, partim illi [quod, nisi ratio id suadeat, minime fieri debet] confiteri poenitentem oporteret; vbi cunque ergo deliquimus, delicta, vbi sacramentum hoc suscipimus, vniuersa confitebimur; id enim & sacramenti huius ratio postulat, & hanc esse ecclesiae consuetudinem Syluest. in verbo. Confessor primo num. 11. vers. 13. recenset; ex his igitur, quae de confess. disputauimus, definitionem quoque ipsius hanc constituemus. Confessio est pars materiae sacramenti poenitentiae, qua poenitens sacerdoti sua peccata, ut absoluatur, patefacit. XI. Propositum satisfaciendi denique habeat; cum enim contritionis in diuinis preceptis parendi propositum habere poenitens debeat, uti iam probauimus, ijsque contineatur, ut, quibus damnatum intulimus, inferre conati sumus, ipsi satisfaciamus; plane, quoniam Dei honore diminueret, quantum in nobis fuit, peccando moliti sumus, ut in addic. 3. q. 17. habetur; ob eam rem, & quantum possumus, eidem ut restituatur, eniti debemus; quare Trid. Syn. [reliquos ut praeteream] & cap. 3. & can. 4. satisfactionem materiae sacramenti poenitentiae partem, eandemque necessariam esse asseuerauit; & quamuis, quae nostrarum virum infirmitas, quaeque nostra in Deum offensio est, satisfacere ipsi non possumus; eiusdem tamen Dei benignitate, passionis Christi meritis intercedentibus, adiuti satisfacimus; sic enim Bon. dist. 15. q. 1. art. 1. p. prima, & Thom. ab Arg. dist. ead. q. 1. inquit, sic ead. Trid. Syn. cod. cap. 8. declarauit; Neque verò, inquit enim ibi sancta Syn., ita nostra est satisfactio haec, quam pro peccatis nostris exoluimus, ut non sit per Christum Iesum; nam, qui ex nobis tanquam ex nobis, nihil possumus; eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus; ita non habet homo, vnde gloriatur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo uiuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus facientes fructus dignos poenitentiae; qui ex illo nim habent, ab illo offeruntur patri, & per illum acceptantur a patre. Haec ait Trid. Syn.; ex quibus constat, quod nos Deo satisfacimus, id Christi passionis acceptum nos referre debere. I. In gratia, qui enim aliter animatus esset; quod hic neque a peccatis se abstinendi propositum, neque hanc ob rem contritionem haberet, absolutionis fructum non consequeretur; immo nec, si tunc bene animatus est, cum sacramentum suscipit, nunc verò, cum satisfactionis opera persoluit, mortiferi peccati vinculis cōstringitur, satisfaciet; tum quod nosmet operibus nostris satisfacere nequimus, sed satisfactionis nostrae vis vniuersa in Christo est, ut in citato cap. 8. proximè vidimus; id autem dum exitalibus culpis polluti sumus, ut per se constet fieri non potest; qua enim ratione opera, quae ab eo qui in peccato perseuerat, a Christo, ut inquit ibi sancta Synod., cui inuentus ipse est, vim habebunt? ab eodem patri offerentur? per illum denique acceptabuntur a patre? cum igitur, ut satisfaciamus, coniunctos cum Christo nos esse oporteat; meritò, dum ipsi Deo iniurij sumus, satisfacere nullo modo valemus; tum ergo hac ratione, tum quod satisfacere cuiquam tunc dicimur, sicuti iurisconsultus in l. prima ff. qui satisd. cog. ait, atque Bonauent. dist. decima quinta quaest. 3. artic. primo par. prima, & Sot. dist. decimanona quaest. prima artic. quarto conclusio secunda, & Petrus Sot. de satisfac. lectio. secunda concludunt, cuius desiderium implemus, atque idcirco ea, quae vult, praestamus; atqui opera

opera haec, quippe quae cum Christi passionis merito coniuncta non sunt, grata minime ipsi Deo esse queunt; Si distribuero, inquit, namque D. Paulus, omnes meas facultates in pauperes, charitatem autem non habuero nihil sum; quare, quod quis Deo satisfaciat, mortiferi peccati culpa, ut & communiter id receptum esse Med. q. 42. de confess. in primo dubio, & Ioan. Nid. eod. cap. 10. in fine, & cap. 10. in litera L, testantur, pollutus esse non debet; neque, quod non nulla quandoque poena, quam subimus, a peccatis cohibemur idcirco praeteritorum poenas persoluimus; ac satisfacimus; nam, etsi ieiunus quis fuit, beneficentia in pauperes vsus est, ex quibus partim, quod corpus debilitatur, libido quoque comprimitur; partim verò quod res familiaris diminuta est, minus in peccata ne re sua careat, praeceptum fertur; tamen haec, ut praeteritorum peccatorum poena expiantur, verum ne in peccata incidamus, non sacramenti, sed ut sua id efficiunt; cum Deo igitur, ut quis ipsi satisfaciat, in gratia poenitens esse debet; quare Scoti opinio, quam alias verissimam existimaui, perceptis iam citatis Triden. Synod. verbis, a veritate alienissima modo mihi visa est; alioquin, & qui apud inferos aeternis illis ignibus concremantur, quos mortiferi peccati vinculis detineri constat, cum grauissimas poenas perpetiantur, Deo satisfacere; atque in dies magis, magisque eorum supplicia imminuerentur, ac post ali-quod temporis spacium, sic vniuersis poenis expiatis, uel in coelum euolarent, uel poenas, quae sensu percipiuntur, saltem non sentirent, quod non minus absurdum, quam a christiana pietate alienum est; quamuis igitur ministro, qui poenam intulit, ipsi Deo infensi satisfaciamus, sicuti Petr. Sot. de satisfac. lect. secunda inquit, & vniuersi concludunt, ipsum tamen Deum hoc poenarum genere non placamus; haec de ijs, quae materiae circa quam necessarium inesse debent, propriaque ipsius sunt, haecenus dicta sunt, si eiusdem satisfactionis, quae huiusmodi est, definitionem addiderimus, Satisfactio est materiae circa quam sacramenti poenitentiae pars, qua peccatorum poena tempore definita expiatur.

De ijs, quae eidem materiae inesse, quamuis non necessario, debent; sibi quoque cum reliquis sacramentis communia sunt, Cap. XVI.



NE SSE autem eidem materiae, quamuis non necessario, quodque sibi cum reliquis commune est, hoc debet, ut vnus sit; non enim plures simul sua peccata confiteri decet, vtileque est; tum quod altero praesente minus liberè quis illa confiteretur, tum quod delicti grauitate alteri offensionis causa nonnunquam daretur: si tamen uel necessitas adsit; uel ipse poenitens id velit, illud posse in verbo confess. 1. num. 10. [sicut in baptismo antea probauimus] Rosel. asseuerauit; ac de ijs, quae communia cum reliquis sacramentis sibi sunt, haecenus; ad reliqua tandem, quae propria magis ipsius sunt, inesseque ipsi, etsi non necessario, debent, transeamus.

De ijs, quae materiae sacramenti poenitentiae circa quam inesse, quamuis non necessario debent; propria quoque ipsius sunt, Cap. XVII.



NE SSE denique eidem materiae, quamuis non necessario, propria tamen ipsius sunt, haec debent. Primum, ut sanus sit; Viuus, ecclesia enim inquit, ac sanus confiteberis; idem in c. 2., & in c. 4. de poenit. d. 7., habetur; ac Scot. d. 20. concl. 2., & Tur. Crem. de poenit. d. 7. artic. 1. concl. quinta, & Host. num. 45. consulunt; neque iniuria, tum quod verè peccandi animus deponuisse hic videtur, qui, cum adhuc peccare queat, se minime id velle profiteretur; tum quod rationis visum, corporisque vires validiores esse habeat, facilius contra latebras perscrutari, facilius inuisit poenam persoluere potest; quod tamē

Quacunque hora ingemuerit peccator peccata sua, se peccatorum minimè recordaturum pollicetur nobis Deus; Quòd nemo, ut in cap. 1. de poenit. dist. 7. Romanus Pontifex inquit, in hoc corpore cõstitutus desperandus est; quandiu enim liberi arbitrii ratio locum habet, si faciat quis, quantum in se est, Deus ipsius miseretur; ideo, etsi perdifficile admodum id esse in cap. nullus, & in cap. 2. cum seq. ead. d. 7. de poenit. probatur, ac Med. q. 12. in fin. de poenit., & Tart. dist. 20., & Tur. Crem. de poenit. dist. 7. art. 1. conclus. quarta, ac Scotus inquit | morbi enim acerbitate, rerum sibi carissimarum proposita amissione, scelerum conscientia, penis, quae apud inferos constitutae sunt, ob oculos versantibus, grauius aegroti animus afficitur; atq; idcirco ratio opprimitur, vnde ut propter Deum in primis peccata detestetur, vix fieri potest | ideo, inquam, etsi perdifficile est; non tamè id *aduerari* esse, & citati autores, & Grat. in §. fin. de poenit. d. 7. concludunt; & latro, qui cum Christo cruci affixus est, suo exemplo id nobis declarauit. II. Vt de peccatis quamprimum conteratur; Ne tardes, inquit enim ecclesiast. conuerti ad Dñm, ne differas de die in diem; subito enim venit ira eius; idque cum ob ea, quae proximè attulimus tum q̄a peccatum, Gregorio teste, quod per poenitentiam non deletur, mox suo p̄dere in aliud trahit; addo nos bonis quamplurimis priuari, ecce. n. primum, quae ipsimet iam gessimus, pia opera; dum Deo iniuri nō eramus, illorum fructu caremus, quae deinceps uerò gerimus [uel pietatem, sanctitatemq; magnam, redoleant] q̄ ad aeternam felicitatem consequendam non profunt; mortua opera à diuinarum rerum scriptoribus à Thom. dist. 15. q. 3. art. quarto, à Sot. d. 19. q. 1. art. 5. concl. secunda, & d. 16. q. 2. art. 6., & à Pet. Sot. Quado, & quorum poenit. agenda lect. 13., & à Nauar., qui in Man. cap. 1. num. 31., & 33. de cõi ferentia testatur, appellantur; eorum itidem, quae publice, priuatimq; à reliquis Christi fidelibus piè, sanctèque sunt [quorum omnium, qui Deo infensū non sunt, participes fieri, & sanctissimus Dauid illis verbis, Particeps ego sum omnium timentium re, & significauit, & ecclesia, vti firmissimum quoddam fidei nostrae fundamentum ibi Credo sanctorum communionem credendum proposuit] eorum, inquam, omnium expertes sumus; addo tandem, ne singula persequar, nos Dei filios, Christi fratres, eiusdem coheredes, quibus dignitatibus nos decorarat Deus, indignos existimari, ac turpiter his nudari; vile igitur admodum, ac salutare est mortifera peccata quamprimum detestari; quòd tamen ecclesiae consuetudo Quadragesimae tēpus, quo ea confiteamur, nobis assignauit; quòd itidem, ut peccata detestemur praeceptum affirmans est; vnde cum nobis id praecipitur, eius susceptione obligamur, uti Med. de poenit. q. 6. p. prima inquit; ideo, sicut statim confiteri peccata non cogimur, ita eadem illico detestari; vt Med. eod. inquit; & de communi sententia Melch. Can. p. 4. de poenit. pag. 39. testatur, non compellimur; nec, quòd ei, qui sibi corporis mortē inferre conatur, opem ferre nos oporteat; idcirco ipsi, q̄ mortiferi peccati culpa detinemur, vnde spiritualem mortē nobis intulimus, subuenire nobis statim debemus; nam ille id, quod sibi, & diuino, & humano, iure prohibitum est, facere nititur; nemo. n. sui corporis hac in re dominus est, vt in l. liber homo ff. de stipul. feruor. probatur; & ne quis occisione quēpiam occidat, diuino quoque iure cauetur; quare, ne vtrunque ius offendat, quantum possumus, prohiberi à nobis hic debet; at hic iam spiritalis vita non adest; ergo nisi, cum nobis praecipitur, ut eam recuperemus, tunc in eo elaborare cogimur; statim autē id nobis non precipi iam probauimus; detestari ergo peccata statim non cogimur; verum sicut, si mortis periculum impendat, hic [quòd & confiteri quis debet] peccata necessariò detestabitur; alioquin, ut Melch. Can. p. 4. de poenit. pag. 40., & Med. de confess. q. 13., & Pet. Sot. quando, & quorum poenitentia agenda, & Sot. dist. 17. q. 2. art. 6. concl. quinta, & Bon. d. ead. q. 2. art. 2. p. 2. inquit; mortiferè peccaret; ut, qui vique ad extremum vitae diem se peccato oblectari declarat; ita in quocunque sacro administrando, suscipiēdo vè [quemadmodum generatim antea probauimus] & in quacunque functione ad sacrum ordinem aliquem pertinente exercenda, vti Med. q. 6. p. 4. dub. 5. ait, ne hic quoq; nouo peccati genere obuoluatur; non p̄nā ui, sed quòd sacra huiuscemodi castè administrari, sanctèq; suscipi debēt, ad peccata tunc detestanda cōpellitur. 1. Etiā si peccata leuia sint; quamuis. n. à Deo minimè nos hac auertant, qui tñ erga Deū amoris nostri ardor est, illū cōprimunt; & sicuti Sot. d. 18. q. 1. art. 3. concl. 4. inquit, in grauiora deinceps, ut labamur, nos disponant. 2. Summo conatu, intensioreq; studio,

studio, quippe, qui Deum aeternum, eundemque infinitum bonum offenderit; verum quòd, vt Dei gratiam perdamus, tanto studio minimè opus est; sed statim, atque mortiferum peccatum animo concepimus, illa priuamur; ideo nec peccata tanta intensione, eorū cõatū detestari, quò eā recuperemus, nos oportere arg. leg. fin. §. fin. ff. de leg. 3. nobis est; etenim, cum conatus, intensioque haec, quatenus pertineat, a nobis ignoretur; sensum magis respiciat; in manuque nostra continuo non sit; merito illorum praecipis, si curi Med. quaest. 5. in 1. par. cū duabus sequentibus de poenit. inquit, nō obligamur; quare, Talis mihi crede, Chrysof. in cap. Talis de poenit. dist. 3. inquit, est erga omnes pietas Dei, nunquam spernit poenitentiam, si ei sincere, & simpliciter, offeratur; etiam si ad summum quis perueniat malorum; & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam, suscipit, & libenter amplectitur, facit omnia, quatenus ad priorem reuocet statum, & quòd est adhuc praestantius, & eminentius etiam si non potuerit quis explere in praesenti satisfaciendi ordinem, quantumcumque tamen, & quamlibet breui tempore gestam non respuit poenitentiam, suscipit et ipsam, nec patitur, quamuis exigua conuersionis perdere mercedem; quibus constat, quamuis detestatio huiuscemodi utilis fiet, necessariam tñ eam non esse. 3. Profusus lachrymis, summoque sensus dolore; vt qui beneficentissimum parentem Deum offenderit, vti Sot. dist. 18. quaest. 2. art. 2. sensu; quas lachrymas, quaque sensus dolorē, quoniam in manu nostra non sunt; neque necessaria esse, & Petr. Sot. de perfect. poenit., & contrit. lect. 14., & vniuersi, qui hac de re concipere, declararunt; immo, ne adeò graua haec sient, vnde ad sua munera obeunda ineptus poenitens reddatur, communiter receptum id quoque esse Seraf. Raz. in libello centum casuum inscripto recensuit, luculenteque, atque enucleatè hanc rem explicauit. 4. Semper, idest quotiescunque peccatum quicquid commisit, recordatur; infinito enim bono iniurius fuit; nā, vt Bon. dist. 16. quaest. 2. art. 3. par. 1. asseruit, cum ad diuinam gratiam augendam, tum ad poenam pro peccatis debitam facilius persoluendam vtile admodum, ac frugiferum hoc est; quòd tamen contritione, quae repente fit, Dei gratiam illico recuperamus; quòd poenas tempore praescriptas, vel operibus, quae à sacerdote nobis praescriptae sunt, vel apud inferos ignibus illis ad purgandum accommodatis expiamus; ideo, quoties in memoriam peccata veniunt, modò illis non oblectemur [tunc enim noui peccati vinclo quis hanc ob rem obstringeretur] non necessariò Med. quaest. 6. par. 2., & Bon. eod. inquit requiri, vt ea detestemur; quibus rationibus, sicuti in ea peccatorum detestatione diutius persequere vehementer expedit; ita eisdem, etiam, quòd Med. quaest. 1. de poenit. par. 4. docuit, necesse non est; alioquin multorum scelerum qui graui mole premeretur; quòd tunc plus otij huic dari oporteret, urgente morte, saluus fieri non posset, quòd absurdū est; Quacunque enim hora idest temporis momento; sic enim DD. interpretantur, & in citato cap. talis Chrysof. indicauit, in gemuerit peccator peccata sua, non recordaturum se amplius eorum nobis pollicitus Deus est; expedit igitur hoc, non autem necessariò requiritur, vti probauimus. III. Confessus per interpretem, quando per se non potest, etsi enim contritionis vi peccata statim delentur; quòd tamen de suo cuique iudicio in ijs quae agit, merito timendum est, vti Cat. eod. cap. Quibus vijs ad virtutem poenitentiae peruenitur, in verbo De externa verò poenitentia, indicauit; ideo, quando per nos non possumus, adhibito interprete, quò peccata confiteamur, vtilimum id esse ducimus; nam id nos posse, praeterquam quòd & Scot. dist. 17. in responsione ad argum., & Sot. dist. 18. quaest. 2. art. 6. vers. Tandem inquit, de communi sententia Med. de confess. quaest. 15. vers. Deinde confessio, testatur; confessio quippe sacramenti huius necessaria pars quoque adest; verum, quòd à ministro verba non intelliguntur; ob eam rem, qui ea illi explicet, interpretes adhibentur; quare, sicuti, cum de peccato quopiam, exempli gratia, mortiferum, an leue, sit, dubitamus, nobis peritiores consulere, quòd id nos doceant, possumus; ita, cum verba non percipimus, illorum sententiam ab ijs, qui eam tenent, edocere non prohibemur; si igitur poenitens velit; non enim ad id cogi potest, vti Med. quaest. 15. de confess. ait, atque communiter id receptum esse Petr. Sot. de secret. confess. lect. 11., & Melch. Can. par. 3. de poenit. pag. 39. testatur; Deus enim iudici, cui potestatem hanc tradidit, non alij, vt peccata nostra confiteremur, iussit, vti Petr. Sot. ibidem ait, ac Trid. Syn. eod. cap. 5. id declarauit; Caterum, inquit enim ibi, quò ad modum confitendi secretò apud solum sacer-

1. sacerdotem, etsi Christus non uenerit, quin aliquis in uendictam suorum scelerum, & sui humiliationem cum ob aliorum exemplum, tum ob ecclesiae offensae adificationem delicta sua publice confiteri possit; non est tamen hoc diuino praecipio mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege praecipere, ut delicta praesertim secreta publica essent confessione aperienda; haec ibi sancta Synod. apud igitur solum sacerdotem, id quod, & in cap. omnis de poenit. habetur, eo, cui quis confiteretur, excepto, sua peccata confiteri nemo cogitur; nam uel non uniuersa peccata, uel minus saltem liberè confiteretur; si igitur, inquam, poenitens per interpretem sua peccata patefacere uelit, coram enim eo esse debet, ut antea probauimus, peccata confitebitur; interpretes uero deinceps illa explicabit. 1. Quamprimum; uti Host. eod. num. 12., & Bonau. dist. 17. q. 2. art. 2. p. secunda inquit; etsi enim contritione peccata delentur; quod tamen de actionibus suis dubius quis semper esse potest; ideo confessione tanquam tutiori remedio utemur; multa nanque ibi fiunt, quibus peccata, uti oportet, detestamur; atqui quod confessionis praecipium affirmans est, atque idcirco illius in, cum nobis id praecipitur, tantum obligamur; ob eam rem tempore ab ecclesia consuetudine excepto, de quo postea agemus, nisi aut mortis periculum impendeat [ut ei, uel qui in acie proditurus est; uel longiorem navigationem suscepturus; uel mulieri, quae partui proxima est] aut nisi per scripto ab ecclesia tempore sacerdotis facultatem se non habituros existiment, ne confessionis praecipium; quod non confitentur, contemnere uideantur, aut nisi praecipio alio praecipio; uel quia uoto se ad id obstrinxerunt; uel eucharistiam suscipere uolunt; uel conscientia id sibi suadet, hi enim omnes ut confiteantur, oportet; ut de communi sententia Med. de confess. q. 14. testatur, quamuis, cum conscientia id illis suadet, si rationi minus nitatur, ea deposita, confessio praetermitti queat, confessionisq; praecipio non obligentur. 2. Peccata, etiam alia sacramenti susceptione deleta, ita enim in cap. quem poenit. de poenit. dist. 1. habetur, atque Host. eod. num. 12., & Sor. dist. 20. quaest. 2. art. 1. solutione 3. tradiderunt; uile nanque admodum hoc est, ut id uniuersos comprobasse Med. dist. 25. de confess. recente; tum quod gratia sacramenti uis nobis tributa contra peccata fortius armatur; tum quod praeteritorum peccatorum poenae, quo in sceleribus nostris detegendis afficimur pudore, uti Sor. ibidem ait, imminuentur; quare sicuti confessionem celere, ita frequentem [modo haec inutiles scrupulos non coniciat] sanctissimi patres commendauerunt; necessariam tamen peccatorum huiusmodi confessionem non esse antea probauimus, & communiter receptum esse, & Bon. dist. 22. quaest. 1. art. 1., & Petr. Sor. lect. 7. quando peccata remissa redeunt, testati sunt; qui igitur ab eisdem peccatis saepius absolui cupit, eadem saepius; uti Med. ibidem inquit, confiteri quoque debet; neque enim absolutio, una confessio si adsit, iterari potest. ¶ Lenia quoque peccata, uti Bon. dist. 17. quaest. 1. art. 2. par. 3. inquit, uerum; quod illis Dei gratia non priuamur; quae ad aeternam vitam consequendam nobis satis est; quod eadem hic multis alijs modis, quos Glos. fin. in inscriptione proemij lib. 6. recensuit, delentur; quod denique post huiusmodi uitae cursum ea, hic si non fuerimus detestati, expiantur, uti Med. quaest. 5. de confess. de sententia Christi, atque Pauli docet; his de causis illorum non necessariam confessionem, communemque hanc esse opinionem in idē Med. testatur, & Trid. Syn. nouissime eod. cap. 5. sequitur; Non uenialia, inquit enim sancta Syn., quibus a gratia Dei non excludimur; & in quibus frequenter labimur; quanquam recte, & utiliter, citaque omnem praesumptionem in confessione dicantur; quod peccatorum hominum usus demonstrat, taceri tamen citra culpam, multisque alijs remedijs expiari possunt. Hac ibi Trid. Syn. ait: quare, sicuti Melch. Can. de poenit. par. 5. pag. 66., & Med. de confessione uenialium quaest. 5. inquit, nec quadragesimae tempore, uel grauioribus sceleribus non constringamur, quod Bon. dist. 17. quaest. 1. art. 2. par. 3. pernegauit, ipsorum confessione obligabimur; tum quod citatum cap. omnis ad leniores culpas non pertinere Scot. dist. 17. art. 2., & art. 3. uer. Dico igitur, ceterique concludunt; tum quod boni improbis, qui grauioribus sceleribus detenti horum confessione non obligantur, deteriori conditione quodammodo essent, quod iniquum est; sat igitur tunc erit Dei benignitate mortiferi peccati sibi conscium non esse de Scoti sententia ino parcho significare; cui, quod eius res agitur, fides adhibenda est, ut alibi probauimus, & in cap. significauit de off. ord. habetur; non ergo leuium peccatorum confessionis praecipio

con-

3. confessionis praecipio constringimur; quamuis, ut sacramenti uis ea nobis condonatur, confessione ipsa explicare argum. si quando C. de inoff. testam. necessariò compellamur. 3. Ad sacerdotis pedes prostratus; uti Petr. Sor. de materia, & forma poenitentiae lect. 4. propè finem docuit; humilem enim confessionem idcirco esse patres nostri, sicuti Sor. dist. 18. quaest. 2. art. 2. inquit, uoluerunt. ¶ Nudato capite, si uir, obnoluto, si mulier, fiet; haec enim humilitatis signa quoque ostendunt. ¶ Lachrymis profusis, uti Host. eod. num. 2. art. amara, concludit, atque hanc ob rem lachrymabilem confessionem diuinarum rerum scriptores nominauerunt; uerum, quod sacramenti uim haec non attingunt, ob eam rem eorum praetermissione, uel nihil, uel leuiter poenitentes offendunt. ¶ Verecundè; ut qui turpitudines suas, quibus Deum offendit, innocentiaeque in baptismo susceptae candorem foedauit, aperiat; modo tamen peccatum detestetur, si id praetermittatur, nihil intererit; immo, qui peccatum quodpiam suo parcho confiteri ob eam rem ueretur, quod existimationem suam apud eum ledi ualde arbitratur [dolus tamen abusu] ut sacerdos alius ab hoc audeatur, Anto. Pag. Ven. de confess. cap. 3. par. secunda propè finem consuluit. ¶ Secretò, uti Bonau. dist. 17. art. 1. quaest. 3. p. 3. ait, atque in ueterata ecclesiae consuetudo id docet; necessarium autem id non esse, praeter quam quod Med. de confess. quaest. 15., & Melch. Can. par. 5. pag. 63. hoc inquit, communiterque opinionem hanc receptam esse Petr. Sor. de secreto confessionis lect. 11. testatur; id pluribus nos antea probauimus. ¶ Supernacaneis omis; etsi enim haec sacramenti naturam non tollunt, quod tamen ipsius materia non sunt; ob eam rem peccatis patefactis, atque ijs, quae ipsa circumstant, uti iam docuimus; nam confessionem simplicem esse debere cum diuo Thom. dist. 17. q. 3. art. 4., & d. 18. q. 2. art. 2. doct. concluderunt, reliqua silentio praeteribimus. 4. Alteri sacerdoti, quo cum minimè peccauit; tum quod magis rubore afficiatur; tum ne peccatorum enatione uerque ad eadem inciretur; quod tamè non idcirco potestas huic ablata est, ob eam rem confessionem coram hoc factam ualere, ut reliquos omittam, Tur. Crem. de poenit. dist. 6. in §. sacerdos itaque quaest. 1. concludit. IV. Propositum satisfaciendi per se habens; tum quod id ius, aequumque postulat, ut qui peccauit, hic & peccati poenam ferat; tum quod, cum hac ratione non modo poenas pro peccatis debitas quae persoluatur, uerum etiam mereatur, atque, quod deinceps peccata caueat, diligentior, habiliorque fiat; etsi priorum fructum altero satisfaciente percipit, posteriores tamen, uti Ioan. Med. de satisfactio ne q. 5. dub. primo, & Thom. dist. 20. quaest. 2. art. fin., & Sor. dist. 19. art. 5. concl. secunda, & Thom. ab Arg. dist. vigesima q. prima art. secundo concl. prima, & seq., & Tur. Crem. in cap. 1. §. 1. de poenit. dist. 6. quaest. 5. inquit, minimè consequitur: posse tamen quem pro alio peccatorum poenas luere, & sacrosanctae ecclesiae thesaurus à Romanis Pontificibus, antistibusque reliquis distributus declarat; & assidue, quotidianaque preces ab ecclesia, & pro ijs, qui è uita hac decesserunt effusa testantur; etenim, cum Christi fidelium ceterum unum corpus fiet, cuius caput Christus, nos autem membra sumus; sicuti operatio membri huius alteri membro saepius prodest; ita, quod charitatis uirtute idem hic efficitur, alterum pro altero satisfacere posse Bonau. dist. 20. quaest. 2. art. primo, & Ant. Ven. par. 3., & Thom. dist. 20. quaest. 2. artic. 3., & in add. 3. par. quaest. 3. artic. secundo, & Caiet. eod. in sum., & Sor. dist. 19. quaest. 2. art. quarto, qui de communi quoque sententia testatur, concludunt; hinc Particeps ego sum omnium timentium te regis ille uates cecinit; hinc ecclesia, ne qua dubitatio nobis esset, sanctorum communionem nobis credendam esse sancit, Paulusque, ut alter alterius onera feret, cohortatus est, atque inuitauit; etsi ergo quis per se satisfacere potest, uti Ant. Pag. Ven. in 3. par. cap. 3., & Thom. Elyf. quaest. 3. art. 4. asserunt, quamuis contrarium nonnulli existimarunt; etsi ei, qui pro alio satisfacit grauior poena non infertur, quod quidam faciundum esse, ac non rectè meo iudicio senserunt; idem enim debitum cum sit, & poena eadem esse debet, modo neuter mortiferi peccati culpa pollutus sit; nanque, quod charitatis uis id efficitur, meritò si ipsa non adit, uti Thom. ab Arg. dist. 20. quaest. 1. art. 2. concl. secunda, & Ant. Pag. Ven. p. 3. cap. 3., & Thom. Elyf. quaest. 19. art. 4. inquit, nihil communicabitur; etsi denique is, qui poenitentiam sacramentum hoc administrauit, nollet, quod charitatis munera quod minus quis exerceat, prohibere non potest; in his, inquam, uniuersis casibus satisfiet, poena quae expiabitur: sicut autem, si poenitens, poena sibi iniusta à sacerdote non soluta, è uita migrauerit

migraverit, operibus vero alijs ipse, alterve pro eo illam persolverit, ipsum, quod minus in celum evolet, ea pena, uti Med. quaest. 43. de confes. in primo dub. ait, non morabitur; ita è contrario nondum illa expiata, vel alter se pro eo satisfacturum esse confirmaverit Med. quaest. 44. de confes. teste ignes illos ad purgandum paratos non evadet. An autem sacerdos poenam poenitenti ab altero impositam immutare, tollereve possit? planè, si minister, qui eam imposuit, id permittat, tacitove huic assentiatur; ut pote quia poenitens vel eam poenam, vel nullam pati re vera potest; atque idcirco, ut alter pro eo eam poenam, aliamve sustineret, permittitur eum esse existimatur, planè inquam, tunc posse Caiet. e. in summ. & Syl. eod. num. 3., & Thom. ab. Arg. dist. 20. quaest. 1. art. 2. concl. 2., & Ioan. Nid. eod. cap. 11. in litera N, & Med. quaest. 44. de confes. inquit, atque Glof. in leg. tale pactum §. fin. ff. de pac., & iuris consultus in leg. eius est velle ff. de reg. iur. id suadent; si vero nulla ratione id poenitenti à sacerdote permittatur, à Romano Pontifice, quod indulgentiae, quae pro iniuncta poenitentia saepius ab ipso condonantur, declarant, sicuti etiam ab episcopis proprijs, id fieri posse non ambigitur; at à simplici sacerdote quamvis, quod in foro hoc causa benignè aguntur, id posse existimare, varia tamen de re hac sententiae recensentur. 1. Quamprimum potest; tùm ne, si antequam è vita migret, has poenas non persolverit, graviore apud inferos sustinere cogatur; tùm ne in mortiferum peccatum prius incidat, quo casu eas persolvens minimè Deo, quod iam probauimus, non satisfacere; addo fieri posse, ut earum obliuiscatur; quare, etsi ob eam rem necessariò eorundem peccatorum confessio non iteratur, sicuti Pet. Sot. de satisfactione lect. 2. ait, grauius tamen saepius ipse offendit, ac ratione alia eas expiare compellitur. 2. Etiam si pro certo sciat se poenas pro peccatis debitas omnino persolvissè; nanque, ne facile posthac peccet, peccandi que habitus contrarijs virtutù actionibus ut tollatur, his perferendis poenis efficitur; atqui de materia ex qua sacramenti poenitentiae haecenus; ad materiam circa quam eiusdem sacramenti propriam transeamus.

De materia propria sacramenti poenitentiae circa quam  
Cap. XVI.



**M**A T E R I A denique sacramenti poenitentiae propria, & circa quam Peccatum est; nam, cum idcirco sacramentum hoc poenitentia nominetur, quod, qui eam agit, poenas sustineat, ut DD. concludunt; poenae vero de Philosoph. sententia vitiorum medicinae sint; merito ipsa peccata, atque vitia, non autem virtutes, sicuti Petr. Sot. de partibus poenitentiae virtutis lect. 2. vers. 3., atque Cat. eod. cap. 2. asserunt, sacramenti poenitentiae materia erunt. ¶ Quoad ipsius deformitatem; peccatum enim, quatenus res quadam est, non malum, sed bonum, est; verum, quod eodem à Dei lege declinamus, ac deficiamus; quod à ratione alienum, ac deforme ipsū est; haecenus poenitentiae materia, uti Thom. dist. 36. art. 2. lib. 2., & in aditionibus 3. par. quaest. 2. art. 3., & dist. 17. quaest. 2. art. 2. inquit, communiterque id receptum esse Nauar. in Manual. in praesud. 7. num. 20. restatur, malū est. ¶ A nostra voluntate profectum; inest enim, & peccato origine à nobis contracto deformitas quaedam; verum, quia illud nos ipsi minimè commisimus, ideo, sicuti Bon. dist. 16. art. primo quaest. prima. par. 2., & Petr. Sot. lect. 3. de reatu peccati, & lect. 2. de partibus, & actibus poenitentiae virtutis, & Med. quaest. 5. de confes. inquit, & in aditionibus 3. par. quaest. 2. art. 2. habetur, sacramenti huius materia non est, aut esse potest; etsi. n., dum grandior quis natu baptismum suscipit, quò gratiam consequatur, ante actam vitam detestari illū oportet; tamen id potius fit, ne eò vitae genere, quo Deo infensus erat, oblectetur, quam, quod poenitentiae peccatum illud subijciatur. 3. Post baptismi susceptionem commissum; uti Med. quaest. 5., & 6. de confes., & Petr. Sot. de necessitate confessionis lect. prima, & de perfectione poenitentiae, & contritionis lect. 14., & Thom. Ely. quaest. 6. art. 2. de poenit. sacramen., reliquique concludunt; ac Trid. Syn. sess. 14. cap. 1. cum sequen., & sess. 7. in cap. 1., & 2., & can. 10. de baptismo declaravit; quae nanque ante

nanque ante baptismū commissum cū eo, quod origine contractū est, salutaribus baptismi aquis, quod antea probauimus, delentur; Per baptismum Christū induentes, inquit enim sancta Syn. eod. sess. 14. cap. 2., noua prorsus in illo efficitur creatura, plenam, & integrā peccatorum omnium remissionem consequentes. Haec ibi sancta Syn.; peccata igitur post baptismi susceptionem commissa sacramenti poenitentiae materia sunt. ¶ Aut non aliàs dimissum, confessioneque huiuscemodi patefactum; hoc enim peccatorum genus sacramenti huius materia propria est; cum. n., uti medicina quaedam poenitentia sit, qua animi nostri curantur; morbis praecipue, qui sanati non sunt, atque idcirco peccatis non dimissis adhibenda ea est. ¶ Aut dimissum, sed confessione huiuscemodi non patefactum; ecce enim, dum quis confitetur, non incuria, sed obliuione peccatum quodpiam praetermittit; hoc peccatum contritionis vi etsi dellet, sicuti sancta Syn. eod. sess. 14. cap. 5. in verbo Reliqua autē peccata, significauit [ alioquin, cum mortifera peccata sint, neque ea, quae quis confessione patefecit, dimittitur ] confiteri tamen quis ipsū potest, cum in mentem venerit; ac si mortiferum peccatum sit, quod alibi probauimus, etiā omnino debet. ¶ Aut confessione huiuscemodi patefactum, sed ratione quapiam [ ut pote, vel quia poenitens non verè contritus, peccatumve, non uti oportet confessus erat; vel sacerdos absoluerendi facultatem, animumve non habeat ] non dimissum; tunc. n., quoniam confessionem iterari necessè est; merito peccatū illud legitima poenitentiae materia erit. ¶ Aut dimissum, & confessione huiuscemodi patefactum; etsi enim peccatum, quod semel sacramenti huius susceptione condonatum nobis est, ut iterum illud confessione hac patefaciamus, non cogimur; quod neque Romani et Pontificis iussione ad id compelli nos posse; Syl. in verbo Confessio in. 4., & Tab. in verbo Confess. 2. n. 15. inquit; uti in c. quē poenit. d. 1. habet, & Scot. d. 16., & Caiet. in sum. in verbo Confess. in vers. Quinta frequēs, & Ambr. Spier. serm. 19. conf. 2. concl. 2., & Syl. ac Tab. ibidē concludunt, de cōmuniq; sententia, Petr. Sot. lec. 4. de materia, & forma poenit. restat, saepius tñ illud idē cōfiteri vtiliter, ac fructuosè valemus; quatenus. n. nos eisdē peccatis Deo ipsi nos iniurios fuisse agnoscimus, eatenus sacramenti huius materia sūt, ut antea et id probauimus. ¶ Cuiuscunq; generis, vniuersorū. n. peccatorū, quae commissus, veniā sibi nobis datū cū his verbis, Quacunq; hora ingemuerit peccator peccata sua, non recordabor amplius, pollicitus nobis Deus est; tñ illis Et si impius egerit poenitentia ab omnib. peccatis suis, omniū iniquitatū eius, quas operatus est, non recordabor; & Quacunq; solueritis super terrā, erunt soluta & in caelis cōfirmavit; cū nullū igitur peccatū exceptū sit; cur nos aliq; excipiamus, causa nulla est; etsi. n. peccatū in spiri tū sanctū neq; in hoc, neq; in alio, saculo remitti idem Christus penes Marth. cap. 12. interminatus est; non tamen, quin illud remitti queat, sed quod non facile remitti solet, non remitti à Christo dictum esse Magist. lib. 2. dist. 43., ac Sot. dist. 15. quaest. 1. art. 1. pluribus declarat; ac planè, cum in huiuscemodi peccati genere desperatio, presumptio, veritatis agnita oppugnatio, fraternae charitatis inuidencia, obstinatio, & finalis impoenitentia numerentur; quis dubitet eum, quem horum peccatorum poenituerit, ueniam à Deo impetraturum esse? Benignus, inquit. n. Iohel. cap. 2., & misericors est, & patiens, & prestabilis super malitia Deus; quare, ne de misericordia Dei quicquā detrahamus; ne Christi passioni uirtutem, quae sacramentis inest, derogemus; liberamve simul uoluntatem nobis adimamus; poenitentiae sacramenti quodennque peccatū tolli concludemus. ¶ Cuiuscunq; eiusdem generis quantitates, uti Bon. d. 14. q. 3. ar. 1. p. 2., & Cat. e. c. de fruct. poenit., & Med. q. 11. in 2. par., & Petr. Sot. de efficacia poenit. lect. 5., simulq; Sot. d. 15. q. 1. art. 1., eisdē, quas proximè recensuimus, rationibus cōprobantur; immò, quae Dei benignitas est, ac misericordia, uel ipsi daemones, si non ob poenas, atq; cruciatus, quos patiunt, sed pp. Dei in primis, quē offenderūt, eos sui peccati poeniteret, uti Bon. d. 14. q. 3. art. 1. q. 2. inquit, ueniā daret. ¶ Cuiuscunq; eiusdē generis qualitatis; ob easdē à nobis proximè redditas rōnes; lauamini, inq. n. Deus, & mundi estote; & si fuerint peccata uestra, ut coccinū, ut nix dealbabunt; & si fuerint rubra, sicut vermikul, uelut lana alba erūt; non modò igitur pēta, q. re ipsa commissus, sed & q. vel animo, cōcepimus, poenitentia vi tollunt; haec. n. peccata quoq; existimant [ nā, qui uiderit mulierē, & cōcupierit illā, Christo dño teste, iā mechatus est ] haec eadē idcirco; uti Bon. d. 17. q. 2. art. 2. par. 2., ac Biel. dist. 21. q. uni. concl. 3., itemq; Car. eod. cap. de confes. concludunt, notissimeque Trid. Syn. sess. ead. cap. 5., atque can. 7. eod. Z asseuera-

asseuerant, ad poenitentiam pertinent, confessioneque hac explicanda sunt; quare fit, vt vel occultissima sint, sacramento poenitentiae deleantur; etenim quod, quae animo tantum concepimus, confessione aperire necesse est; ob eam rem multo magis, quae peregrinus, vel in obscuro iaceant, patefacere nos hic oportet. 1. Aut mortiferum; huius enim gratia in primis sacramentum poenitentiae institutum est, vti Sot. dist. 14. quaest. 1. art. 2. in 8. arg., & in addit. 3. par. quaest. 84. art. 2., vniuersique patres concludunt; ac Trid. Syn. ead. sess. 14. in cap. 1., & 5., & Cat. eod. asseuerarunt. 2. Aut leue, quod veniale dicitur; legitima enim, ac propria poenitentiae sacramenti materia peccatum hoc etiam est; nam facultatem hanc peccata dimittendi suis discipulis illis verbis Quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt, condonans. Christus Dominus non hoc, illudve peccati genus expressit; non facultatem illam hoc, illoque, peccato conclusit, atque coarctauit; ergo neque nos ea concludere, ac coarctare, aut possumus, aut debemus; ac plane, si grauiora poenitentiae sacramenti vi tolluntur; leuiora eodem modo minus tolli qua ratione inficiabimur? haec igitur quoque poenitentiae sacramenti materia e-runt, vti Thom. dist. 16. quaest. 2. art. 4., & Sot. dist. 14. quaest. 1. art. 2., & 3., & Petr. Sot. lect. 4. de materia & forma, & Med. de confes. cap. 4. de venialibus asseuerunt; & de communi sententia Melch. can. in par. 5. vers. Septimum vero, testatur, Tridentinaque Syn. contrarium asseuerantes sess. ead., & cap. 5., & can. 7. anathemate damnauit: atque de materia cum propria, tum communi sacramenti poenitentiae haecenus, ad eiusdem formam, simulque ad ea, quae eidem necessario inesse debent, cum aliisque sibi communia sunt, primo transeamus.

*De forma sacramenti poenitentiae necessaria; et de ijs, quae eidem necessario inesse debent, sibi que cum reliquis communia sunt,*  
Cap. XIX.

**F**ORMA igitur sacramenti poenitentiae necessaria haec est, Ego absoluo te; vti Thom. quaest. 84. in 3. par. art. 3., & Sot. dist. 14. quaest. 1. art. 3., & Petr. Sot. de materia, & forma poenitentiae lect. 4., & Tab. in verbo Absolut. prima n. 12. & Francisc. à Vict. in summ. num. 106. vniuersique concludunt; etenim forma haec & verbis, quibus Christus potestatem hanc transtulit, hinc Quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo, accommodata est; & ab effectu, qui sacramenti huius virtute praestatur; quod scilicet a peccatis, quae vincula quaedam animarum sunt [iniquitates enim suae capiunt impiu, in prouerb. dicit, & peccatoru suorum funibus quisque constringitur] liberamur; non aliena; inesse autem ei necessario, quae sibi cum aliorum sacramentorum formis communia sunt, haec debent. Primum vt, sicuti dist. 14. quaest. 4. in vers. Dicit facta certis verbis Tart. inquit, exprimat. II. Verbis seu voce; vt Tart. ibidem inquit. III. A causa efficiente humana, quae minister dicitur. IIII. In tempore instanti. V. Sine eorum verborum, quae ipsius formae vim tollunt, adiectione; quare, sicuti Nauar. in Man. cap. 26. num. 12., & Sot. dist. 14. quaest. 1. art. 3. in fin., & Tab. in verbo Absolutio num. 17. asse-runt, sine ea conditionis adiectione, qua effectus penderet, proferatur. VI. Sine eoru verborum, quae eiusdem baptismi formae naturam deprauant, detractio. VII. Sine eorum verborum, ex quibus forma constat, huiusmodi, vnde forma tollatur, corruptio. VIII. Sine verborum quoque huiusmodi traiectione. IX. Sine interpositione ea, qua consequentia formae verba eiusdem antecedentium partes esse desinant. X. Sine ea verborum formae mutatione, qua itidem ipsa forma tollatur. XI. Sine earum sex mutationum, quas proximè recensuimus, etiam si formae natura, atque vis ab ipsa quidem non tollatur, sed hoc tamen animo fiat, vt noua introducatur, vlla mutatione; de quibus, quoniam generatim pertractauimus, ideo, illis omisissis, ad ea, quae eidem formae necessario itidem inesse debent, sed propria ipsius sunt, veniamus.

De ijs,

*De ijs, quae eidem formae necessario inesse debent, propriaeque ipsius sunt,*  
Cap. XX.



**I**NESSE quoque eidem formae necessario, quae propria ipsius sunt, haec debent. Primum vt ministri mentio, vel tacito fiat. II. Poenitentis quoque persona ratione quapiam aut proprio scilicet, aut alio nomine, vt nominetur, sicuti Petr. Sot. eod. lect. 4. inquit, citati que autores antea concludunt; namque, cum poenitens materia sacramenti huius, sit; plane, si tollatur, vbi forma quodammodo consistat, quoque referatur, non habebit. III. Verbum ipsum Absoluo, vel quod tantundem significet; sicuti idem Petr. Sot. eod. in loco ait, omnesque consentiunt; etenim huiusmodi verbi sententia nos a peccatis, quibus constricti tenebamur, dissolui significatur; quare, si praetermitteret; quoniam, quem effectum sacramentum praestaret, non explicaretur [quod proprium sacramenti est] nihil fieret; nec, quod quando absolui-mur, contritionis vi iam sumus absoluti, forma idcirco frustra proferatur; nam, praeterquam quod gratia collata augetur, sacramenti quoque gratia, qua corroborati minus facile in peccata labimur, condonatur, atque ratione hac nos absolui, vti Petr. Sot. ibidem ait, dicimur: haec de ijs, quae poenitentiae sacramenti formae necessario inesse debent, haecenus dicta sint ad ea, quae eidem inesse, quamuis non necessario, sibi que cum reliquis communia sunt, transeamus.

*De ijs, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent; communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt,*  
Cap. XXI.



**E**A vero, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario debent; communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, haec habentur. Primum ne quid ei, etsi ipsius vis non tollitur, addatur. II. Sine verborum etiam, etsi ex ipsis forma non constat, detractio. III. Sine ea itidem interpositione, qua verborum formae connexio non ita tollitur, quin eiusdem formae sententia remaneat. IV. Sine huiusmodi etiam transpositione. V. Sine eiusdem formae tandem verborum mutatione. 1. Ea igitur primum forma, qua sua ecclesia vti consuevit, adhibeatur. 2. Eadem lingua enuntietur. 3. Eiusdem linguae verbis, quibus proferri consuevit, proferatur; quare & si idem verbum Remitto, quod verbum Absoluo, significat, atque efficit, vti Petr. Sot. eod. lect. 4. inquit; quod tamen Absoluo dici consuevit, verbum Remitto non vlturpabimus. 4. Eiusdem personis itidem exprimat. 5. Eodem in numero, & nomina, & verba, quibus consueuerunt, collocentur. 6. Eisdem etiam casibus formae verba, quibus efferri consueuerunt, efferantur. 7. Recto denique, emendatoque adhibito sermone: ac de ijs, quae sibi cum reliquis communia sunt, satis dictum sit; ad ea, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent, propria tamen magis ipsius sunt, transeamus.

Z 2 De ijs,

*De ijs, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent; propria tamen magis ipsius sunt, Cap. XXII.*

**I.** **Q**VAE denique poenitentiae sacramento propria eius inesse, quamuis non necessario debet, haec sunt. Primum pronomen ipsum Ego; hoc enim, quod sacrosancta ecclesia adhibere consuevit, praetermittere impudens esset; mortiferè tamen, nisi dolo omitteretur, peccati non existimarem; verbo nanque Absoluo comprehenditur; quamobrem etiam fit, ut necessario non apponatur. **II.** A peccatis tuis; quae quidem verba, uti Syl. in verbo Absolutio num. 5., & Tab. in verbo Absolutio pri. num. 12. inquirunt, necessaria quoque non sunt; nam, & si dilucidius illis verbis sacramenti effectus significatur; quod, tamen eidem etiam tacitis, quando poenitens absoluitur, ab aliquibus, atque idcirco à peccatis, quae confessus est, absolui necessario intelligitur, ob eam rem necessaria verba illa non esse existimantur. **III.** In nomine, patris, & filij, & spiritus sancti; quae quidem verba; quod cum ecclesia conueniamus, praetermitti non decet; quamuis, quod à Christo domino precepta, ut in baptismo, non reperiuntur [ & si ea omittendo non nihil offendimus ] illorum praetermissione, sicuti Tab. in verbo Absolutio num. 14. inquit, sacramenti vim non tollamus: haec de necessaria sacramenti poenitentiae forma haecenus dicta sunt; ad formam eiusdem non necessariam transeamus.

*De forma poenitentiae sacramenti non necessaria. Cap. XXIII.*

**N**ON necessaria denique sacramenti poenitentiae forma bipertita est; partim enim ea, quam necessariam diximus, scilicet ille Misereatur tui, &c. antecedit, quibus à Deo veniam poenitenti precamur; partim verò scilicet Passio Domini nostri Iesu Christi, &c. eandem consequitur; quibus, ut Christi passio, sanctissimaeque eius matris merita, itemque, quod ipse poenitens boni fecerit, quodve mali passus fuerit, ut ei profint, diuinaque gratia, quam consecutus est, magis magisque ut augeatur, optamus; atque de forma sacramenti huius satis dictum sit, ad ea accidentia, quae ab ipsa forma, & à reliquis causis emanant; & primum ad ea, quae à fine proficiuntur, more nostro transeamus.

*De accidentibus, quae à fine sacramenti poenitentiae proficiuntur, Cap. XXIV.*

**I.** **A** **F**INE igitur sacramenti poenitentiae accidentia haec proficiuntur. Primum institutionis sacramenti huius necessitas; quae, si Christum spectemus, necessarijque vim contemplerur, non fuit; si tamen id, quod eius sapientiae consentaneum est, necessarium appellemus; necessitas tunc existimabitur; nam, cum salutem nemo nisi per Christum eius passionis beneficio consequatur [ non enim aliud nomen sub caelo est, in quo nos oporteat saluos fieri ] sacramentum quoddam institui, per quod quasi per aluicem quandam Christi sanguine permeante peccata post baptismi susceptionem commissa deleantur, debuit; hac igitur ratione institui sacramentum hoc oportuit: at post ipsius institutionem vniuersis, qui baptismo initiati in mortifera peccata lapsi sunt, necessarium adeo est; ut, cum ab eo disceferimus, nullum prae-

praeterea peccatorum venia consequendae remedium habeamus; ita enim Sot. dist. 17. quaest. 6. art. quarto, & Carech. eod. cap. de necessitate sacramenti inquirunt, ita Trident. Synod. sess. 6. cap. 14., & sess. 14. cap. primo docuit, contrariumque assenerantes anathemate eadem sess. 6. can. 29. damnauit; Si quis, inquit enim sancta Syn., dixerit eum, qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere; aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare sine sacramento poenitentiae, prout sancta Romana. & vniuersalis ecclesia, à Christo domino, & eius Apostolis edocta hucusque professi est, seruauit, & docuit, anathema sit. Haec ibi sancta Synod.; quare, quod confessio sacramenti huius pars est, cõfiteri quoque quisque peccata necessario compellitur; nam & sic in citato cap. omnis habetur; & eadem sancta Syn. sess. 14. cap. 5. tradidit, Ex institutione sacramenti poenitentiae, dicitur enim ibi, iam explicata vniuersa ecclesia semper intellexit institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus post baptismum lapsis iure diuino necessariam existere, idem ead. sess. can. 8. conclusit; vel igitur re, postquam exitibus culpis polluti sumus, ut probauimus, vel animo saltem, quando re ipsa non possumus, si salui esse uelimus, ut Melch. Can. par. 5. de poenit. concl. 1. & 2. pag. 50. inquit, vniuersique, qui pie hac de re conscripserunt, sentiunt; sacramentum hoc ut suscipiamus, necesse est. **II.** Propositum Christi in sacramenti huius institutione, quod planè fuit, sicuti sancta Syn. sess. 14. cap. primo inquit; ut, qui post baptismi susceptionem in mortiferum peccatum praeterit incidissent, modum, eundemque; certum ea expiandi haberent; Si ea, ait enim ibi, in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut iustitiam in baptismo ipsius beneficio, & gratia susceptam constanter tuerentur, non fuisset opus aliud ab ipso baptismo sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum; quoniam autem Deus diues misericordiae cognouit figmentum nostrum, illis etiam vite remedium contulit, qui sese postea in peccati seruitutem, & daemones potestatem tradidissent, sacramentum videlicet poenitentiae; quo lapsis post baptismum beneficium mortis Christi applicatur. Haec ibi sancta Synod.; neque iniuria nam, & si peccata, quod antiquitus fiebat, poenitentia, quae virtus est, tollebantur; quod tamen, an condonasset ea nobis Deus, animo pendere semper poteramus; vnicuique enim in ijs, quae agit, de suo iudicio timendum est; idcirco Christus dominus, quod metu hocce nos liberaret, poenitentiam sacramentum instituit; neque enim, ut Carech. eod. cap. quibus vijs ad virtutem poenitentiae peruenitur, ait, aliter accipienda est vox sacerdotis peccata nobis legitime condonatis, quam Christi, qui paralytico inquit, Confide filii, remittuntur tibi peccata tua, atque idem quoque Chling. in cap. 34., & in sequenti docuit. **III.** Causa ipsius Christi propositi, quae planè & necessitas, si diximus, & vtilitas; quae cuiusmodi, quantaque; sit, et si ex ijs, quae de fructibus à nobis dicta sunt, satis constat; non minus tamen ex ijs, quae diuus Cypr. sacramenti huius encomia recensens conscripsit, intelligi potest; O poenitentia, inquit enim ipse, quae miserante Deo peccata remittis; paradysum reteras; contritum sanas; tristem exhilaras; ad vitam de interitu reuocas; statum instauras; hominem renouas; fiduciam reformas; gratiam abundantiore refundis. O poenitentia, quid de te referam? omnia ligata soluis; omnia soluta tu referas; aduersa tu mitigas; confusa tu lucidas; desperata tu animas. O poenitentia rutilantior auro, splendidiore sole; quam nec peccatum vincit; nec afflictio superat; nec desperatio deicit; poenitentia respuit auaritiam; horret luxuriam; fugat furorè; firmat amorè; calcat superbiam; continet linguam; mores componit; odit malitiam; excludit inuidiam; perfecta poenitentia cogit omnia ferre libenter; vnam percutienti maxillam praebet alteram; superiori suplex est; inferiori subiacet; in corde cõtritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Haec Cypr.; ex quibus omnibus, quam utilis, quamque necessaria poenitentia sit, optimè perspicitur; atque de ijs, quae à fine proficiuntur haecenus; ad ea, quae ab eiusdem materia emanant, transeamus.

De accidentibus, quae à materia sacramenti poenitentiae proficiuntur,  
Cap. XXV.



Materia verò diuisio proficiuntur, quae quidem, quatenus sacramentum nouae legis est, locum hic sibi vindicare non potest; & si enim ex multis partibus constat, quae totum quoddam integrum constituunt, uti Catech. eod. cap. Poenitentiam verum esse sacramentum, & cap. de partibus integ. penit., & Thom. d. 22. q. 6. art. 1. inquit, Tridentinaq; Syn. eod. cap. 3., & can. 4. asseruit; vnum tamen, sicuti quoque domus ex multis partibus, & hominis corpus ex pluribus membris constituta, sacramentum est; quatenus verò genus quoddam poenitentiae facimus, tunc planè in suas species, quae duae sunt, diuiditur; nam altera quidem sacramentum est, de quo agimus; altera poenitentiae virtus, quae omnia cum contritione superioris parte confessione excepta communia habet, quamque non tractamus: atqui de his haecenus, ad reliqua transeamus.

De accidentibus, quae à forma poenitentiae effluunt, Cap. XXVI.

I.



Forma tandem sacramenti poenitentiae accidentia, quae emanant, haec sunt. Primum ipsius sacramenti institutionis tempus, quod planè fuit, cum Christus à mortuis excitatus in sufflauit in discipulos suos dicens Accipite spiritum sanctum; & quorum remisistis peccata, remissa sunt; & quorum retinueritis, retenta sunt; sic enim Bon. dist. 22. art. 2. vers. primo, & Scot. d. 17. art. primo, & Ioan. Med. de confess. q. 1. inquit; de communione sententia d. 20. q. 1. art. 2. concl. 3. Sot. testatur; sic Trid. Syn. sess. 6. cap. 1. sess. 14. eod. cap. 14. de lapsis, & eorum reparatione docet; Etenim, inquit enim cap. 14. sancta Syn., pro ijs, qui post baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus sacramentum instituit poenitentiae, cum dixit Accipite spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Haec ibi sancta Synod.; quamuis igitur alijs his verbis Tibi dabo claves regni caelorum &c. sacramentum hoc pollicitus est, eo tamè, quod diximus, tempore ipsum instituit. II. Eius sacramenti efficacitas, quae post ipsius institutionem, sicuti generatim probauimus, fuit. III. Tempus promulgationis; quod postquam Christus in vitam hanc rediit, fuisse non dubitatur; nam, quod tunc ipsum institutum esse datur, iure antea minus promulgatum fuisse ex hoc conuincitur. IV. Tempus, quo eius susceptione obligari homines ceperunt; quod sanè, statim atq; ad ipsorum aures peruenit, illiusque notitia habita est, fuit; inscitia enim [modò inconsiderati, dissolutiq; hominis non sit] ne nouis, recentibusque constitutionibus constringamur, ut in cap. fin. de const. habetur; & Sylu. in verbo Lex, atque Melch. Can. p. 5. de penit. pag. 61. concludunt, operatur. Quemadmodum, inquit nanq; ibi Melch. Can., baptismus non statim à passione Christi cepit esse medium omnibus necessarium ad salutem, sed post sufficientem euangelij, & baptismi euulgationem; ita & confessionis sacramentum ex eo tempore cepit omnibus hominibus esse necessarium, quo sufficienter promulgatum est. V. Tempus susceptionis, quod quadragesimae tempus est, uti Scot. d. 17. art. 3., & Med. d. 14. de confessione semel in anno agenda, sentiunt; atq; inueterata ecclesiae consuetudo, quam Trid. Syn. eod. cap. 5. comprobatur, retinendaque censet, declarat; Vnde iam in vniuersa ecclesia, inquit enim ibi sancta Syn., cum ingenti animarum fidelium fructu obseruatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, & maximè acceptabili, tempore quadragesimae; quem morem hac sancta Syn. maximè probat, & amplectitur, tamquam pium, & meritò retinendū. Haec ibi sancta Synod.; neque iniuria, cum enim paulò post in Paschate .i. sacrosancta Eucharistia à Christi fidelibus suscipiatur, meritò, ut id ab ipsis, vitijs expurgatis, fructuose fiat, eo tempore ut peccata homines confiterentur, in ecclesiam consuetudo haec irrepsit; quare,


quare, sicuti qui semel in annum mortifera peccata, quibus constringitur, confessione non aperit, mortifera peccata; ut de communi sententia Melch. Can. pag. 104. testatur, & in cap. omnis probatur [Romano Pontifice, qui que veniam hanc ab eo impetrarunt, exceptis; non enim iure illo cap. omnis, cum iuri huiusmodi praepositus sit, ut in cap. praepositus de concess. praeb. habemus, constringitur, id quod Ioseph. Angl. de confess. diff. An. Papa, & Sot. d. 18. q. 1. art. 5. inquit] ita, qui quadragesimae tempore non confitetur, ecclesiae praepcepto de Med. sententia q. 14. de confess. semel in anno agenda, neque parit, neque satisfacit; constat igitur iam & ex his, & ex eo, quod confessionis huius praepceptum affirmans est, & quod opinionem hanc communiter receptam esse Petr. Sot. lect. 5. de ministro de tempore confess., atque Melch. Can. ead. pag. testatur, non statim atque quis peccauit, sed quadragesimae tempore confessionis praepcepto, quibusdam exceptis, obligari; namque, qui eucharistiam susceptorus est, uti suo loco probauimus, tenetur; qui sapius se peccata confessionum vouit, quod vota soluenda sunt; qui se confessionis praepcepto teneri existimat, ne contra conscientiam, si eam dimittere nolit, faciat, uti Melch. Can. p. 5. pag. 103., & Thom. ab Arg. dist. 17. q. 2. art. 4., ubi exceptos casus hos omnes recenset, & Pet. Sot. de ministro lect. 5., & Amb. Spier. term. 20. confid. 3. concl. prima, & Rosel. in verbo Confessio 2. num. 6. inquit; qui praescripto ab ecclesia tempore sacerdotis facultatem se habiturum non esse arbitrat, ut Pet. Sot. de ministro lect. 5., & Ambr. Spier., & Melch. Can. in proximè citatis locis, & Bon. d. 17. q. 2. art. 2. p. 2. concludunt; nam, quod peccata non confitentur, cum potest, confiteri ea nolle videtur; qui in mortis periculo versatur, vel morbi grauitate, uti Scot. d. 17. art. 2., & Pet. Sot. eod. lect. 5., & Ambr. Spier. asserunt, vel quod in aciem proditurus, uel in pestilentem locum protecturus, uel periculosè nauigaturus est, uti Bon. d. 17. q. 2. art. 2. p. secunda, & Scot., & Ambr. Spier., & Nauar. in man. cap. 2. sentiunt, eadem ratione quod peccata, confiteri hi nolle videntur, cum, quantum in ipsis est, non faciant; qui denique sacerdotes, cum sacerdotis sui facultatem non haberet, sacra fecit, hic enim, facultate sibi tradita, confiteri debet, ne iterum in easdem angustias incidat, ut Trid. Syn. sess. 13. cap. 7. de Euchar. inquit; Quod si necessitate urgente, ait. n. ibi sancta Syn., sacerdos absque praecursu confessione celebrauerit, quam primum confiteatur. Haec ibi Trid. Syn.; hi omnes, inquam, de eorundem, quos citauimus, sententia, extra quadragesimae tempus, praeterea nemo confessionis praepcepto obligantur; quadragesimae igitur tempore sua quis peccata confitebitur; nam, praeter quam quod, si id sine causa praetermittat, mortiferi peccati culpa obuoluitur, confessionis lege non liberatur, sed, quam primum potest, ad id compellitur; sicut enim, qui decem calendis Martij debet, illis elapsis debitum remanet, ut in l. cessus §. idem ait ff. de arbit. probatur; ita, qui quadragesimae tempore peccata non confiteretur, statim atque potest, quod obligatio adhuc sublata non est, confiteri ea cogitur; nec quod praescripto ab ecclesia tempore ieiunus non fuit; aut qui preces, quae canonicae horae nominantur, vno die non persoluit, eo tempore elapso, earum recitationis praepcepto deinceps non obligatur, quicquam huic sententiae repugnat; nam, quia ille dies huiusmodi preces postulat, idcirco eo praeterito, ac quodammodo sublato preces ille quoque tolluntur; at hic, quia peccata confiteri debemus, ideo quadragesimae tempore ab ecclesia consuetudine praescripto confitemur; quare, etsi quadragesima praeterijt, obligatio tamen illa adhuc remansit; hoc igitur tempore quadragesimae scilicet, ut saepe iam diximus, peccata nostra confessione nostris parochis, ijsue, qui eorum hac in re personam gerunt, patefacimus: quoniam autem quando quid cuius, ut ipsum efficiat, iubetur; & id, ne frustra iussio sit, vnde illud efficiatur, permittitur, argumento l. 2. ff. de iurisd. omn. iud., & l. illud ff. de acquir. hered.; ob eam rem, quoties nobis, ut peccata confiteamur, iubetur, toties parochi nostri; uti Sot. d. 18. q. 4. art. 2. vers. Ad quartum, & Syl. in verbo Confessor 1. num. 14., & Tab. in verbo Absolutio 1. num. 60., & Med. q. 37. de confess. comprobant, sacramentum hoc non autem alijs de eorundem autorum sententia, nobis administrare compelluntur; etsi enim petendi ius habent, illud tamen, exceptis iam casibus, parochis repugnatis, consequi non possunt. VI. Aetas susceptionis, quae, ut in c. omnis de penit. habetur, & Scot. d. 17. art. 2., & Syl. in verbo Confess. 2., & Gloss. in cap. 1. de delictis puerorum inquit, ea, qua quis rationis usum habere iam cepit, est; quare, quod huiusmodi rationis usum alter altero citius, tardiusue habet, aetatem hanc non septennio, ut

VI.

Suppl.

Suppl. in verbo Confessio 2. num. 2. ait, non certové alio annorum numero definiemus, sed, ut citati auctores, & Navar. in manual. cap. 21. num. 33. & Cat. eod. inquirunt; & in cap. omnis probatur, ex eo tempore confessionem pueris in dictam esse, cum inter bonum, & malum discernendi vim habet; in eorumq; mentem dolus cadere potest, statuemus; etenim, quod tunc, quae agunt, peccati rationem habere incipiunt; merito, quod illa expientur, huic sacramento initiabuntur. VII. Ordo susceptionis; qui, q̄ eucharistiam consequitur, quartum locum obtinet; nam, quemadmodum, ut baptismo in spiritualem vitam edamur; editi confirmatione ut corroboremur; eucharistia denique ut spiritualiter alamur, spiritualis vita per se, ac primò hæc postulat; ita, si peccatorum vulneribus afficiamur, ut illis curemur, poenitentia sacrum secundo loco, quasi accidens quoddam ab ea requirit, vt Sot. dist. 14. q. 1. art. 5. declarauit. VIII. Locus administrationis, ac susceptionis; qui, ut generatim tradidimus, ecclesia, eademque propria est; verum, quod sacramentum summè necessarium, illiusque administrandi ius voluntariè iurisdictioni persimile est; ideo & extra ecclesiam, in alterius etiam parochia, sicuti Syl. in verbo Confes., & Suppl. in verbo Confessio 3. num. 2., & Hof. num. 14. vers. Et nunquid extra territorium, & Rosel. in verbo Confessio 3. num. 3., idemque Syl. in verbo Confirmatio nu. 4. asserunt; & cum mortis periculum imminet, etiã in loco, qui interdicto subiectus sit, ut in cap. responso cum citatis ibi à Gloss. de sent. excom. habetur, administrari, ac suscipi potest; quare & fratres minores, ac reliqui, de quibus antea egimus, eius diocesis, ubi in munere hoc Episcopo probati sunt, hominibus sacramentum hoc quocunque in loco administrabunt; non enim clementina Dudum, quae, ne alterius diocesis homines hac in re audirent, prohibuit; idcirco ejus loci hoibus, ubi probati sunt, ne sacramenti poenitentiam alibi conterrent, prohibuisse ipsis existimabitur. IX. Modus administrationis, ac susceptionis; qui ex ijs, quae antea egimus, cuiusmodi esse debeat, satis cõspicitur. X. Nomẽ, quod & ipsum multiplex est, nam primò, quod hac peccati expiandi ratione dolorẽ contritione sentimus, satisfactioe poenas patimur, confessione erubescimus; his de causis & laboriosum baptismum Trid. Syn. ead. sess. cap. 2., & poenitentiam, quod .s. peccator poenas sustineat, Med. de penit. eod. in principio, & Hof., & Scot. d. 14. art. 1. concl. 2., & d. 16. vers. ad propositum, & Melch. Can. de penit. p. prima, & Thom. d. 16. q. 1. art. 1., ac reliqui sancti Patres appellarunt; quod verò amissum parentum nostrorum incititia innocentiae candorem, à nobis primùm vi baptismi recuperatum, deinceps scelerum labe iterum perditum una poenitentiae sacramenti virtute rursùm recipimus, hac quoque ratione, sicuti baptismum primam nos tabulam dicimus, ita poenitentiam Hieronym. in cap. secunda de penit. d. prima, & Trid. Syn. sess. 6. cap. 14., & sess. 14. cod. can. 2., & Med. de poenitentia, & Sot. dist. 14. art. 6., & Thom. d. ead. q. 2. art. 4., & Scot. eod. in principio nõ incitè secundam tabulam nominarunt; quemadmodum enim, qui facta nauis vnã salutis spem habere tunc videntur, si ad tabulam quampiam adhaereant; sic quasi fracto innocentiae statu, nisi baptismum primò susceperimus, gratia verò iterum perditã, deinceps poenitentiam; planè salui esse non possumus: atque de sacramento poenitentiae hæc hactenus; ad extremam vñtionem transeamus.





Extremæ Vnctionis sacramenti cognitio habet cognitio ipsius &

94

# BARTHOLOMAEI V GOLINI


## EX MONTE SCVTVLO IVRISCONSULTI

### AC MISANI ARCHIPRESBYTERI

#### De Extrema vnctione Sacramento nouæ legis Tabula.



*De causa efficiente, ac ministro sacramenti Extremæ vnctionis; & de ijs, quæ necessariò illi inesse debent, sibiq; cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt,*  
Cap. Primum.



TSI quocunq; vitæ huius tempore Christi fidelium salus magno in discrimine versatur; tamen tunc ea in maximum, extremumq; penè adducitur, cum ipsius exitus appropinquare iam, iamq; instare existimatur; nam perennis felicitatis nostræ hostis dæmon, qui de interitu, exitioq; nostro cogitare nunquam desinit, eo temporis momento tanto conatu, tanto impetu nos aggredditur, atque oppugnat, virium nostrarum imbecillitatem suā occasionem arbitratus, ut, nisi Christus dominus nos sic oppugnatos, tot, tantisque angustijs deprehenſos singulari, ac diuino præsidio Extremæ vnctionis sacramenti institutione munisset; eaque animi sollicitudine, qua tunc p̄mimur, ipsius vi leuasset; aut sapius nobis cadendū, aut certè tãto hosti magno cum labore resistendum fuisset; verum illius sacramenti susceptione ea virtute subito replemur; eum animū recipimus; adeo sollicitudine leuamur; metum abstergimus; ut iam instantis hostis furorem contemnere; eiusdem inuitiles conatus aspernari; illum fidentem, virusq; suæ acerbitalis, atque odij in nos euomere conantem eludere possimus: de quo sacramēto cum iam acturi simus, de causā efficiente, atque ipsius ministro, simul que de ijs, quæ necessariò illi inesse debent; sibiq; cum reliquis sacramentis communia sunt, instituto nostro agamus. Efficiens igitur Extremæ vnctionis sacramenti causā, ac minister, ut generatim antea tradidimus, Homo est; necessariò autem inesse ei, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, hæc debent. Primum ut vnus sit, sicuti generatim probauimus; non enim alter ægrotum vngere, alter formam præferre potest; quòd tamen vna queque vnctio per se perfecta est; ideo illarum una ab hoc perfecta, reliquas si alter absoluat, quod necesse non nunquam est, cum .i. priorem sacerdotem morbo, morte, ratione uel alia impediri contingit; sine dubio sacramentum conficitur; sic enim Thom. dist. 23. q. 1. art. 2., & Bonau. dist. ead. q. 5. art. 2., & Petr. Sot. eod. lect. prima, & Vig. cap. 16. §. 5. vers. 5., & Tab. eod. num. 6. concludunt; sic in Eucharistiæ sacramento idem fieri posse, ut alter panem, alter vinum contectret, cōprobauimus. II. Alius ab eo, cui sacramentum hoc confert. III. Vitam hanc viuat. IV. Rationis vsum habeat. V. Dum sacramentum confert, id se facere intelligat. VI. Sacramentum hoc conficere sciat. VII. Illud idem administrari possit. VIII. Conficere ipsum velit. VIII.

1. 2. 3. 1. Reuera. 2. Reipsa. 3. Saltem virtute. 4. Ita ut actio humana sit. 5. Vti res diuina instituta. IX. Formam, itidemque materiam, vti sacramenti ratio postulat, atque fert, adhibeat. X. Ei, quem ijs qualitibus praeditum non esse constat, quibus necessario praeditum esse ipsum oportet, sacramenti ne conferat, atque de his haec causae dicti sit; ad ea, quae eidem ministro sacramenti Extremae vntionis inesse necessario debent, propria tamen magis ipsius sunt, transeamus.

*De ijs, quae necessario eidem ministro inesse debent; propria tamen magis ipsius sunt, Cap. II.*

**I.** N E S S E quoque necessario eidem ministro, quae propria tamen magis ipsius sunt, haec debent. Primum ut vir sit; nam sacerdos, quod paulo post videbimus, qui sacramentum hoc administrat, esse debet; sacerdotij autem dignitatem foeminas consequi non posse suo loco probauimus. **II.** Baptismo initiatus; neque enim, qui baptismum non suscepit; cum nec sacerdos [qui unus sacramenti huius minister est] esse queat, Extremam vntionem hic ministrabit. **III.** Sacerdos sit; sic enim Thom. dist. 23. art. 1. quaest. quinta, & Bonau. dist. ead. art. 2. quaest. prima, & Scot. dist. ead. conclus. secunda, & Sot. dist. ead. quaest. secunda art. primo, & Thom. ab Argen. dist. ead. art. 4. conclus. prima, & Petr. Sot. ead. lect. secunda, & Carech. eod. cap. de ministro inquit; sic diuus Iacob. illius verbis Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, id est sacerdotes, ut Trid. Syn. sess. 14. cap. 3. eod. interpretata est, intellexit; iam vero, inquit enim sancta Synod., quod attinet ad praescriptionem eorum, qui & suscipere, & ministrare hoc sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis praedictis traditum; nam & ostenditur illis proprios huius sacramenti ministros esse ecclesiae presbyteros; quo nomine eo loco, non aetate seniores, aut primores in populo intelligendi ueniunt; sed aut Episcopi, aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati per impositionem manuum presbyteri. Haec ibi sancta Synod.; neque iniuria; tum quod [ut praeterea, cum sacramenti huius materia ex qua sacra sit, a sacris quoque solum ipsam tangi, contraeclarique debere] sacramenti huius vi peccata etiam delentur, qua potestate sacerdotes tantum praeditos esse probauimus; tum quod e precibus illis, ex quibus forma constat; sacramenti huius vis ferè vniuersa emanat; precum aut ministrum proprium sacerdotem esse nemo, qui rectè sentiat, id inficiatur; quare, Si quis, inquit enim sancta Syn. eod. can. 4., dixerit presbyteros ecclesiae; quos beatus Iacobus adducendos esse ad infirmum inungendum horratur, non esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed aetate seniores in quavis communitate, ob idque proprium Extremae vntionis ministrum non esse solum sacerdotem, anathema sit. Haec ibi sancta Synod.; constat igitur Extremae vntionis ministrum sacerdotem esse oportere. **IV.** Iurisdictionem in eo, cui sacramentum hoc ab ipso administratur, habeat; si enim religiosi, facultate hac sibi minus tradita, sacramentum hoc administrantes statim in excommunicationem incidunt, ut in Clem. 1. de priuileg., dicitur; reliqui planè clerici [esto eiusdem censurae vinculo non constringantur, uti Gloss. ibidem sentit; neque enim id lex dicit, atque idcirco neque nos eandem penam in alios traducere debemus, ac possumus argumento l. de pretio ff. de publ. in rem act., & cap. odia restringi de regulis iur. in sexto, & l. cum quidam ff. de liber., & posthum.] mortiferè, ius scilicet alienum usurpantes [non enim sine proprii parochi uenia ipsos id posse Sot. dist. 23. quaest. secunda art. primo versic. Sed est tamen hic dubium, & Syluest., qui & alios idem sentire recenset, ac sequitur eod. num. 4., & Tab. eod. num. 6., & Cat. eod. cap. de ministro tradidere] mortiferè, inquam, peccabunt; quibus verò sacramentum administratur, nisi inficitia, quae dolo careat, eos excuset, sacramenti effectum hi non suscipient; nam, cum ipsius effectus sine gratia non conferatur, gratiaque cum eo, quae exitiali culpa pollutus est, esse nequeat;

nequeat; qui verò ab alieno sacerdote illud suscipere conatur, quod se id minus posse intelligit, mortiferè peccat; iure sicuti gratia sibi non confertur, ita nec reliquos extremae vntionis effectus [quoniam omnes ab ea proficiuntur] consequitur; nec, quod baptismus, etiam si necessitas non adsit, a quocumque administratur, & ab eo, qui in mortifero peccato perseverat, suscipitur, huic opinioni quicquam hoc repugnat; nam baptismi virtute character, qui cum peccato mortifero esse potest, etiam confertur; quamuis igitur gratia tunc non suscipiatur, character tamen inritur; cuius vi, cum suorum scelerum ipsum poenituerit, gratia quoque deinceps condonatur; at hic, ubi nihil suscipitur, & si poenitentia exitiales culpa expiantur, tamen, nisi iterum sacramentum hoc administratur, eius fructus quis non consequitur. 1. Aut ordinariam. 2. Aut delegatam; quare; si 1. 2. mors cuius impenderet, proprii quoque parochi facultas non daretur; quod id ipsum, rogatus si fuisset, concessurum fuisse uerisimile est; iure, uti Sot. dist. ead. 23. quaest. 2. art. primo uers. Vtrum uerò, & Syl. eod. num. 4. & Tab. eod. num. 6. concludunt, sacramentum hoc a quocumque sacerdote administrabitur: quae autem cum ad ordinariam, tum ad delegatam iurisdictionem pertinent, quod de ipsis abundè in commentario de poenitentia egimus, ne eadem saepius iteremus, breuitatiq; ut consulamus, illinc ea petantur. V. Ut, sicuti Scot. dist. 23., & Syl. eod. num. 7., & Tab. eod. num. 7., & Nau. in Man. cap. 22. num. 12. inquit, dum aegroti corporis partes ungit, simul quoque formam cuique parti accommodatam enuntiet; haec de ijs, quae ministro huius sacramenti necessario inesse debent, haec tenus; ad ea, quae eidem inesse, quamuis non necessario; priusque ad ea, quae sibi cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, ueniamus.

*De ijs, quae causa efficienti, ac ministro inesse, quamuis non necessario debent; communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum ministris sunt, Cap. III.*

**I.** N E S S E autem eidem efficienti causa, quae sibi cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, quamuis non necessario, haec debent. Primum ut eius finis gratia, cuius instituta extrema vntio est, illam conferat. 1. Actus id uelit. 2. Libens id uelit. **II.** Ne mortiferi peccati culpa sciens pollutus sit. **III.** Ne censura ecclesiastica, quamuis clandestina, aliaue poena, unde ipsi administratio sacramenti huius prohibita sit, irretitus fiet; de quibus; quoniam generatim satis, abundè egimus; id eo nihil praeterea huc addentes ad ea, quae eidem ministro inesse, quamuis non necessario, debent; propriaque magis ipsius sunt, transeamus.

*De ijs, quae eidem causa efficienti, ac ministro inesse, quamuis non necessario, debent; propria tamen magis ipsius sunt, Cap. IV.*

**I.** N E S S E denique eidem causa, quamuis non necessario, quae propria tamen magis sunt ipsius, haec debent. Primum ut unus sit, qui uniuersas aegroti corporis partes ungat; & si enim illa pars ab hoc, haec ab illo ungetur, uti antea tradidimus; sacramentum confertur; quod tamen ecclesiae consuetudini id repugnat, peccati culpa ob eam rem, si a quopiam sine cautà contra fiat, non uacabit. **II.** Superpelliceo, stolaque indutus sacramentum hoc conferat; quamuis, si haec praetermittantur, sacramentum effectum suum praestet [neque enim ipsius naturam harum rerum praetermissio, ut per se id constat, tollit] quod tamen ea, quae sacramentum postulat, quaeque; ab ecclesia praecipitur, dignitate, ac ratione non administratur; mortiferè, si utrunque;

III. vtrunque præmittat, nisi quidpiam illum excuset, peccabit. III. Digno, qui plex dicitur, oleo sancto infecto ægrotum vngat; quod tamen modus huiuscemodi vim sacramenti non attingit; neque huius præmissio; quod minus sacramentum suscipiatur, oberit. IV. Ordinatum, ut scilicet primò oculos, deinceps aures, tertio nares, quarto os, quinto manus, vngat; ac, si velit, præterea pedes, & [quod rarò fit] postremò renes; id nãque in ueterata ecclesiã consuetudo suadet; id quoque à ratione non abhorret; sicut enim oculorum sensum, quod nobilior ipso auditu, ac reliquis sensibus est, ut Philof. in methaph. lib. 1. docuit, reliquis præferimus; ita, quod auditus ipso odoratu; odoratus gustatu; gustatus tactu, præstantior est, ut idem Philof. in lib. 2. de anima, tradidit, alterum alteri iure præponimus; si tamen præpostero ordine vtamur, quamuis non nihil offendatur, sacramentum nihilominus; quod id sacramenti vim non tollit, conferetur; sic enim præpostera ordinum collatione ordines suscipimus; sic præpostera horarum canonicarum recitatione, ut Syl. in verbo Hora num. 10. vers. Quartum ait, ecclesiã præcepto satisfacimus: hæc de ijs, quæ ad ministrum spectant, satis dicta sint; ad effectus eiusdem sacramenti cõmunes primò, & prius ad principem, qui in hac vita percipit, descendamus.

*De effectu communi, per se, ac primo sacramenti extremae vntionis, qui in hac vita percipitur, Cap. V.*



**E**FFECTVS igitur communis per se, ac princeps sacramenti extremae vntionis Dei honos est; sicut enim, quod salutis nostræ initia baptismi susceptione Deo accepta ferimus, illi colimus; ita, quod extremae vntionis susceptione tutum, ac felicem ipsius exitum eidem tribuimus, spemque nostram omnem, & in extremo vite spiritu fixam, atque collocatam nos habere in ipso profitemur; illum hæc quoque ratione veneramus: ac de effectu hoc hætenus; ad effectus communes itidem, ac per se, sed minus principes, qui in hac quoque vita percipiuntur, transeamus.

*De effectibus communibus, ac per se, sed minus primis sacramenti extremae vntionis, qui in hac vita percipiuntur, Cap. VI.*

**E**FFECTVS quoque communes, ac per se extremae vntionis, sed minus principes, qui in hac vita percipiuntur, hi habentur. I. Gratiæ tributio est; sic enim Trid. Syn. eod. cap. 2. docuit, sic idem Car. eod. cap. de fructibus declarauit; Docebunt igitur, inquit enim ibi Cat., pastores hoc sacramento gratiam tribui; quare, Si quis dixerit, inquit nanque Trid. Syn. eod. can. 2., sacram infirmorum vntionem non conferre gratiam, anathema sit. Hæc ibi sancta Syn; effectus igitur sacramenti huius quoque gratia est, eademque nec superuacanea; sicut enim poenitentia gratia peccata in primis expiantur, sic sacramenti huius gratia peccatorum reliquæ delentur, effectusque alij præstantur. II. fidei, spei, atque charitatis collatio; quibus quidem virtutibus extremo illo in certamine fortius dimicamus. III. Donorum spiritus sancti itidem præstatio: atque de his effectibus hætenus; ad communes itidem, sed qui per accidens sunt, in hacque vita præstantur, descendamus.

*De effectibus sacramenti Extremae vntionis communibus, sed per accidens, qui in hac vita præstantur, Cap. VII.*



**E**FFECTVS autem communes, sed per accidens Extremae vntionis, qui in hac vita præstantur, hi sunt. Primus maioris, minorisve gratiæ collatio, uti generatim probauimus. II. Leuiorum peccatorum delitio; Docebunt igitur pastores, inquit enim Catech. eodem cap. de fructu, hoc sacramento gratiam tribui, quæ peccata & in primis quidem leuiora, & ut communi nomine appellantur, venialia remittit. Hæc ibi Catech., idem Thom. dist. 23. quæst. 2. artic. 1. lib. 4. docuit, & in additionibus 3. par. quæst. 30. artic. 1. habetur; neque iniuria, excitatur nanque vi gratiæ, quæ conferitur, maior erga Deum charitatis ardor; quo inflammati, quod ne leuiori quidem in re Deum à nobis offensum esse vellemus, leuiora idcirco peccata detestamur, atque ea re delentur; præterea, quoniam qui in leuioribus Deo iniurius esse minime vult, minus in grauioribus eum esse velle cõsequitur; ideo, & si mortiferum peccatum quodpiam est, quod tacito illud detestatur, ea re ipsi peccatum hoc etiam condonatur; ut igitur contritionis à seruore illo charitatis excitata, & leuiora, & mortifera, quoque peccata expiantur: at qui, quoniam contritio poenitentia pars propria est, eiusque virtute effectum hunc Extrema vntio præstat, hæc de causa iurè in ijs effectibus, qui per accidens sunt, ipsum collocauimus; opinionem igitur Bonau., ac Scot. eodem, qui leuiorum peccatorum gratia extremae vntionem institutam esse profitentur, communiterque opinionem eam receptam esse Nauar. in manua. cap. 22. num. 13., & idem Bonauen. testantur, veram non esse conuincitur; si enim hunc effectum non vi sua, sed alterius adminiculo præstat, qua ratione effectum ipsius proprium, ac per se, huiuscemodique peccatorum gratia sacramentum hoc institutum esse assenerabimus? quare hoc diuus quoque Iacobus sentiens, posteaquam principem effectum proprium, ac per se, itemque proximum, quoniam esset illis verbis Et alienabit eum dominus docuit; peccatorum deletionem non proprium, ac per se sacramenti huius effectum esse significare volens, verba illa Et si in peccatis sit, dimittentur ei, adiecit; quasi diceret, non peccatorum gratia sacramentum hoc institutum esse; at si illis detineatur ea, qua diximus, ratione dimittentur; ac re uera, cum tot, tantisque remedijs, de quibus alibi egimus, ea peccata deleantur, quid opus erat in re tam leui, cui tot remedijs subueniretur, noui sacramenti institutione? ad do, si cum ceterorum sacramentorum præstantia, ac maiestate; si fructum hunc cum aliorum fructibus comparemus, exile admodum sacramentum, tenuem ipsius effectum fore; at si peccatorum reliquiarum gratia in primis institutum assenerimus, & nihil à sacramentorum dignitate, atque natura degenerare; & frugiferum, perutileque mirummodum esse; quare opinionem hanc, quam & Sor. ead. distinct. pluribus probauit, quamque Petr. Sor. eod. lect. 1. de fructibus sequitur, contrariumque asserentem reprehendendum existimauit, verissimam esse centeo: atque de effectibus communibus, qui in hac vita præstantur, hætenus; ad eos, qui post huiuscem vite cursum conferuntur, transeamus.

De effectu communi Extremae Vnctionis, qui post huiusce vitae cursum praestatur, Cap. VIII.



**E**FFECTVS denique sacramenti huius communis, qui post huiusce vitae cursum praestatur, aeternae vitae praestatio est; ut enim expeditius nobis iter in caelestem patriam fiet; ut minus a demonibus idē impediatur, sacramenti huius virtute efficitur; Quare fiet, inquit enim Catech. eod., ut ipsa mortis expectatione minus se perturbari sentiant; sed in mortales Deo gratias agant, qui, ut baptismi sacramento aditum nobis ad veram vitam praefecerit; ita etiam, ut ex hac mortali vita decedentes expeditiorem ad caelum viam haberemus, Extremae vnctionis sacramentum instituit. Hæc ibi Catech.; quod igitur sacramenti huius virtute expeditiorem viam ad aeternam vitam habemus, ea ratione aeternam vitam ab eo nobis praestari cōcludimus, atque affirmamus: atque de effectibus communibus hætenus dictum sit; ad proprios, & primò ad remotos transeamus.

De effectibus proprijs, ac per se, sed remotis Extremae vnctionis sacramenti Cap. IX.



- I.** **I**FFECTVVM igitur Extremae vnctionis, qui proprijs, ac per se, sed remoti sunt. Primus spiritualis sanitas est; Sed tamen hoc loco fides magno opere excitanda erit, inquit enim Catech. cap. de fructibus, ut cūque enim, quod ad corporis valetudinem attinet, Dei consilio, & voluntate ceciderit, certa spe niti fideles debent, se huius sacri olei virtute spirituales sanitatem consecuturos esse. Hæc ibi Catech., idem Thom. dist. 23. q. 6. art. 1., & Scot. dist. ead. q. 1. art. 2. concl. 3., & Thom. ab Arg. dist. ead. q. 1. art. 3. concl. prima, & concl. 3., & Ioan. Nid. eod. cap. 6. sentiunt; & Eug. IV. in Concilio Floren. in vers. Quintum docuit, de communique sententia Bacch. dist. 24. q. 1. art. 4. testatur; ac merito, nāque illius virtute metus, quadā, quasi disidētia, imbecillitas, animi deniq; abiectio, vti paulò post videbimus tollitur; huiusmodi autē passiones infirmitates animi esse quis ignorat? quare, quò & per ea, quæ extrinsecus geruntur, quid intinsecus fiat, significetur; quòque per exteriorē curationem interior curatio intelligatur, & oleum medicinis aptum adhibetur, eoque infirmum corpus animæ infirmitatis indicium, ut id Scot. eod. docuit, vngitur; sanitas igitur aīæ sacramēti huius effectus proprius est. **II.** Magna spes, ac fiducia diuinæ erga nos misericordiæ; Res etenim hac gratia est spiritus sancti, inquit enim Trid. Synod. sess. ead. cap. 2., cuius vnctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit; & aegroti animam alleviat; & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando. Hæc ibi sancta Synod., idem, vbi de doctrina huius sacramenti agit, in fine ait, atq; Catech. eod. cap. de fructibus in vers. Quamobrem, sicuti quoque Petr. Sor. eod. lect. 1. de effectibus, docuit; quod cum ita sit, & diuini iudicij, & mortis, eiusdemque incommodorum, ac demonū timor abstergitur, pertenuis que illa spes, de qua, sicuti etiam de timore, paulò post agemus, augetur. **III.** Animi ipsius aegroti contra sibi aduersantia confirmatio; Et aegroti animum confirmat, inquit enim Trid. Syn. eod. c. 2., idem Petr. Sor. eod. docuit; Quamobrem, vti Catech. eod. inquit, fidelibus arma, & vires hoc sacramento subministrantur, quibus aduersarij vim, & impetū frangere, & illi fortiter repugnare possint; alleviatur enim, & erigitur diuinæ bonitatis spe, eaque confirmatus morbi incōmoda fert lenius, ac ipsius demonis calcaneo insidians artificium, & caliditate facilius eludit. Hæc ibi Catech.; confirmatione igitur hac imbecillitas illa, de qua etiā mox pertractabimus, tollit. **IV.** Animi ipsius aegroti alleviatio; qui, ut videbimus, cōscientiæ aculeis, mortis metu, rerū sibi carissimarū desiderio,

ne di-


ne diuinum auxilium sibi desit, dubitatione, morbi acerbitate, demonum deniq; insultu oppressus tenebatur; sic enim Iacob illo verbo Alleviabit eum dominus inquit; sic Trid. Syn. eod. cap. 2., vt Cat., ac Petr. Sor. eod. lect. 1. prateream, docuit; hac igitur re abiectio animi, de qua proximè agendum est, leuatur. **V.** Animus aegroti deniq; eo metu liberatus, spe summa repletus, confirmatus, simulq; leuatus, abiectio illa animi deposita, pio, sanctoq; gaudio expletur; Vt igitur hac solitudine fidelium mentes liberent, inquit enim Cat. ibidem, animusq; pio, & sancto gaudio, repleatur, extremae vnctionis sacramentum efficit. Hæc ibi Cat., id quod Petr. Sor. eod. lect. 1., & Ioan. Nid. eod. cap. 6. in litera A vers. Quartus sentit; quare infirmus morbi incommoda, ac labores lenius fert, & tentationibus demonis calcaneo insidians facilius resistit; hilariq; animo domini aduentū expectat; depositūq; suum, quando cunq; illud ab eo Deus petierit, libenter redere paratus est, atque ita Trid. Syn. eod. docuit; hæc de effectibus proprijs, ac per se extremae vnctionis, sed remotis, ad proximos transeamus.

De effectu proprio, per se, ac proximo, extremae vnctionis Cap. X.



**P**ER se deniq; sed proximus extremae vnctionis fructus peccatorum, quæ commissimus, reliquiarum delictio est; sic enim Cat. eod. cap. de fructibus vers. Altera est sacra vnctionis, & Scot. dist. ead. q. 1. art. 2. concl. 4., & Ioan. Nid. eod. cap. 6. in litera A, inquit; sic Trid. Syn. sess. 14. eod. cap. 2. declaravit: hæc autem reliquiae, primū is timor est, quo tunc maxime in extremo vitæ spiritu afficimur; occurrit enim in mentē turpis, ac nocens vita, cuius memoria non possumus non vehementer commoueri; Veniet, inquit enim sapiens, in cogitationē peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex aduerso iniquitates eorum; ob oculos summum Dei ius versatur, quod non possumus non grauiter formidare; Quem .n. ante ipsius terribile tribunal patronum mihi parabo, cum & iustus nō nullam in dubitationem suæ salutis veniat, atq; vt ait ecclesia, vix sit securus? deinceps, ne Deus, quem toties offendimus, desertos nos esse patiat, non mediocriter pertimescimus; quare, cum imbecillitas quadam, quamobrem demoni non facile resistimus, praterea cōsequatur; his angustijs deprehensū, postremò fit, vt abiecto animo simus, atq; iaceamus, mori dubitemus, morbi incōmoda iniquo animo feramus, rebus nobis carissimis agrè priuemur; timor hic igitur, pertenuis diuini auxiliij spes, imbecillitas, animi abiectio, mortis timor, morbi perturbatio, rerū nostrarū amissionis dolor peccati reliquiae sunt; nam hæc esse diuus Iacob. de hoc sacramento agens significauit, hæc apertius, dilucidiusq; Trid. Syn. esse reliquias nobis aperuit; atq; vt prateream tria, postremò qua attulimus, in reliquiarumq; numero collocauimus, quæ verbo illo Alleviabit, ab apostolo prolata significantur, & à Trid. Syn. eod. cap. 2. ibi Nihil ad mortis tranquillitatem, &c., & à Cate. ibi Morbi incommoda omnia fert, aperte declarantur, ac per se quodammodo conspiciuntur; quatuor reliqua optimè, & ab apostolo, & à Trid. Syn. probantur; ecce n. primò Infirmatur quis in vobis? inquit diuus Iacob., inducat presbyteros ecclesie, & orent super eum, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum dominus. Hæc ibi apostolus; sicut itaq; verbum illud Saluabit ad corpus spectat, ita verbum illud Alleviabit ad animam pertinet; si igitur vi sacramenti aegroti animus alleviatur, ergo dolore oppressus iacebat, si iacebat, imbecillitate id fiebat; imbecillitas autē in primis à tenui illa spe, quā ob Dei offensæ timorē conceperat, sine dubitatione enascit; nihil est .n., quod magis pertimescamus, quā Deum, qui cum corpus occiderit, animam quoq; aeternis cruciatibus adicere potest; postremas igitur reliquias; quæ ex ipsius reliquiae tacitò intelligerent, apostolus cōmemorauit; ecce deniq; Trid. Syn. e. c. 2., q̄ apertius hæc nos docuit, atq; explanauit; cū .n. proximè sacramento huius virtute peccata expiari, reliquiasque abstergi asseruisset; quænam reliquiae illæ essent, declaras hæc adiecit; Et aegroti aīæ alleviat, En abiectio illa animi eo verbo Alleviabit significata; Et cōfirmat, En imbecillitas [cōfirmare .n. nō fortes, sed imbecilles oportet] illo

B b verbo



verbo Confirmat, notata; Magnam in eo diuinæ misericordiae fiduciam excitando, En denique pertenuis illa spes declarata, timorque ille magna spei adiectione significatus; neque enim augeri spem oportuisset, si magna extitisset; hæc igitur peccatorum reliquie de Trid. Syn. sententia sunt; hæc, quæ tantopere Christi fideles in extremo vite spiritu excruciant, undeque Dæmones in nos insultandi occasionem, ansamque capiunt; hæc, quæ mirifica, ac diuina sacramenti huius virtute delentur: ac de effectibus proprijs, ac per se extremæ vnctionis hætenus; ad eos, qui per accidens sunt, transeamus.

De effectu sacramenti extremæ vnctionis proprio, sed per accidens  
Cap. XI.



**F**FFECTVS denique sacramenti extremæ vnctionis per accidens ualitudinis ipsius corporis recuperatio est; Et oratio fidei saluabit infirmum, inquit enim diuus Iacob, idem Trid. Syn. eod. cap. 2. docuit, & Thom. dist. 23. quæst. 2. art. 2., & Scot. dist. ead. quæst. 2. art. 2. conclus. 5., & Car. eod. cap. de fructibus concludunt; etenim & corporis uires, ac medicina, si adhibeatur, uirtutem, uti Scot. dist. ead. quæst. 1. art. 1. concl. 2., & Francif. à Viçt. num. 215. aiunt, adiuuat; uerum, quod & non semper id contingit [ uel quod corporis sanitas animæ salutis non conducit; unde hæc ratione, ut id, quod animæ gratia institutum est, ei ne obfit, sicuri Trid. Syn. Thom., & Car. ibidem inquit, sapientissimus Deus effectum hunc non semper elargitur; uel quod ij, qui sacro hoc oleo perfunguntur; uel à quibus administratur fides infirmior est; uel quod Christiana religio, ex quo altius, Catechif. teste, tanquam radices egit in animis hominum, minus iam huiusmodi miraculorum adminiculis indiget ] & quod uiribus corporis corroboratis, medicinaque uirtute aucta, & non statim, sed paulatim effectum hunc præstat; ideo iure inter effectus, qui per accidens sunt, effectum huic collocauimus: atque de effectibus extremæ vnctionis hætenus, ad eiusdem materiam transeamus.

De materia sacramenti extremæ vnctionis, quæ ad genus spectat,  
Cap. XII.

**M**ATERIA igitur sacramenti extremæ vnctionis, quæ ad genus spectat, uti Thom. dist. ead. q. 1. art. 1., & Scot. dist. ead., & Thom. ab Arg. dist. e. q. 1. art. 1. inquit, & in c. unic. de sac. unct. uerf. De prima, habetur, & Trid. Syn. sess. 14. in principio docuit, sacramentum nouæ legis est; Instituta est autem, inquit enim sancta Syn., sacra hæc unctio infirmorum tanquam uerè, & propriè sacramentum noui testamenti à Christo domino nostro. Hæc ibi sancta Syn., atq; meritò nanque & peccatorum reliquie, & peccata etiam non nunquam, quod sacramenti nouæ legis propriū est, delentur; quare contrariū asserentes eadē Syn. eod. can. 1. anathemate damnauit; Si quis, ait. n., dixerit extremæ vnctionis non esse uerè, propriè sacramentū à Christo dño nostro institutum, & à beato Iacobo Apost. promulgatū, sed ritum tantū acceptum à patribus, aut figmentū humanū, anathema sit. I. Iterabile; uti Car. e. c. A quo sacramentū hoc institutū sit, & diuin. rer. scrip. Mag. d. 23., & Thom. d. e. q. 2. art. 3., & Bon. d. e. art. 2. q. 4., & Petr. Sot. e. lect. 2., uniuersiq; concludunt; etenim, quod sanitas animæ, iteq; corporis sacramenti huius effectus, dū uitā hanc uiuimus, perdi sepe potest; ob eā rē, ut per ipsum eā recuperemus, idē quasi medicina, sapius de eorūdem, quos proximè citauimus, sententia adhibeatur, necesse est. I. In eadem etiam infirmitate, nā, quod articulus mortis, quo sacramentū hoc administrat, tēpus illud est, quo q̄s hoīum opinione moriturus existimat; uti Bon. d. e. q. 4. art. 2., & Thom. d. e. q. 8. art. 2., & Thom. ab Arg. d. e. q. 1. art. 4. concludunt;

I.  
I.

concludunt; quodque casus idem in eadem infirmitate frequentius contingit; ergo recentibus peccatis modo reliquie recreare sint, morbi que status mutatio facta, uti & Petr. Sot. ead. lect. secunda, & Bacch. dist. 24. q. prima art. 6. inquit, conferri crebrò poterit; neque enim, si nullum peccatum præterea commissum, morbi que status mutatio nulla facta sit, quod eadem materia omnino est, sacramentum hoc iterari tunc aut debet, aut potest; quare ipsum ratione hæc definiemus. Extrema vnctio est sacramentum nouæ legis iterabile, quo reliquie peccatorum delentur; hæc de materia huiusmodi hætenus; ad materiam itidem communem, sed circa quam transeamus.

De materia communi circa quam Extrema vnctionis; & de ijs, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum eadem materia communia sunt,  
Cap. XIII.



**M**ATERIA itidem communis, sed circa quam Extremæ vnctionis, uti generatim iam probauimus, Homo est; inesse autem eidem necessariò, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum eadem materia communia sunt, hæc debent. Primum ut uitam hanc uiuat; quare, si corporis parte quapiam sacro hoc oleo uncta, ægrotus è uita migrauerit, reliquas omitteremus; si uerò, mortuus sit nec ne, uereamur, normam à capite secundo de baptismo depromptam, usurpantes ratione hæc Si mortuus non es, Per istam sanctam vnctionem & sacramentum ei administrabimus; sic enim Nauar. in manual. cap. 22. nu. 13., & Syluel. eod. num. quinto, & Tab. eod. num. 7. inquit, sic nos id generatim pertractauimus. II. Præsens adsit; nam, cum sacro oleo corporis partes ungi debeant, ut præsens adsit, omnino oportet. III. Sacramentum suscipere queat. IV. Illud idem suscipere uelit. I. Re uera. 2. Re ipsa. V. Ipsemet suscipiat; de quibus, quoniam pluribus generatim egimus; ideo, illis omisis, ad ea, quæ necessariò eidem materia inesse debent, magis tamen propria ipsius sunt, transeamus.

I.  
II.  
III.  
IV.  
V.  
I. 2.

De ijs, quæ eidem materia necessariò quoque inesse debent, propria tamen ipsius sunt;  
Cap. XIV.



**N**ESSE quoque eidem materia necessariò hæc, quæ propria magis ipsius sunt; hæc debent. Primum ut baptismum susceperit; nam, quod baptismi susceptione ad reliqua sacramenta suscipienda quis habilis red dicitur, uti suo loco tradidimus; si uerò, qui baptismum non suscepit, ad Extremam vnctionem suscipiendam habilis non est; aut existimatur; sicut igitur, qui in extremo uita spiritu baptismi initiatus est; quod peccatorum, si quæ prius commiserat, reliquie sunt, huic, uti Sylu. eod. num. 5. uerf. Tertium cum alijs ab eo ibidem citatis, & Francif. à Viçt. in sum. num. 222. inquit, sacramentum hoc administrabimus; ita illi, qui animo, non re ipsa tamen baptismum suscepit, nullo modo ipsum conferemus. II. Mortiferè, leuiter uerò, quò peccatorum reliquie sunt, peccauerit; nam, cum sacramenti huius formis peccatorum ueniam sacerdos à Deo præcetur; Per istam sanctam vnctionem, & suam pijsimam misericordiam parcat tibi Dominus, quicquid oculorum uicio deliquisti, exempli gratia, primò enim dicitur; planè, si nullum peccatum commissum sit, forma falsò enuntiabitur; atque ita Thom. dist. 23. quæst. 6. art. fin., & Scot. dist. ead. quæst. 2. conclus. quarta, & Bonau. dist. ead. art. 2. q. secunda, & Scot. dist. ead. conclus. secunda, & Bacch. dist. 24., & Petr. Sot. eod. lect. 2. concludunt; quare, neque pueris, neque ijs, qui perpetuò amètes fuerunt, quò peccare hi non potuerit; neq; ijs, qui iusti, omninoque innocentes sunt, quò illis nihil prodesset,

I.  
II.

de eorundem, quos citauimus, sententia extremam hanc vñtionem adhibebimus?  
 III. Vti Scot. dist. ead. conclus. 2., & Thom. dist. ead. quaest. 2. art. primo, & Sot. dist. ead. quaest. prima art. 2. conclus. 3., & Bacch. dist. 24. quaest. prima art. 5. in fin. asserunt; contritus itidem fiet; neque enim sacramentum hoc ad gratiam recuperandam, sed ad eam, quae adest, nouo gratiae genere augenda de eorundem auctoritate conferretur. IV. Mortifera peccata, quibus confictus tenebatur, confessus quoque fiet; sic enim Petrus Sot., itemque Scot. eisdem in locis concludunt; namque eo tempore, cum scilicet mors impendet, confessionis praecipio, sicuti antea asseruimus, obligamur; Quare, Cat. eod. cap. de praeparatione inquit, haec in Dei ecclesia sancta consuetudo irrepsit, ut sacramentum hoc suscepturi confessione peccatorum peracta, eucharistiae sacramento suscepto, tunc vtgente morbo vñtionem hanc vngantur; si tamen ratione quapiam id aegrotus non possit; contritionis inditia dummodo aliqua extent, sicuti & alias in eucharistia probauimus, sacramentum hoc ipsi administrabimus. V. Censura ecclesiastica irretitus, aliaue poena a sacramenti huius susceptione prohibitus ne fiet; verum, quod ea, quae in commentario de poenitentia eadem in parte egimus, huic quoque pertinent, ideo illinc ipsa huc transferemus. VI. Eius finis gratia, cuius sacramentum conferretur, illud idem in primis suscipiat; cum enim contritum sacramentum hoc suscepturum esse oporteat merito, vt propositum huiusmodi habeat, necesse est. VII. Aeger sit; Infirmatur quis in vobis? inquit senim diuus Iacob. hac de re agens; aegrotus ergo sacramentum hoc suscepturus, vt sit, necesse est, sicuti quoque Thom. dist. ead. quaest. 6. art. primo, & Scot. dist. ead. conclus. 2., & Tart. dist. ead., & Thom. ab Arg. dist. ead. quaest. prima art. 3., & Petr. Sot. eod. lect. 2. de suscipientibus conclus. prima, & Bacch. dist. 24. quaest. prima art. 5., & Cat. eod. cap. de suscipientibus, nouissimeque Trid. Syn. eod. cap. primo, & 3. concludunt; etenim ob eam rem institutum est, non modò vt animae, verum etiam vt corpori medicina afferat; medicina verò ei, qui valet, non adhibetur; simul igitur & animo, & corpore egrum esse sacramentum hoc suscepturum oportet; sanis namque, praeterquam quòd non ita uexantur, vti Thom. ab Arg. dist. ead. art. 3. conclus. prima ait, alia remedia proposita, atque parata sunt. I. Quocumque morbo; Infirmatur quis in vobis? diuus enim Iacob. inquit; quibus verbis simpliciter prolatis non magis hanc, quam illam corporis infirmitatem designari manifestum est; quare, vel senio confectus quis moriatur; quòd defectus naturae morbis quidam est; vel vulneribus acceptis e vita, statim, paulò post decedat; quòd, Gal. teste, vulnus ob continui dissolutionem morbi causa est; his, vti Ioan. Nid. eod. cap. 6. in litera B; & Fab. Indar. in suo scrut. vers. Quibus debet conferri, & Iof. Angl. eod. art. 4. conclus. prima inquit, sacramentum hoc conferemus. VIII. Tunc non vñtionem hanc vñctis; si enim quis statim, sacramento hoc suscepto, illud de integro tunc sibi administrari vellet; administrandum ei non est; quasi primò administratum non sufficeret, iniuria quadam sacramentum afficeretur; sicut igitur, quem absolui, iterum eandem statim, nulla peccatorum praeter confessionem facta, absoluerè non possum; ita, qui paulò ante sacramentum hoc suscepit, nulla morbi status mutatione facta, nullaque peccatorum culpa recenti intercedente, huic sacramentum hanc vñtionem adhibere, sacramentumque administrare non debeat: haec de ijs, quae eidem materiae necessario inesse debent, haecenus; ad ea, quae eidem inesse, quamuis non necessario, debent, & prius ad ea quae sibi cum reliquorum sacramentorum eadem materia communia sunt, transeamus.


De ijs

De ijs, quae eidem materiae inesse, quamuis non necessario, debent; communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum eadem materia sunt, Cap. XV.



NE SSE autem eidem materiae circa quam extremae vñtionis sacramenti, quamuis non necessario; quae sibi cum reliquorum sacramentorum materia eadem communia sunt, haec habentur. Primum vt rationis vñtum habeat; Infirmatur quis in vobis? inquit enim diuus Iacob., inducat praesbyteros ecclesiae, id est vocet ad se praesbyteros ecclesiae; qui igitur rationis vñtum caret, id efficere non poterit; etenim, vti Bon. dist. ead. art. 2. quaest. 2., & Thom. dist. ead. quaest. 6. art. 6., & Sot. dist. ead. quaest. 2. art. 2. conclus. 3., & Petr. Sot. eod. lect. 1. de suscipiente, & Ioan. Nid. eod. cap. 6. in litera B, inquit, nouissimeque Cat. eod. cap. Quibus conferendum docet, vberiore sacramenti gratiam aegrotus consequitur; si, cum in eo adhuc integra mens, & ratio viget, fidemque, & religiosam animi voluntatem asserre potest, sacro hoc oleo vngatur; si tamen rationis vñtum non natura, sed morbi grauitate, casuue aliquo careat; antea verò sacramentum hoc expresse, tacitoque petierit; vt pote vel quia his moribus praeditus erat, qui, si tunc sibi mortis periculum impendere exiffimasset, sacramentum hoc petisset; vel quia peccata confessus fuerat, eucharistiamque sumpserat; vel non parua, antequam in furorem incidere, contritionis signa dederat, vti Tart. dist. 23. conclus. 2., & Scot. dist. ead. conclus. 2., & Sot. dist. ead. quaest. 2. art. 2. conclus. 3., & Petr. Sot. eod. lect. 2. de suscipiente, & Ioan. Nid. eod. cap. in litera B, & Cat. eod. cap. concludunt; huic sacramentum administrabimus; etsi enim non eam, quam mentis compos, gratiam suscipiet; illam, quam sacramentum per se confert, vti Syl. eod. num. 5., & Nauar. in Man. cap. 22. num. 13. sentiunt, & Tab. de communi sententia testatur, consequetur: ac de ijs, quae inesse huic materiae, quamuis non necessario, debent, sibi que cum reliquis communia sunt, haecenus; ad ea, quae ipsius propria magis sunt, quamuis non necessario, descendamus.

De ijs, quae eidem materiae communi circa quam extrema vñtionem inesse, quamuis non necessario, debent; propria tamen magis ipsius sunt, Cap. XVI.



NE SSE denique eidem materiae; quae propria ipsius magis sunt, quamuis non necessario; haec debent. Primum vti Thom. dist. ead. quaest. 6. art. 2., & Scot. dist. ead. conclus. 2., & Sot. dist. ead. quaest. 2. art. 2. conclus. 2., & Bon. dist. ead. art. 2. quaest. 2., & Thom. ab Arg. dist. ead. art. 4. con cl. 2. asserunt, de communique sententia Nauar. in Manual. cap. 22. num. 13. testatur, nouissimeque, praeter Eng. 4. in concilio Flor. in vers. Quintum, & praeter Cat. eod. cap. Quibus conferendum, Trid. Syn. eod. cap. 3. declarauit, ut in articulo mortis, id est in eo vitae discrimine sit; vt hominum opinione moriturus existimeretur; Declaratur etiam, inquit enim ibi sancta Syn.; esse hanc vñtionem infirmis adhibendam, illis verò praesertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitae constituti videantur; vnde & sacramentum exeun- rium nuncupatur. Haec ibi sancta Synodus; remedium namque, quo pia Mater Ecclesia, in vltimo vitae spiritu nobis suis filiis subuenit, est; praeterea, cum sacramenti huius effectus re- ligarū deletio sit; eoque potissimū tempore illis vexemur, merito tunc et sacramentum adhibet, postre-

postremo sacramenti eiusdem vi, & corporis valetudo, si anima illa expediat, recuperatur; non igitur leuiori morbo, cui humana remedia sufficiunt, adhibebitur; nam, si, cum morbo maxime quis excrucietur; cumque remedia humana experti fuimus, administretur, tuncque corporis valetudo sequatur, maior honor illi habebitur, maiori que pietate posthac suscipietur; & quamuis Iacob. huius rei mentionem expressè minus fecerit; illud tamen innuit, cum infirmos ad diuinum, & supernaturale subsidium misit; atqui quod non miraculi modo, sed supernaturali ratione operatur; infirmi enim vires, medicinaque virtutem adiunat; id eo in sacramenti huius administratione Sot. dist. ead. quest. 2. art. 2. concl. 3., & Bonau. dist. ead. q. secunda, & Catech. eod. cap. quibus conferendum, quando nulla salutis spes inesse existimatur, expectandum non esse concluderunt. verum sicut, si ei, qui hoc in articulo constitutus non est, conferatur, effectum suum sacra hac vnctio praestabit; nam, quod mortis articulus is dicitur, quando quis hominum opinione moriturus existimatur, eundemque morbi casum peritos partim articulum mortis esse affirmare, partim negare reperimus; quare fieret, ut qui priorum opinionem sequeretur, sacramentum conferendo effectum praestaret, qui posteriorum nihil efficeret, quod ridiculum est; vnde Trid. Synod. sess. ead. capit. 3. cum vnctionem hanc infirmis adhibendam docuisset, illis praesertim, qui tam periculose decumbunt, vt in exitu vitae constituti videantur; adiunxit; quasi diceret, infirmis quidem omnibus dari potest, sed maxime ijs, qui grauius agrotant; aduerbium enim illud Praesertim, quod superlatiui rationem habet, positum, si grammaticos consulamus, sine dubio proponit; sicut igitur, inquam, ei, qui in articulo huiusmodi constitutus est, sacramentum hoc si conferatur, effectus suos praestabit; ita si ei, qui iam spiritum edit, ipsum administretur, summè proderit. II. Eucharistia susceperit; uti Sot. dist. ead. quest. 2. art. 2., & Petr. Sot. eod. lect. 2., Catechismusque; eod. cap. de prepar. inquit, inueterataque ecclesiae consuetudo id suadet; addo hunc, qui his angustijs detinetur, quod antea probauimus, eucharistia susceptionis praepro. obligari; quod tamen antecedere eucharistiam sacramentum hoc utile, & non necessarium est; ob eam rem iure hoc in loco conditionem hanc collocauimus. III. Animam in primis salutem, sicuti Catech. eod. cap. de prepar. docuit, deinde corporis valetudinem cum illa adiunctione, si ea ad aeternam gloriam profutura sit; à Deo postulet; hac de materia communi satis dicta sint; ad propriam, & primò ad necessariam traheamus.

*De materia in qua necessaria Extrema vnctionis sacramenti, ac propria*

Cap. XVII.



**M**A T E R I A igitur propria in qua, ac necessaria Extrema vnctionis sacramenti, oculi, aures, nares, os, manus, sunt; sic enim Thom. dist. ead. q. 7. art. secundo, & Sot. dist. ead. quest. 2. artic. 3. concl. prima, & Bonau. dist. ead. quest. 3. art. secundo, & Bacch. dist. 24. quest. 1. artic. 6. inquit, sic Catech. eod. cap. Quibus conferendum nouissimè docet; Non sunt autem, inquit enim, omnes corporis partes vngenda, sed ea tantum, quas veium remanent instrumenta natura homini tribuit, oculi propter visionem, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum, uel sermonem, manus propter tactum. Hac ibi Catech.; atque meritò, cum nanque his quinque sensuum instrumentis eorum praesertim, quae sensu percipiuntur, cognitio à nobis habeatur; cognita verò aut amore; aut odio [vnde mala omnia proficiscuntur] prosequamur; ob eam rem horum quinque sensuum instrumenta, uti peccatorum causa [sic etenim in corporum morbis curandis fieri solet, ac debet] sacro hoc oleo vnguntur. I. Vbi verò haec partes quacunque ratione natura, casuue desunt, eisdem magis proximè vngentur; non enim potentia, quae partibus illis, si adessent, interuient, ipsa desunt; & quamuis ijs instrumentis, quibus quis caruit, offendi ab hoc non potuisse videtur, animo tamè eisdem modis potuisse Thom. ead. quest. 7. art. 3.; & Sot. eod. art. 3. concl. secunda, & Bonau. dist. ead. q. tertia, & Petr. Sot. eod. lect. 1. concludunt. 2. Multo autem magis hac ratione, ipsa instrumenta quauis infirma,

infirma, ac profus inutelia sacro hoc oleo vngentur; ambos tamen oculos, ambas aures, ambas nares, vtraque manum vngi necesse non est; quamuis, qui contrafaceret, ut qui ab inueterata ecclesiae consuetudine discederet, culpa non vacaret; potentia enim visus, exempli gratia, quamuis plura instrumenta habeat, vna tamen est; modò igitur extrinsecus adhibitis vnctionibus, quid intrinsecus fiat, explicetur; fat erit; quare tunc ratione hac, Per istam sanctam vnctionem, & siam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus, quicquid, verbi gratia, per visum deliquisti, formam concipiemus; atqui de materia propria, ac necessaria satis egimus; de eadem, sed non necessaria postremo iam agamus.

*De materia in qua Extrema vnctionis propria, sed non necessaria*

Cap. XVIII.



**M**A T E R I A verò in qua non necessaria Extrema vnctionis, sed propria renes, atque pedes sunt; nam, posteaquam ipsorum sensuum aliquo quidpiam cognouimus, illius amore deinceps afficimur, qui amor voluptatè [cuius sedes renes sunt] appetit, postremo ad id, quod amamus, consequè dum impellimur; & quoniam pedes nobis ingressus, & ad locum mouendi principium sunt; meritò & haec partes, quarum altera ad amandum incitatur, altera ad id, quod amatur, prosequendū nos adiunat, vnguntur; atq; ita Thom. dist. ead. q. 7. art. secundo, & Scot. dist. ead. concl. secunda, & Bon. dist. ead. art. 2. q. 3., & Sot. dist. ead. q. 2. art. 2. concl. secunda, & Catech. eod. cap. Quibus conferendū inquit; verum, sicuti partes haec non necessariò vnguntur; tum quòd quinque sensuum partibus, seu instrumentis vnctis, statim sacramenti effectus praestari diuinarum rerum scriptores vniuersi concludunt; tum quòd per eas vnctiones satis morbi causa significantur; ita sacro hoc oleo non intimè eorum instrumentorum partes, non ipsamet instrumenta tangi necesse est; neque enim oculorum pupilla, at, quae cū ea coniunctiora sunt, vngi fat est; alioquin sacramenti huius particeps fieri non possèt, qui oculis careret, quod absurdum esse iam probauimus; postremo id, quod salutis quoque corporis gratia repertum est, detrimento ipsi esset; quid enim, si quis oleum in egrorum oculos infunderet? planè illis obesser; atqui de materia propria in qua haec tenus, ad materia itidem propriam, sed ex qua extrema vnctionis transeamus.

*De materia propria ex qua sacramenti Extrema vnctionis; & de ijs, quae necessariò illi inesse debent,*

Cap. XIX.



**M**A T E R I A denique Extrema vnctionis itidem propria, sed ex qua oleum est; sic enim Thom. dist. ead. quest. 3. art. primo, & Sot. dist. ead. quest. 1. art. 3. conclus. prima, & Scot. dist. eadem, & Catech. eod. cap. de materia concludunt; nam, cum corporis valetudini oleum conducatur; sacramentum verò hoc, uti medicina quaedam animam in primis, deincepsque corporis sit; quò id significetur, iure optimo sacramenti huius materia oleum institutum est; praeterea sacramenti huius virtute agroti animus lenatur, timor, de quo egimus, tollitur, spes quoque maior datur, pio, sanctoque gaudio expletur, ad luctam denique armatus; at, sicut primum, quòd oleum supernaturat; alterum verò, quòd dolores mitigat, viresque recreat, significantur; ita tertium sua lenitate; quartum claritate, postremum, quòd oleo, qui ad luctam defensuri essent, olim ungebantur, ut in commentario de confirmatione docuimus, declarantur; meritò sacramenti huius materia à Christo domino oleum definitum est; necessariò autè huic materiae haec inesse debent. Primum ut ex oliuis sit; ita enim Thom. dist. ead. q. 3. art. primo, & Sot. dist. ead. q. 1. art. 3. concl. prima, & Thom. ab Arg. dist. ead. q. 1. art. secundo concl. secunda, & Bacch. dist. 24. q. 1. artic. 2., & Catech.

- & Catech. eod. cap. de materia, diuinarumq; rerum scriptores vniuersi sentiunt; etenim; præterquam quod olei proprietates, quas recensimus, huic oleo in primis conueniunt; Iacobus olei mentionem faciens id significauit; nam, cum simpliciter mētio olei ab ipso facta sit, de proprio, ac præcipuo, cuiusmodi est id, quod ex oliuis exprimitur, eū sensisse, vti de baptisimi quoque aqua probauimus, existimatur; oleum igitur oliuæ, vti communiter id receptum esse Sylu. eod. testatur, sacramenti huius materia erit. II. Ab ipsis oliuis expressum; sicut enim vinum, quod vuis continetur, Eucharistiæ sacramenti materia non est; quod eo tanquam potione uti non possumus; ita oleum ipsis oliuis conclusum, quod eo uti ad functionem hanc peragendam non possumus, Extremæ vñtionis materia esse non potest. III. Nulla re admistum, quam ob rem olei species tollatur, tertivè species efficiatur; sicuti de Eucharistiæ materia quoque asseruimus. IV. Consecratum; sic enim citati autores inquit, sic Eug. IV. in Concil. Flor. docuit, ac Trid. Syn. eod. cap. i. cōprobauit; etenim Christus dominus vsu materiā hanc non consecrauit; quare merito, uti Scot. dist. ead. concl. secunda inquit, consecrari eam oportuit. I. Ab Episcopo, ut citati quoque autores concludunt; de communiq; sententia, id quoque necessariò requiri Sylu. eod. testatur; nam, cum effectus sacramenti non à propria ministri virtute, sed sacramenti, quod administrat, proficiscatur; illa verò virtus à Christo primùm ordine quodam in aliòs emanet; ob eam rem, quò inferiores ministros à superioribus pendere dignosceretur, ab Episcopo oleum hoc consecrari, de eorundem, quos citauimus, sententia Christus dominus voluit: hæc de ijs, quæ huic materiæ necessariò inesse debet, hæctenus; ad ea, quæ eidem inesse debent, sed non necessariò, transeamus.

*De ijs, quæ eidem materiæ inesse, quamuis non necessariò, debent,*  
Cap. XX.

- N**ESSE tandem eidem materiæ, quamuis non necessariò, hæc debent.
- I. Primùm ut nulla res, etiam si ipsius vis non tollatur, cum eo oleo misceatur; nam, cum ecclesia diuinorum mandatorum interpres, ac magistra id minus faciat; cur nos eius ministri, id facere conabimur? ne minister igitur peccet, nihil cum hoc oleo commiscebit; si tamen paululum olei non benedicti eiusdē nature ad id addat, quod fieri quādoque oportet, modò plus eo, quo cum miscetur, nō sit, nihil offendemus; fiet enim, uti Bonau. dist. 12. quæst. 2. artic. 2. par. prima, & ipsum benedictum. II. Singulis annis recens ab Episcopo sumatur; vetus autem, quod superest, igne concremetur, argumento cap. si quis de alio chrismate de consecr. dist. 4. : ac de materia hæctenus; ad formā, & primò ad necessariam transeamus.

*De forma Extremæ vñtionis necessaria; & de ijs, quæ necessariò eidem inesse debent, sibiq; cum cæterorum sacramentorum formis communia sunt,*  
Cap. XXI.

**F**ORMA igitur Extremæ vñtionis necessaria solēnis illa præcatio, quam sacerdos ad singulas vñtiones adhibet, est; cum .i. exempli causa, inquit; Per istam sanctam vñtionem, & suam piissimam misericordiam parcat tibi Dominus, quicquid oculorum vitio deliquisti; quare, ut Iacob. illis verbis Et orent super eum, Et oratio fidei saluabit infirmum significauit; & Thom. dist. ead. quæst. 4. artic. secundo, & Sot. dist. ead. quæst. prima art. quarto, & Bonau. dist. ead. art. i. q. quarta, & Scot. ead. conclus. secunda, vniuersiq; sentiunt, Tridentinaq; Synod. sess. ead. cap. i. declarauit; præcationis modo proferendā formam

formam esse constat; id quod & iure factum est; nam, cum huiusmodi sacramentum propterea adhibeatur, ut præter spiritualem gratiam, quam tribuit, sanitatem etiā egrotis restituat; merito, quia non semper sequitur, ut agridi à morbis conualescant; ob eā causam, ut Dei benignitate id precibus impetremus, quod sacramenti vis constanti, & perpetuò ordine efficere non solet, præcatione forma conficitur; accedit; quia sacramētum hoc suscepturo; propriè vires defecerunt; quare precibus adiuuari ipsos oportet; postremò, cum ijs administratur, de quorum salute dubitatur; atque idcirco hæc, qui è nostra potestate exire iam incipiunt, ideo non ab re Deo, in cuius potestate tantum sunt, precibus commendantur; his igitur rationibus, uti Thom. ead. q. 4. art. secundo, & Catech. eod. cap. de forma, ac reliqui, quos proximè citauimus, sentiunt, hanc præcandi formam in huius sacramenti administratione iure vsurpamus; necessariò autem eidem, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt, inesse hæc debent. Primùm ut exprimat. II. Verbis. III. A causā efficiēte humana, quæ minister dicitur. IV. In tempore instanti, sed subiunctiui modi. V. Sine eorum verborum, quæ ipsius formæ uim tollunt, adiectione. VI. Sine eorum verborum, quæ eiusdem formæ naturam deprauant, detractio. VII. Sine eorum verborum, ex quibus forma constat, huiusmodi, unde forma tollatur, corruptione. VIII. Sine verborum quoque huiusmodi traniectione. IX. Sine interpositione ea, qua consequentia formæ uerba eiusdem antecedentium partes esse definant. X. Sine ea verborum formæ mutatione, qua itidem ipsa forma tollatur. XI. Sine earum sex mutationum, quas proximè recensimus, etiam si formæ natura, atque vis permaneat, sed hoc tamen animò fiat, ut noua introducat, ulla mutatione; de quibus quoniam generatim pertractauimus; ideo ad ea, quæ eidem formæ necessariò itidem inesse debent, sed propria ipsius sunt, veniamus.

*De ijs, quæ eidem formæ necessariò itidem inesse debent, sed propria ipsius sunt,*  
Cap. XXII.

**N**ESSE itidem eidem formæ necessariò, quæ propria ipsius sunt, hæc debent. Primùm per istam vñtionem; necessaria enim materia, ex qua sacramentum hoc conficitur, his verbis significatur. II. Per misericordiam; id quod fit, quò nos, quod cupimus non à nostris meritis, sed à Dei misericordia nos id expectare præcantium more ostendamus. III. Parcat; quo quidem verbo, quid à Deo precemur, quid quæ sacramētum hoc efficiat, quoniam significatur; ideo necessarium esse ipsum quoque concludimus. IV. Tibi; quod sanè pronomen; quoniam, cui sacramentum administratur, præscribitur, ob eam rem opera danda est, ne prætermittatur. V. Dominus; qui, ut is, qui sacramēti huius fructuum princeps causa est, & ut is, à quo, quæ precamur, nos adepturos esse speramus, omitti quoque non potest. VI. Quicquid; quo quidem verbo effectum per se, ac primum reliquias .i. peccati ostendit; quicquid enim peccatorum reliquiarum factum est, hoc illud Quicquid est. VII. Deliquisti; quo verbo, quod nos peccasse fateamur, medicina simul egerè declaramus. VIII. Oculorum exempli gratia vitio; plures enim corporis partes sacro hoc oleo cum vngatur; ideo, quæ nam fiet, ipsius formæ uerbis necessariò exprimi debet; quæ autem ad singulas corporis partes vngendas forma accomodetur, quæ in promptu id cuique est; ideo eas huc nō inferimus, sed vnum hoc addimus, quoniam postrema vñtione ipsarū quinq; absoluta effectus sacramenti confertur, qui in initio contritus non erat, si ante vltimam, uti oportet, paratus fuerit, effectum sacramenti suscepturum esse Ioseph. eod. in fine asseruit. hæc de ijs, quæ eidem formæ necessariò inesse debent, hæctenus; ad ea, quæ eidem inesse debent, sed nō necessariò; & primùm ad illa, quæ sibi cum reliquis communia sunt, transeamus.



*De ijs, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent; communiisque sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt,*  
 Cap. XXIII.

**E**A verò, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent; communiisque sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, haec habentur. Primum ne quid ei, etsi ipsius vis non tollitur, addatur. II. Sine verborum etiam, etiam si ex ipsis forma non constet, detractio. III. Sine ea itidem interpositione, qua verborum formae connexio non adeo tollitur, quin eiusdem formae sententia remaneat. IV. Sine huiusmodi quoque transpositione. V. Sine eiusdem formae verborum tandem mutatione. 1. Ea igitur primum forma, qua sua ecclesia vititur, adhibeatur. 2. Eadem lingua enuntietur. 3. Eiusdem linguae verbis, quibus proferri consuevit, proferatur. 4. Eisdem personis itidem exprimitur. 5. Eodem in numero & nomina, & verba, in quibus consueverunt, collocentur. 6. Eisdem etiam casibus formae nomina, quibus efferri consueverunt, efferantur. 7. Recto denique, emendatoque adhibito sermone: ac de ijs, quae cum reliquis communia sunt, satis dictum sit; ad ea, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent, propria tamen ipsius sunt, transeamus.

*De ijs, quae eidem formae inesse, quamuis non necessario, debent; propria tamen magis ipsius sunt,*  
 Cap. XXIV.

**N**ESSE denique eidem formae, quamuis non necessario, quae propria tamen ipsius sunt, haec debent. Primum nomē illud Sanctam. II. Suam. III. Pissimam; quorum quidem primum cum nomine illo Vnctionem, alterum, sicut etiam Pissimam cum nomine illo Misericordiam copulantur; quae quidem nomina, quod ab ecclesia adhiberi consueverunt, ut nos ad eius voluntatem conformemus, non praetermittentur; quia tamen illa per se tacito intelliguntur, & ipsis praetermissis, forma, sicuti per se constat, non vitiat; his de causis, ut & Thom. ab Arg. dist. ead. q. 1. art. 2. concl. 3. sentit, necessaria non sunt; haec de forma necessaria satis dicta sunt, ad non necessariam transeamus.

*De forma non necessaria Extremae vntionis sacramenti*  
 Cap. XXV.

**F**ORMA tandem, quae necessaria quidem non est, adhibere tamen nos eam decet, preces, ritus, atque ceremoniae, quibus cum antea, tum post sacramenti huius administrationem sacerdos vititur, sunt; quae, quoniam ita patent, in promptuque omnibus sunt, ut disputatione non egeant; hanc ob rem praetermittamus, atque ad accidentia, quae ab ipsis causis, & primum ad ea, quae à fine emanant, more nostro veniamus.

*De accidentibus, quae à fine sacramenti Extremae vntionis proficiuntur,*  
 Cap. XXVI.




**A**LINE igitur accidentia haec oriuntur. Primum institutionis huius sacramenti necessitas; quae, ut Christum dominum praeteream, cuius potestas necessitate non concluditur, neque, si nos spectem us, adfuit; nam, qui cum Deo in gratia sunt, salui fiunt [gratia enim Dei vita aeterna est] Extrema vnctio autem ijs, qui gratia carent, minime administratur; verum; & si necessarium nobis sacramentum hoc non est, atque idcirco, qui incuria, mortisve metu, quam tunc instare illius susceptione imperiti autumant; ipsam praetermittunt, culpa vacant; si tamen illud sibi hac ratione, quod ipsum aspernarentur, administrandum non curarent, uti Thom. dist. ead. q. 8., & Caiet. eod. in sum., & Syluest. eod. nu. 9., & Tab. eod. nu. 2. inquit, de communi que sententia Nauar. in man. cap. 22. nu. 16. testatur, ac Trid. Syn. eod. cap. 3. nouissime declarat, grauer, mortiferè que peccarent; neque enim sacramentum hoc nobis hac ratione non nolle, quod illud aspernemur, licet. II. Propositum Christi in huius sacramenti institutione; quod planè fuit, ut eomiserimo, tristissimoque tempore, vbi morbi grauitate, peccatorum conscientia; rerum nobis carissimarum ammissione, doemone, quo desperemus, insultante; mirum in modum excruciamur; subueniret; tot, tantisque miserijs leuaret; quo quid commodius, quid oportunius; quid vtilius nobis accidere, exoptariue potuit? quis enim mortem non perhorrescit? quis morbi acerbitate non commouetur? quis rerum suarum desiderio grauius non afficitur? quis doemonum insultus non perturbat? illis que perturbatur? haec igitur peccatorum reliquia, ut antea docuimus sunt; haec, quae nos sollicitant; haec, quibus praecipuo, ac singulari remedio antea non subuenerat Deus; haec, quibus sacrosancta hac vnctione succurrit; haec, quae non leuiori ductum causa sacramentum hoc Christum dominum instituisse declarat; haec denique sacramento dignitatem afferunt, ipsamque commendant; non igitur leuium peccatorum gratia, quae & communia, & praecipua remedia, vnde curètur, habent; sed eorum, quae diximus, causa institutum sacramentum hoc fuit; quare Trid. Syn. sess. ead. in Cap. de doctr. sacr. extr. vnct.; haec significare uolens inquit. Primum; itaque circa illius institutionem declarat, ac docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quo uis tempore uoluit de salutaribus remedijs aduersus omnia omnium hostium tela esse perspectum, quem admodum auxilia maxima in sacramentis alijs preparauit, quibus christiani conferuari se integros, dum uiuerent, ab omni grauiore spiritus incommodo possint; ita extreme vnctionis sacramento finem vitae tamquam firmissimo quodam praesidio muniuisset; nam, & si aduersarius noster occasiones per omnem vitam quarat, & capret, ut deuorare animas nostras quo modo possit, nullum tamen tempus est, quo uehementius ille omnes nostras uenturas uenturas intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, si posset diuinae misericordiae, quam cum impendere nobis exitum vitae perspicit. Haec ibi Trid. Syn., eadem Catech. eod. in prin., & Thom. dist. ead. q. 6. art. 2. inquit; ex quibus omnibus constat, eius; quod diximus, gratia, & non leuiorum peccatorum, si diligenter sanctae Syn. uerba quis intueatur, sacram hanc vnctionem institutam fuisse. III. Causa huius propositi, quae utilitas est; cuiusmodi autem haec, quantaque sit, cum ex ijs, quae de fructibus egimus, tum ex eo, quod, uti Sot. dist. ead. q. 1. art. 2. sol. 5. inquit; qui sacramentum hoc susceperunt, facilius ea incommoda, quae recensuimus, eo, qui illud non suscepit, tolerabunt; ac de accidentibus huius haec tenus, ad ea tandem, quae à forma emanant, transeamus.

De accidentibus, quae à forma Extrema vnctionis proficiuntur,  
Cap. XXVII.



**Q**VONIAM denique à materia diuisio exoritur, sacramentum autem hoc vnum cum sit, diuisio hic sibi locum vèdicare non potest [& si enim vnctiones plures, formaq; plures sunt, tamen, vt Thom. dist. ead. q. 1. art. 2., & Bonau. dist. ead. art. 2. q. 3., & Scot. dist. ead. q. 1. art. 1., & Thom. ab Arg. dist. ead. q. 1. art. 1. conclus. 2., & Scot., ac Tart. eod. inquit, perfectione, & vnus rei, quam in primis efficit, scilicet sanitatem animae, atq; integritate vnum est; sicuti domus, quae, quamuis ex diuersis constet, parietibus, & tecto, vna tamen est] quoniam igitur, inquam, diuisio locum non habet, ideo, accidente hoc omissio, ad ea, quae à forma proficiuntur, veniamus. Primùm igitur institutionis tempus est, quando scilicet institutum sacramentum hoc fuit; id quod ignoratur; specimen autem quoddam dedisse Christus vnus est, ut Bacch. dist. 24. q. 1. art. 1., & Thom. ab Arg. dist. 23. q. 1. art. 2. concl. 1., nouissimèq; Trid. Syn. eod. cap. 1., & Catech. eod. c. A quo institutū, sentiūt, cum discipulos suos binos, & binos ante faciē suam misit; de illis enim apud euangelistam ita scriptum est, Euntes predicabant, ut poenitentiam agerent; & demonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos aegros, & sanabant. II. Eius efficacia; quae, statim atque sacramentum institutum fuit, esse cepit; ut generatim docuimus. III. Tempus promulgationis, quam, postquam Christus à mortuis excitatus est, à diuo Iacob. illis verbis Infirmatur quis in vobis? & c. factam esse quā plurimi autumarunt. IV. Obligationis tempus, quod nullum esse iam probauimus. V. V. Ordo susceptionis, qui postremus est, vnde nomen etiam sibi vendicauit. VI. Aetas susceptionis id est, qua aetate ad sacramentum hoc suscipiendum, aptus quis sit; quae sanè statim, atque quis sapere, peccareq; cepit, est; quare, etsi septennium ipsum esse videtur, tamen hoc in parentum, siue parochi arbitrio collocabitur. VII. Locus administrationis, atque susceptionis, quem quemcunque esse satis per se constat. VIII. Modus administrationis, atque susceptionis, quem cuiusmodi esse deceat, antea docuimus. IX. Tempus susceptionis, quod planè, interdicti tempore excepto, vt in cap. quod in te de poenit. habetur, quodcunque est; cum enim tunc administraretur, vbi mors instare existimatur; id autem quouis tempore contingat, merito & inter diu, & intempesta nocte ipsum administrabitur. X. Nomen denique, quo sacramentum hoc appellatur, quod multiplex est; quod enim illis datur, qui adeo periculosè aegrotant, ut in exitu vite hominum opinione constituti esse videantur, sacramentum ex euntium nominatur; quod itidem postrema omnium vnctionum, quae ab ecclesia fiunt, est; ijsq; confertur, qui è vita discessuri, aliaq; sacramenta suscepruri non existimantur, & extrema vnctio, & christiana vitae consummatium dicitur; quod denique ijs tantum conferri debet, qui infirma valetudine laborant, & quod materia, ex qua conficitur, sacrum oleum est; ideo & sacramentum, seu oleum infirmorum, & sanctum oleum vulgò nominatur; haec Bonau. dist. ead. q. 4. art. 2., & Petr. Scot. eod. lect. 1. in principio, & Trid. Syn. sess. ead. cap. 3., & Catech. eod. in princ. inquit; atqui de extrema vnctione hactenus, ad ordinem sacramentum iam transcamus.

Tabula Ordinis sacramenti nouæ legis.



BARTHO-

104

# BARTHOLOMAEI VGOLINI


## EX MONTE SCVTVLO IVRISCONSULTI

### AC MISANI ARCHIPRESBYTERI

#### De Ordine Sacramento nouæ legis vniuerso Tabula.



*De causa efficiente, qui minister dicitur, ordinis sacramenti nouæ legis; Et de ijs, quæ necessario illi inesse debent, communiaq; sibi cum reliquorum sacramentorum eadem causa sunt, Cap. Primum,*



A est hominum generis naturæ ratio, vt, quamuis ipsos vniuersos ex eadem & animæ, & corporis, specie constantes procreet; eorundem tamen pro rerum gerendarum varietate, atque cōmodo hunc ad hæc, illū ad illa negotia aptiorē, propensiorēq; effingat; hinc nostrū partim foris rebus bellicis occupari, partim rebus publicis administrandis domi totos se dedere, partim excolendis agris detineri videas; hos, ne singulos persequar [in finitum enim prope modum id esset] ad imperandum, illos ad parendum aptos nati contemplare; quare sapientissimus Deus, vt, quem naturæ perpetuum, certumque ordinem indixit, eundem in ijs, quæ ad eius cultum, sacramentorumque administrationem spectarent, teneret, sacramentum ordinis, cui, qui initiati sunt, & commodius, & ex officio illa administrarent; reliqui verò ab ipsis ea susceperent, instituit: de quo cum agendum iam nobis hic sit, primum more nostro, atque instituto, quæ ipsius efficiens cā sit; quæ ei necessario inesse debeant, sibi que cum reliquorum sacramentorum eadem causa communia sunt, contemplemur. Efficiens igitur sacramenti ordinis causa, ac minister, vti generatim tradidimus, Homo est; necessario autem inesse ei, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum ministris communia sunt, hæc debent. Primum vt vnus sit, sicut generatim probauimus. II. Alius ab eo, cui sacramentū hoc confert. III. Vt vitam hanc viuat. IV. Rationis vñm labeat. V. Dum sacramentum confert, id se facere intelligat. VI. Sacramentum hoc cōficere sciat. VII. Illud idem administrare possit. VIII. Conficere ipsum velit. 1. Re vera. 2. Re ipsa. 3. Saltem virtute. 4. Ita vt actio humana sit. 5. Vti rem diuinitus. s. a Chro institutam. IX. Vt, sicuti Innocentius quem refert, ac sequitur Syl. eod. 2. num. 5. inquit, vna cum instrumenti, quo ordo confertur, traditione formam exprimat: hæc de ijs, quæ sibi cum reliquis sacramentis communia sunt, satis dicta sunt; ad ea, quæ magis propria ipsius sunt, inesseque necessario eidem ei debent, transeamus.

I.  
II.  
III.  
IV.  
V.  
VI.  
VII.  
VIII.  
IX.

De ijs,

De ijs, qua necessariò eidem ministro inesse debent, propria tamen magis ipsius sunt, Cap. II.

I. N E S S E quoque necessariò eidem ministro, que propria tamè magis ipsius sunt, hæc debent. Primùm vt vir fiet; nã sacerdos, vt paulò post videbimus, qui sacramentum hoc ministrat, esse debet. II. Baptifmo initiatus ob eandè quoq; rationem fiet. III. Sacerdos; vt Thom. dist. 25. vers. Ad tertium quæst. 1. & Sor. dist. ead. q. 1. art. 1. concl. 1. inquit. IV. Vt citati autores eidem in locis, & Thom. ab Arg. d. 25. q. 1. art. 1. & Tart. dist. 24. art. 3. & Ioseph. Angl. e. art. 3. de ministro cõcluf. I. sentiunt. & in cap. 3. & in cap. 7. eod. indicauit, episcopus fiet; pontificia namq; potestas ad alios inferiores ordines, sicuti politica facultas, qua bonum commune spectat, ad inferiores artes, qua singulare bonum contemplantur, se habet; sicut igitur illa, quemadmodum lib. 1. mor. Phil. docuit, inferioribus artibus leges præscribit; ita, vt citati autores ibidem inquirunt, pontificia dignitas sola ordines reliquos partitur, ac distribuit; prima tamen tonsura, minoresq; ordines ab Abbate sacerdote benedictio in proprio monasterio conferri possent. & in cap. cum contingat de ætat. & qual. in antiq., & in cap. Abbates de priuileg. in 6., & ibi Glos., & in cap. quoniam dist. 69. iure scripto cautum reperitur; eosdem à presbytero cardinali, vt Sor. dist. ead. quæst. 1. art. 1. vers. Abbatibus autem, & Tab. in verbo Abbas num. 2., & Syl. in verbo Ordo 3., & Ioseph. Angl. eod. art. 3. de ministro concl. 2. inquirunt, consuetudine, à simplici presbytero hos quoq; ordines mädante Romano Pontifice præterea nemine, sicuti Thom. dist. ead. quæst. 1. & Syl. eod. 3. num. 7., asserunt, de communiquè sententia Francisc. à Vid. in sum. num. 235. testatur, administrari posse concluditur. I. Consecratus; sicut enim consecrandi chrisimatis in consecratione facultas tantum tribuitur, vt in cap. quod sicut §. super eo de elect. iuncta Glos. in cap. transmissam eod. habetur; ita & ordines conferendi, vt ibidem habemus, potestas traditur: ac de ijs, qua necessariò huic causæ inesse debent, hæc tenus; ad ea, qua eidem inesse, quamuis non necessariò; communiq; sibi cum reliquis sunt, transeamus.

De ijs, qua causa efficienti, ac ministro inesse, quamuis non necessariò debent; communiq; sibi cum reliquorum sacramentorum ministris sunt, Cap. III.

I. N E S S E autem eidem efficienti causæ, que sibi cum reliquorũ sacramentorum ministris cõmunia sunt, quamuis non necessariò, hæc debent. Primùm mortiferi peccati culpa pollutus ne fiet. II. Ne censura ecclesiastica irretitus, pœnauè alia, quò minus ordines conferat, prohibitus sit; nõ igitur, vt in cap. fin. de ord. ab episc. qui renun. episc., & in 9. q. 1. probatur, maiori excommunicatione minorivè constructus; non à functione hac, ab eavè, qua ordinum administrationem antecedit, aut suspensione, aut interdico prohibitus eodẽ ordines administrabit; nam sic in c. clerici cum te. 3. de cler. excom. min. dicitur, Nauarusq; in Man. cap. 27. num. 170. docuit; sic vniuersa, qua attulimus, Thom. ab Arg. d. 25. q. 1. art. 2. concl. 1. cum seq. asseuerauit; non etiã qui de gradu suo defectus, degradatus vulgò dictus, vt Thom. e., & Syl. in verbo Degradatio vers. 3., & Tart. d. 25. inquirunt; etenim, si is, qui ab episcopatu sponte se abdiacuit, à sacramenti huius administratione se abstinere debet, vt in c. 1. de ord. ab episc. habet; quanto magis, qui ipsius improbitate eius ordinis administratione priuatus est, cum abstinere oportet: non verbis quoq; depositus, vt in c. 1. de cler. excom. min. probatur; non deniq; irregu-

irregularis; nam, cum irregularitas de Innoc. sententia communiter recepta, vt Nauar. eod. cap. num. 191. asserit, impedimentum à iure canonico inductum sit, directè impediens acceptiones ordinum ecclesiasticorum, aut aliquem vñum eorum, quatenus ordines sunt; meritò, quò minus ordines conferat, irregularis prohibetur: quòd tamen ordinum characteres cum mortiferi peccati culpa esse queunt; ob eã rē, etsi tam ipse, quam qui ab eo ordines suscipit, modò nominatim in hoc posteriori casu, vel ita vt celari nequeat, illis pœnis affectus sit, peccant; characteres nihilominus, vt citati autores, ac Ioseph. Angl. eod. art. 3. de ministro concl. 3. cum seq. concludunt, generatimque nos probauimus, imprimentur, atque ordines conferentur. III. Vt eius finis gratia, cuius institutus ordo est, ipsi conferat; non igitur præmio ductus ordines illos ministrabit, sic enim in cap. quando episcopus dist. 24. habetur. sic Trid. Syn. de reformat. sess. 21. nouissimè declarauit; Quoniam, inquit enim ibi, ab ecclesiastico ordine omnis auaritiæ suspicio abesse debet, nihil pro collatione quocumque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissoris, aut testimonialibus, nec pro sigillo; nec alia quacunque de causâ, etiam sponte oblatũ episcopi, & alij ordinis collatores, aut eorum ministri quouis pretextu accipiant; notari verò in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi; pro singulis literis, dimissoris, aut testimonialibus decimam tantum vnus aut rei partem accipere possint, dummodo eis nullum salariũ sit constitutũ pro officio exercendo; nec episcopi ex notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directè, vel indirectè peruenire possit; tunc enim gratis operam suam eos prestare omnino teneri decernit, non obstantibus, etc.: hæc ibi Trid. Syn.; ex quibus constat pro ordinum collatione nihil emolumentum sperandum esse. IV. Carimonia; ac ritus ab ecclesia comprobatos, qui in pontificali habentur, ad functionẽ hanc adhibeat. V. Sub iurisdictione eum, cui ordines conferri habeat, vt generatim tradidimus. I. Aut ordinaria; proprius igitur episcopus ordines suis conferet; sic enim in cap. eos, cum seq. de tempot. ord. in 6., & in cap. quod translationem eod. in antiq., & in cap. 1. cum seq. & in cap. nullũ episcopum cum tribus seq. 9. quæst. 2., & in dist. 71. habetur, nouissimèque Trid. Syn. de reformat. sess. 23. eod. cap. 8. declarauit; Vnus quisque autem, dicitur. n. ibi, à proprio episcopo ordinetur; quòd, si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiusvis generalis, aut specialis, rescripti, vel priuilegij, pretextu, & statuti temporibus permittatur; nisi eius probitas, ac mores ordinarij sui testimonio commendentur; si secus fiat ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum executione, quando proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus. Hæc ibi sancta Syn., idem in cap. 3. eod. eadem Syn. tradidit; quare vel is, è cuius diocesi, qui ordinibus initiandus est, ortus fuerit; vel is, in cuius diocesi ecclesiasticum beneficiũ, vel domicilium, habet; vt in cap. cum nullus de tempot. ord. in 6. probatur; vel is, quo cum idem triennium fuerit commoratus; sicuti eadem Syn. sess. ead. cap. 9. docuit, horum, inquam, singuli, quòd proprij episcopi habentur, ordines iure administrabunt. 2. Aut delegata ab ipsis proprijs episcopis; qui autem hi fient, cum ex ijs, qua hæc de re in commentario de poenitentia egimus, cognosci potest, tum ex ijs, qua proximè attulimus: humiliter modi autem delegatio præter ipsos ordinarios, si ipsi longè absint, ipsorũ in spiritualibus generalis vicarius; si vero è vita decesserint, necessitasque aliqua adis, canonicorum eius loci collegiũ facultatem ijs, qui ordinibus initiari volunt, ab alienis episcopis ordines, vt suscipiant, impetiri possunt, atque ita iure veteri ex parte explorato Trid. Syn. sess. 7. cap. 10. sanciuit; Non liceat, inquit enim ibi, capitulis ecclesiarum sede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiusvis priuilegij, aut consuetudinis, vigore alicui, qui benefici ecclesiastici recepti, sine recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere; si secus fiat, capitulũ cõtra ueniens ecclesiastico subiacet interdico; & sic ordinati, si in minoribus ordinibus cõstituti fuerint, nullo priuilegio clericali præsertim in criminalibus gaudeant; in maioribus uerò ab executione ordinũ ad beneplacitũ futurũ prælati sint ipso iure suspensi. Hæc ibi Trid. Syn., ex quibus etiam illud constat facultatem permissam in cap. cum nullus de tempot. ord. anni spatium coarctatam esse, seu ademptam, eo uerò elapso ius suum obtinere. VI. Ne ei, quem in mortifero peccato perseverare certò

fcit, ordinem conferat: hæc de ijs, quæ ministro inesse, quamuis non necessariò debent, communiæque sibi cum aliorum sacramentorum ministris sunt, hæc tamen; ad ea, quæ eidem inesse, sed non itidem necessariò, debent, propria tamen ipsius sunt, veniamus.

*De ijs, quæ eidem ministro inesse, quamuis non necessariò, debent; propria tamen magis ipsius sunt,*  
*Cap. IV.*

- I. **N**ESSE denique eidem causæ, quæ propria ipsius sunt, hæc quoque, quamuis non necessariò, debent. Primum ne vno die, vt in c. dilectus, & in cap. literas de tempor. ord. habetur, plures ordines vni conferat; alioquin, & si valent, tamen eorum vsu, sicut in citato cap. dilectus dicitur, ad arbitrium Romani Pontificis statim priuatur; neque iniuria etenim, si, temporum interuallis quibusdam interiectis, ordines conferantur, is, qui eos suscipit, quæ ad singulos ordines spectant, percipiet; minores tamen ordines vniterfos, si expedire ministro visum fuerit, de Trid. Syn. in sess. 23, de reformatione cap. 11. consilio, atque licentia conferre poterit.
- II. II. Gradatim ordines conferat; non igitur primò sacerdotium, deinceps diaconatum exempli gratia, sed è contrario, atque idcirco vnum quenque suo loco, vt i declarabimus, tribuet; ita enim Syl. eod. secundo numero 7. docuit, atque in titulo de cler. per sal. prom., & dist. 52. vbi quoque notat. Glos. probatur: quòd tamen necessariò id non est; ideo, si minus illud fiat, quamuis peccet, ac puniatur, vt in citatis iuribus habetur, tamen ordines de eorum iurium sanctione, doctorumque sententia conferuntur. III. Ne extra tempora ab ecclesia ad sacramentum hoc conferendum per scripta illud conferant; argumento de tempor. ordinar.; etsi enim ordinum characteres imprimuntur; sicut in capitulo consultationi, & in capitulo vel non est compos sui eodem titulo probatur, tamen & conferens puniatur, vt in capitulo cum quidam eodem dicitur; & suscipiens suscepti ordinis functiones ne exerceat, quod in capitulo literas, & in citatis iuribus asseritur, iure ipso priuatur; quare, consuetudo etiam si adsit, id tamen ne fieret, Romanus Pontifex in cap. 2. eod. cauit. IV. Ne ei, quem ordine indignum suo vitio, alteriusve nouit, ordinem administret; nam vterque mortiferè peccaret, vt Caiet. in summa in verbo Ordinandi docuit; qui autem hi sunt, posterius suo loco explicabimus: ac de ijs, quæ ad ministrum pertinent, hæc tamen; ad effectus eiusdem sacramenti, & primò ad communes, & eorundem prius ad principem, qui in hac vita percipitur, descendamus.

*De effectu communi, per se, ac primo sacramenti ordinis*  
*Cap. V.*

**E**FFECTVS igitur communis, per se, ac princeps, sacramenti ordinis vniuersi Dei honos est; in hoc enim quantum eluceat, nemo planè est, qui, si paulò diligentius id intueatur, non videat; ecce enim primum ipsius vi ab ecclesia improbis expulsis, boni in eam introducuntur; legemque Dei Christi fideles edocentur; en deinde eius virtute amissa gratia recuperatur; spiritaliterque, quæ alitur; en denique ab eodem in coelum iter aperitur; quantum vero in hoc Deum colimus, cuius dilectissimi filij passionis memoria hoc sacramento renouatur? in illo enim nunc ipsum Christum in magna patrum corona stupore confessum eum omnem replentem, veterum

veterum vatum scripta interpretantem audias; nunc præsentia sua demonas horribili cum clamore in fugam vertisse spectes admiratus; nunc templum pollutum seuerè vindicantè venerere; nunc eum se lucem ostendentem hillari animo intueare; nunc ijs, à quibus se iam proditum esse, desertumque paulò post iri non ignoret, pedum sordes purissimis abluentè manibus, atque abstergentem contemplere; nunc se cibum, potumque suis præbentem debita pietate colas; nunc denique cruci affixum profusis lachrymis, summoque capto mæore doleas, atque humani generis iniquitatem conquerare; quæ cum ita sint, qua nã re alia illustrius Deo honorem tribui, qua maiori pietate coli, quam sacro sancto hoc ordine potest? summus igitur huius sacramenti susceptione ipsi Deo honos tribuitur; ac de effectu hoc hæc tamen, ad communes itidem, ac per se, sed minus principes, qui in hac quoque vita percipiuntur, transeamus.

*De effectibus communibus, ac per se, sacramenti ordinis, qui in hac vita percipiuntur.*  
*Cap. VI.*

**E**FFECTVS quoque communes sacramenti ordinis, ac per se, qui in hac vita percipiuntur, hi sunt. Primus gratiæ tributio est; vt Cat. eod. cap. de fruct., & Ioan. Nid. eod. cap. 5. & Ant. in 3. par. tit. 14. cap. 16. §. 3., & Supl. eod. 1. n. 6., & Fab. Incar. in suo scrut. in fin., & Thom. dist. 24. quæst. 2. art. 1., & in addit. 3. par. quæst. 3. art. 1. inquit; etenim, vt à citatis autoribus ibidem asseritur, singulorum ordinum susceptione gratia condonatur. II. Fidei, spei, atque charitatis collatio. III. Donorù spiritus sancti itidem tributio: ac de effectibus per se hæc tamen; ad eos, qui communes itidem sunt, sed per accidens, veniamus.

*De effectu communi sacramenti ordinis per accidens*  
*Cap. VII.*

**E**FFECTVS autem communis per accidens sacramenti ordinis maioris, minorisve gratiæ tributio est; de qua re cum alibi à nobis disputatum sit, eam nunc prætereamus, atque ad communem, postremumque effectum, qui scilicet post huius vite cursum percipitur, transeamus.

*De effectu communi sacramenti ordinis, qui post huius vite cursum præstatatur,*  
*Cap. VIII.*

**E**FFECTVS denique sacramenti huius communis, qui post huius vite cursum præstatatur, æternæ vitæ præstatio est; nam, cum sacramenti huius susceptione in eorum numerum, qui se ad seruicium Deo in primis dedunt, quæ cooptentur; merito [si in officio perseverauerit] de salute sua cur dubitet, causam non habet; quare, & dum primæ tonitura, qua ad ordines suscipiendos habiliores efficitur, is initiatur, æternam hanc vitam quodammodo sibi iam pollicens Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi, de iussu ecclesiæ pronuntiare non veretur; & in lectoris gradu conferendo dñ Accipe, inquit episcopus, & esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter, & vtiliter impleueris officium tuum, partem cum ijs, qui verbum Dei benè ministrarunt, ab initio ab ecclesia idè ipsi promittitur; æterna vita igitur ordinum susceptione præstatatur; hæc de communibus effectibus, ad proprios, ac per se, sed remotos transeamus.

De effectu proprio, ac per se, sed remoto sacramenti ordinis

Cap. IX.



**E**FFECTVS verò proprius, ac per se sacramenti ordinis, sed remotus circa Christi corpus, ac sanguinem facultatis tributio est; cuiusque .n. ordini quis initiatur, uti Thom. dist. 24. quæst. 2., & in addit. 3. par. quæst. 35. art. 2., & Sor. dist. 24. quæst. 1. art. 3. concl. 2., & Tart. dist. ead. art. 3. concludunt; eius partes, atque munus [quamuis non in singulis ordinibus eadem ratione] ad Christi corporis, ac sanguinis, aut consecrationem, aut distributionem, ut videbimus, pertinent: atqui de effectu hoc satis egimus, de proximo iam agamus.

De effectu proprio per se, ac proximo sacramenti ordinis


Cap. X.



**E**FFECTVS deniq; proprius, per se, ac proximus ordinis sacramenti characteris in anima impressio est; sic enim Syl. eod. 2. num. 4., & Suppl. e. 3. num. 2., & Ioan. Nid. eod. cap. 5. in litera A, & Anton. in 3. par. tit. 14. cap. 16. §. 4., & Fab. Incar. in suo serut., & Thom. ab Arg. dist. ead. inquit, de communiq; sententia dist. 24. quæst. 2. art. 2. testatur; etenim, cum quo vis ordine in excelsiori quodam gradu quis collocetur, merito, quò ab alijs seiungatur, character, uti signum quoddam imprimitur; quare & minorum ordinum susceptione, de eorundem, quos citamus, sententia character hic inuritur; etsi enim munera hæc, quæ ad eos, qui in minoribus ordinibus constituuntur, pertinent; à laicis obeantur; nihil tamen prohibet, quin character, quod quidam autumant, conferatur; nam & epistolam in ecclesia publicè recitari ab ijs, qui ei ordini initiati non sunt, videmus; neque ob eam rem efficitur, quin subdiaconatus ordine character imprimi non asseramus; præter ea alij munera hæc non, ut propria, sed ut aliena usurpant; postremo dæmonas expellere, atque in fugam vertere qua ratione, qui exorcista nō sunt, munus hoc sibi arrogabunt; vniuersis igitur ordinibus, sicut gratiam dari, ita & charactera imprimi existimamus: ac de effectibus per se hæcenus; ad eos, qui per accidens, & primum qui ad personas pertinet, descendamus.

De effectibus proprijs, sed per accidens sacramenti ordinis, qui ad

personas pertinent, Cap. XI.



**E**FFECTVVM autem per accidens sacramenti ordinis, qui ad clericorum personas pertinet. Primus quidem clerici conueniri, accusari, & conuenti sententia suo etiam antistite, coram iudice seculari non possunt; ita enim in cap. vn. de cler. coniug. in 6., & in cap. 2. de for. comp. in in antiq., & Glos. in cap. significasti in verbo Clerici, quam sequitur Abb. eod. num. 25. asseruit; quare, cum delegatus non proprio, sed delegantis nomine causam cognoscat, ut in leg. prima ff. de officio eius, & in cap. sanè de officio delegati habetur; contra uerò is index, cuius iurisdicatio prorogatur, faciat; ideo laico clericorum causa delegari, ut notat Abbas in citato cap. significasti, non illius iurisdicatio prorogari poterit: hoc autem privilegio qui fruuntur Trid. Syn. sess. 23. in cap. 6. de reform. declarant; Nullus, inquit enim ibi sancta Syn., prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordi-

ordinibus constitutus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere; is etiã fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat; aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui ecclesiæ ex mādato Episcopi inseruiat; uel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, uel uniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur; in clericis uerò cōiugatis seruetur constitutio Bonif. VIII. quæ incipit Clerici, qui cum vnicis, modò hi clerici alicuius ecclesiæ seruitio, uel ministerio ab Episcopo deputati eidem ecclesiæ seruiant, uel ministrent; & clericali habitu, & tonsura utantur; nemini quoad hoc priuilegio, uel consuetudine, etiam immemorabili suffragante. Hæc ibi sancta Synodus; ex quibus constat priuilegium hoc non cuius clerico irrogari. II. Eosdem verberantes, ut in cap. si quis suadente diabulo dist. 17. q. quarta habetur, statim excommunicatione constricti tenentur; quòd planè caput quatenus pateat, quibusque quasi cancellis cōtineatur; præterquam quod in tit. de sent. excomm. explicatur, & Nauar. in manual. cap. 27. num. 76., & Marf. in sing. 188., & in sing. 204. declarantur. III. Famis causa, quod aliàs permissum est, ut in l. 2. C. de patr., qui fil. d. st. à parentibus distrahi nō possunt; ita enim Host. in cap. iudeorum de etat., & qual. quem ibi iuris pontificij interpretes, & in cap. si quis de fur. Ioan. de Ann., & additio ad Bal. in dicta l. secunda, & Marf. in sing. 101. sequuntur, asseruit. IV. Laici, qui contra clericos statuta faciunt, ut in cap. fin. de immun. eccl. habetur, statim excommunicatione ilaqueantur. V. In spiritualibus causis clerici filij familias sine patris consensu, quod aliàs ipsis interdictum est, ut in l. non solum C. de bonis quæ lib. dicitur, in iudicio interesse, ut in cap. fin. de iud. in 6. habetur, atque notatur, non prohibentur. VI. Vestitu honesto, uti debent; clausa igitur deferre indumeta desuper, neque in nimiam breuitatem, neque in nimiam longitudinem redundantia non deferant; pannis rubeis, aut uiridis, nisi eorum dignitas aliud postulet; fibulis auro, argentovè exornatis; annulo denique, nisi ex officio, dignitate uè non utantur. VII. Ab ijs denique se abstineant, quæ huiusmodi ordines dedecent; eosque despectos hominibus reddunt; non igitur in tabernas, nisi itineris gratia diuertantur; non aleis, non taxillis ludant, his uè ludis intersint; non gesta à mimmis, atq; ab histrionibus spectent; omnino denique ita vitam, moresq; animi sui componant, ut sicuti priuilegijs pluribus, quam alij cohonestantur, ita maiori quoque virtute præditi sint, eorumque exemplo ad pietatem reliqui excitentur; hæc in cap. clerici de vit., & honest. cler., & in tit. ne cler. secul. neg. inter. habetur: ac de ijs effectibus, qui ad personam pertinent hæcenus; ad eos, qui ad res eorum spectant, veniamus.

De effectibus ordinis sacramenti per accidens, qui ad res ipsorum

pertinent, Cap. XII.



**E**FFECTVS denique per accidens sacramenti ordinis, qui ad res ipsorum clericorum pertinent, hi numerantur. Primus res clericorum, ipsi que met clerici, si qua onera ipsis laici imponant, Romani Pontificis expressa autoritate non intercedente, illis non obligantur; & id conantes excōmunicationis vinculo statim constringuntur; ut in cap. non minus, & in cap. aduersus de immun. eccl., & in literis, quæ in die cenæ Domini singulis annis Romæ recitantur num. 17. habetur; non igitur pro suis personis, si quid in capita ut detur, laici faciant, nō pro rebus suis vestigalis, portorij uè nomine quicquam dare compelluntur. II. Pro sententijs, quæ in suis litibus feruntur, nihil suis iudicibus præstare coguntur; ut in cap. cum ab omni de vit., & honest. habetur, atque ibi Abb. cōmuniter receptum id esse recēset. III. Postremo; ut in auth. presbyteros C. de sacr. sanc. eccl. habetur, & ut inquit Abb. in cap. quia de testam., de communiq; sententia Ias. in l. filia licet num. 5. C. de colla. testatur, etiam si in parentum potestate sint, testamentum facere possunt; atque de effectibus sacramenti ordinis hæcenus; ad eiuſdem materiam, & primò ad communem, quæ ad genus spectat, tranſeamus.

De materia communi sacramenti ordinis, quæ ad genus spectat,  
Cap. XIII.

**M**A T E R I A communis igitur sacramenti ordinis, quæ ad genus spectat, uti sæpe iam diximus, Tridentinaque Syn. sess. 23. cap. primo, & can. primo, nec non Catech. eod. cap. 1. asserunt, sacramentum novæ legis est. I. Non iterabile; quod enim animæ, quæ æterna est, character ordinis susceptione imprimitur, eam ob rem, quod idcirco sacramenti huius effectus animæ infixus æternus est, ipsum iterari non posse sancta Syn. sess. ead. c. 4. docuit; ordinem igitur sacramentum hac ratione definiemus, Ordo est sacramentum novæ legis non iterabile, quo potestas circa Christi corpus tribuitur; atqui de materia generali hæcenus, ad materiam itidem communem, sed circa quam; itemque ad ea, quæ eidem necessario inesse debent, communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum eadem materia sunt, transeamus.

De materia communi circa quam sacramenti Ordinis; Et de ijs, quæ necessario inesse ipsi debent, sibiq; cum reliquorum sacramentorum eadem materia communia sunt, Cap. XIV.

**M**A T E R I A communis itidem, sed circa quam sacramenti Ordinis, ut generatim probauimus, Homo est; necessario autem ei, quæ cum aliorum sacramentorum eadem materia communia sunt, hæc inesse debent. Primum ut vitam hanc viuat. II. Præsens adsit; nam, cum ea instrumenta, quæ ab Episcopo in ordinum administratione offeruntur, tangere debeat, uti probabimus, ministerque ipsum alloquatur; planè, si longè aberit, effici hæc non poterunt. III. Sacramentum suscipere queat. IV. Illud idem suscipere uelit. I. Re vera. 2. Re ipsa. 3. Saltem virtute. V. Ipsemet ordinem suscipiat: ac de ijs hæcenus; ad ea, quæ ordinis ipsius propria magis sunt; eidemque materiæ necessario inesse debent, veniamus.

De ijs, quæ eidem materiæ necessario itidem inesse debent, propria tamen magis sacramenti huius sunt, Cap. XV.

**N** E S S E quoque necessario eidem materiæ, quæ ordinis tamen magis propria sunt, hæc debent. Primum ut, sicuti Thom. dist. 21. quæst. 3. art. primo, & Sot. dist. ead. q. prima art. 2. conclus. prima, & Thom. ab Arg. dist. 25. quæst. 1. artic. 3. conclus. secunda, & Tart. dist. ead. q. secunda, & Ioseph. Angl. art. 4. de suscipiendis conclus. prima, diuinarumque rerum scriptores vniuersi concludunt, vir fiet; etenim, qui ordinibus initiantur, in excelso quodam loco, ut alijs scilicet præsent, constituuntur; at, muliebri genus virili subiectum ut esset, initio Deus imperauit: Sub viri, mulierem enim alloquens dixit Deus, potestare eris; & ipse dominabitur tui, & Paul. Mulierem in ecclesia docere non permitto, nec dominari in virum, addidit; quare neque Romanus Pontifex, quod diuino iuri hoc repugnaret, mulierem ut ordinem suscipiat, sicuti Tart. eodem, vniuersique sentiunt, aptam, habilemque reddere potest; vnde, non modò functiones ordines femina exercere, quod in cap. noua quadam de penit. habetur, non valet; sed

sed neque sacra vasa contrectare, ministrorum sacra facienti in seruire in cap. sanctimonialis cum seq. dist. 23., & in cap. peruenit de consecr. dist. 2. eidem conceditur. II. Baptismum susceperit; ita enim in cap. primo, & 3. de preb. non bapt. min. probatur, atque Thom. dist. 24. quæst. 2. art. 3., & Tart. dist. ead. art. 3., & Syluest. eod. 2. num. primo, & Nauar. in manual. cap. 27. num. 205. sentiunt; etenim, cum baptismi susceptione ad reliqua sacramenta suscipienda habilis vir fiat, sicuti sæpe iam diximus; iure ob eam rem, qui baptismi initiatus non est, ad reliqua sacramenta non aspirabit. III. Ne ordinem, quem nunc suscipere vult; alius susceperit; non enim sacramentum hoc iterari posse antea probauimus: hæc de ijs, quæ necessario huic materiæ inesse debent, satis dicta sunt; ad ea, quæ eidem inesse, quæ tamen non necessario debent; & primum ad ea, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum eadem materia sunt, transeamus.

De ijs, quæ eidem materiæ circa quam sacramenti ordinis inesse, quamuis non necessario debent; communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum eadem materia sunt,  
Cap. XVI.

**N** E S S E autem eidem materiæ, quamuis non necessario, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum materia communia sunt, hæc debent. Primum ut rationis vim habeat; sic enim Catech. eod. cap. Quinam debent ad dignitatem sacerdot., & Thom. ab Arg. dist. 25. q. 1. art. 3. conclus. prima, sentiunt; confertur tamen si contra fiat, ut citari auctores, ac Ioseph. Angl. eod. de suscip. art. 4. conclus. prima inquit, & in cap. vi. de cler. per salt. promot. probatur; & quamuis minister mortiferè peccet; nihilominus, si sacer ordo collatus sit; continentie vinculo hic, uti communiter id receptum esse recenset Ioseph. Angl. art. 4. de suscip. concl. prima, obligabitur. II. Rem, quam suscipit, intelligat. III. Eius finis gratia in primis, cuius institutus est, ordinem suscipiat; non igitur, quod ea, quæ ad victum necessaria sunt, nobis suppedient; non ambitione, honorumque cupiditate ducti; non ut diuitijs affluamus; verum, ut vni Deo nos consecremus, eique inferuiamus, hoc animo præditi ordinibus initiabimur; sic enim Catech. eod. cap. Quanta circumspectione ad sacros ordines accedendum inquit; grauius. n. aliter affecti, uti Cat. ibidem ait, & Caiet. in sum. in verb. Ordinandi docet, offendunt. 1. Actu. 2. Libè. 1. 2. IV. Ne in mortiferi peccati culpa perseveret, uti Catech. eod. cap. Qui nam debent ad ordines admitti, & Suppl. in verbo Ordinatus primo inquit, atque in cap. ad aures de tempor. ord. comprobatur. V. Ne censura ecclesiastica irretitus sit; maiori enim excommunicatione sciens, scirevè debens se constrictum esse, si ordines suscipiat; præterquam quod mortiferè peccat, uti generatim docuimus, irregularis quoque efficitur; sicuti Nauar. in cap. 27. num. 241., & Ioseph. Angl. art. 4. de suscip. in dub. de defectu ex parte delicti proposit. 6. inquit, & in tit. de eo, qui ordines suscipit, & in cap. cum illorum de sent. excom. probatur; minori verò excommunicationi illaqueatus, & si itidem peccat, non tamen; ut in cap. si celebrat de cler. excomm. min. habetur, irregularitatis poenam subit; is quoque cui interdicto, suspensione, aliavè poena, ne ordines suscipiat, prohibitum est, quamuis irregularis non fiat, mortiferè tamen hic quoque peccabit. VI. Ne ab alio, quam à proprio antistite, eiusvè delegato suscipiat. 1. Non huiusmodi ceteris, alijsvè poenis, vnde ordines conferre nequeat, aut nominatim, aut ita ut nullo integumento oculari id possit, constricto; nam, etsi suscipiuntur, argumento cap. statuimus cum seq. 1. q. prima, præter mortiferum peccatum, quo ipse illaqueatur, suscepti ordinis munera exercere non potest, & ut Nauar. eod. num. 241., & Ioseph. Angl. art. 3. inquit, irregularis efficitur; qui tamen, cum minimè denuntiatum huic sciret ab eo ordines suscipit huic inus Episcopus, sicuti in superiori casu, quando irregularis effectus est [si excommunicatione, cavè poena oculata sit] huic, inquam, Episcopus Trid. Syn. permissu sess. 24. cap. 6., & Nauar.

& Nauar. eod. num. interprete, ut suscepti ordinis functiones exerceat, permittere potest; Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, inquit enim ibi sancta Synodus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quae oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum dispensare. Hæc ibi sancta Synodus; ex quibus constat, qui excommunicatione irretitus, ab eorū, qui hæc poena affectus esset, ordines suscipit [modò excommunicatio, ac poena occulta sit] ab Episcopo, ut suscepti ordinis functiones exerceat, permitti posse; non igitur ab Episcopo excommunicatione, interdicto, suspensione uel irretito, simonie schismatis, hæresive labe, polluto, aut de suo gradu re, uerbis uel deiecto ordines suscipere, uti Nauar. eod. docuit, licet. ac de his hæcenus; ad ea, quæ eidem inesse materia, sed non itidem necessariò debent, at propria magis ordinis sunt, transeamus.

*De ijs, quæ eidem materia circa quam sacramenti Ordinis inesse, quæuis non necessariò debent; propria tamen ipsius sunt.*

Cap. XVII.

I. **I** N E S S E denique eidem materia, quamuis non necessariò, quæ propria ipsius sunt, hæc debent. Primum ne animi vitio irregularis sit, cū enim is, qui ordini initiatur, dignitate alijs antecellat, meritò & virtutibus eidem præstare, uitijsq; omnibus, unde suspectus esse possit, vacare debet; non igitur illiteratus, ut in cap. illiteratos dist. 36., & in tota illa dist. habetur; non Christi fidem nuper professus; sic enim in dist. 48. dicitur, ne se ad ordinem uocatum esse, quasi ecclesia ipsius opera egeat, arbitratus superbia efferatur; non eius, qui hæresi pollutus ecclesie non reconciliatus è vita migravit, filius, quod in c. 2. §. hæretici, & in cap. statutum de hæret. in 6. Romanus Pontifex docuit [quæ poena, ut ibidem dicitur secundo paternæ lineæ, primo maternæ gradu coarctatur] quod parentum uitia in filios ne deriuent, ecclesia pertimescit, ut not. Glos. in l. quisquis C. ad leg. iul. maief.; non iure, factò uel infamis, sic enim Thom. ab Arg. dist. 25. q. 1. art. 3. concl. 3., & Tart. dist. ead. inquit, & in cap. infamibus de reg. iur. in 6. probatur; hic nãque nec aliorum improbitatem liberè arguere, atque insectari, nec ad pietatem, quod suis uitijs ea careat, autoritate, exemplo uel excitare, inflàmareq; potest; non is, qui post baptismum susceptum, modò ne, se ut tueretur, id fecerit, hominem uel iure occidit, eius uel membrum obruncauit, aut quò quid huiuscemodi fieret, proxima causa fuit, ut in cap. suscepimus cum seq., & in cap. significasti secundo, & in cap. tua nos, & in cap. peritio tua de homic., & in cap. miror cum duob. sequentibus, & in cap. si quis uiduam dist. 50. habetur; tum quòd, sicuti Nauar. in cap. 27. num. 206., & Sor. dist. 25. q. 1. artic. 3. concl. 4. inquit, Christi Domini lenitatem, qui pro nobis non alienum, sed suum sanguinem effudit, referre hic non potest; tum quòd, cū singuli ordines ad eucharistiam, quod pacis sacramentum dicitur, pertineant, hic planè paci consentanea fecisse non uidentur; non bigamus, ut in tit. de big. in antiq., & 6., & dist. 26., & in cap. si quis de laicis dist. 34., & in cap. quicumque dist. 77. probatur; etenim, quòd Christi [cuius personam clericus refert] cum ecclesia, quæ unica est, coniunctionem significare non potest, ob eam rem, ut in cap. debitum eodem, & in cap. cautius dist. 26., & in cap. vna tantum dist. eadem, & in cap. proposuit dist. 82. dicitur, ab ordinum susceptione ob cap. si quis uiduam dist. 34. prohibetur; quare, uel duas uxores etiã ante baptismi susceptionem cognouerit; sic enim in dist. 26., & in cap. fin. 28. q. 3., & in cap. Si quis uiduam dist. 34. iuncto cap. debitum eodem habetur, quæ uera bigamia dicitur; uel uiduam à priore marito cognitam uxorem duxerit, ut in cap. 3. de big., & in cap. Si quis uiduam, & in cap. lector dist. 34. iuncto d. c. debitum, ipseque cum ea rem habuerit, sicuti si cum nõ uirgine uxore ducta, ut in cap. curandum dist. 34., & in cap. quicumque d. 37.; uel uirginem in matrimonium duxerit, & ab altero deinceps uitiata ipse cū ea concubuerit, ut in cap. si cuius cum seq. dist. 34., etiam si maritus

maritus id ignoret, sicuti Abb. in cap. si uir de adult. docuit, de communiq; sententia Nauar. in man. cap. 27. num. 165. testatur; uel cum pluribus matrimonio iunctus fuerit, quamuis neutrum, uel alterum tantum ratum fuerit, in quibus casibus bigamia interpretatiua nominata nascitur; uel ordini sacro insignitus, solemnè uoto constrictus cum uirgine uia matrimonium contraxerit, ut in cap. quotquot 27. quæst. 1. habetur, & Syl. e. inquit; nam, quoniam hic cum Christo spirituale matrimonium contraxit, uxorem ducens eius, qui ad secundas nuptias transiit, per similes esse uidetur, atque idcirco bigamia similitudinaria hæc nominatur; hi omnes, inquam, ut &, qui ordines furtim susceperunt, qui simoniaca labe polluti sunt, quique solemnem poenitentiam egerunt, præteream, hi omnes, ut irregulares, uitioque quodam laborantes eorum iurium, quæ citauimus, autoritate ordinibus initiandi non sunt. ¶ Non eos quoque, qui eo corporis uitio affecti sunt, quam obrè ordinis functiones, aut nullo modo, aut non ea, qua cõuenit, dignitate, pro Christi que fidelium commodo, atque utilitate exercere queunt, ordines suscipere deest; quare, ut in cap. 1., & ibi Glos. de filijs presb. in 6., & in cap. 1. eod. in antiq. Romanus Pontifex sancit, qui ex minus legitimo matrimonio natus est; quòd, ne paterna incontinentia in filios propageret, ecclesia pertimescit, sicuti Glos. in cap. fin. eod. in 6. asseruit, is ad ordines suscipiendos aptus non existimatur; hermæfròditus quoque, quamuis in ipso uirilii sexus muliebri præstet, ut in cap. literatos dist. 36., & in cap. fin. dist. 49. probatur, ac Nauar. eod. cap. 27. num. 33. asseruerunt, idoneus non est; à demone oppressus, comitiali morbo, lepre uel affectus, deformitate uel nimia præditus, ne in munere hoc obuendo indignitas quædam tanto sacramento fiat, molestiaque, ac nauisæ Christi fidelibus creetur, ut in cap. 2. cum tribus seq. dist. 33., & in 7. quæst. 2., & in cap. 3. cum seq. de cler. ægrot. debil. habetur, ac Nauar. in Manual. cap. 27. num. 2. conclusit, indignus censetur; qui id ætatis nõdum item est, quæ ad ordinem suscipiendum requiritur, sicuti in cap. fin. de temp. ord. in 6. habetur, ac Trid. Syn. sess. 23. de refor. cap. 3. comprobauit, ab ordine quoque expellitur; membro quoque primario, eius uel parte sua culpa carens, uel si sine culpa careat, ordinis tamen munus ob id minus exercere ualens, debilitatum uel membrum habens, ut in cap. 1., & in cap. qui partem, & in cap. 3. cum tribus seq. dist. 55., & in cap. 1., & cap. fin. de corp. vit. dicitur, non recipitur; non seruus; non ratiocinijs denique obligatus, in eorum, qui ordini huic initiandi sunt, numerum adscribuntur; sic enim in tit. de serui. ord., & dist. 58., & cap. vn. de oblig. ratioc., & dist. 53., & dist. 51. habetur; tum quòd, ordini huic qui initiati sunt, Deo inferuire perpetuò debent, quod seruitute ea obligati nequeunt, tum quòd eorum domini, si ipsis inuitis id fiat, offenduntur; hi ergo quoque uniuersi, ordines quòd minus suscipiant, prohibentur; quòd tamen irregularitas omnis in ecclesiam hominum iure introducta est, uti Nauar. in Manual. eod. cap. 27. num. 197., & Syl. in uerbo irregularitas num. 35. prope finem concludunt, summusque Pontifex illi iuri præstet, ut in cap. proposuit de concef. presb. probatur, ob eam rem, quæcunque irregularitas adsit, ut sine peccato ordines quis suscipiat, sicuti de communi sententia, Syl. eod. testatur, permittere potest; episcopus uero, quando irregularitas ex delicto occulto proficiscitur, modò homicidium uoluntarium non sit, uel delictum in iudicium delatum nõ fuerit, sicuti nouissime Trid. Syn. sess. 24. cap. 6. de refor. sancit, aut quando quis non iustis nuptijs natus minoribus ordinibus initiari tantum uult, uel si maioribus quoque alicui religioni se dicere uelle profiteretur, sicut in cap. primo eod. in 6., & in cap. primo eodem in antiquis probatur, ac denique quãdo ab infamia criminis, quod ad episcopum pertinet, irregularitas oritur, sicuti Nauar. eod. cap. 204. tradidit, his inquam, tantum irregularibus, ut ordines suscipiant, non aliàs iurium, quæ citauimus, autoritate permitti ab eod. potest. II. Confirmationis sacramentum susceperit, uti Thom. dist. 25. quæst. 2. articulo 4., & Syl. eod. 2. num. primo inquit, nouissimeque Trid. Syn. ead. sess. 23. de reformatione capitulo quarto confirmauit; antecedere igitur confirmatio, uti sancta Syn. ibidem ait, non modò ordines, uerum etiam & de qua proxime agemus, primam tonsuram, debet; Prima tonsura dicitur enim ibi, non iniuriatur, qui sacramentum confirmationis nõ susceperint. III. Primam tonsuram adeptus quoque sit; sic enim sancta Syn. eod. cap. 4. tradidit, sic Cat. eod. cap. de var. ord. min. declarauit: Hæc autem prima tonsura, ut exorcismi, & Catechismus ad baptismum, sponsalia uero ad matrimonium, Ec ita



ita ad ordines suscipiendos prima tonsura hac preparatio quedam est; Tondentur autē capilli, sicuti Cat. ibidem docuit, ad coronę speciem, atque similitudinem; quam consuetudinem principem Apostolorum induxisse memoria proditum est; tum ad memoriam coronę, quę ex spinis contexta Saluatoris nostri capiti fuit imposita, ut quod impij ad Christi ignominiam, & cruciatum excogitarunt, ea apostoli ad decus, & gloriam vterentur; tum ut scirent curandum esse à ministris ecclesię, ut omnibus in rebus Christi figuram gererent, item ut dignitatem regiam declararent, quę ijs maxime, qui diuino cultu emancipantur, conuenit; item ut perfectioris vitę perfectionem circuli figurę significarent; simulque externarum rerum contemptiōnem, animique ab omnibus terris vacuitatem, quod capilli superuacaneum quoddam in corpore tondentur. Hęc ibi Cat. tradidit, ac Thom. dist. ead. 24. quęst. 7. & Sot. dist. ead. quęst. 2. art. primo suis scriptis mandarunt: hanc autem tonsuram sicut episcopi, ad quos ipsius quoque administratio pertinet, & quolibet die, & sine missę celebratione conferunt, ita; quę in eo, qui tondetur, necessariō inesse debeat, sancta Syn. eod. sess. ead. cap. 4. explicauit; prima tonsura non inicitur, dicitur enim ibi, qui sacramentum confirmationis non susceperit; & fidei rudimenta edocti nō fuerint; qui que legere, & scribere nesciant; & de quibus probabilis coniectura non sit eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præsent, hoc vitę genus elegerit. Hęc ibi Trid. Syn.; ex quibus constat, quę ad primam tonsuram suscepturum spectant. IV. Examinatus episcopo que suo probatus sit; ut in cap. quando, & in cap. nullus dist. 24. habetur; ac Trid. Syn. sess. 7. cap. 11. de reform. comprobauit. V. Minores ordines cum subdiaconatu, diosque simul maiores vno die ne suscipiat; ut in cap. literas, & in cap. dilectus de temp. ord. probatur; etenim, si minores vniuersi ne suscipiantur, nisi aliter episcopo expedire videatur, cautū est, quanto magis, ne plures maiores tribuant, interdū esse existimandū est; quare ratio ne etiam non caret, ut & cum grate vitę meritum, & doctrina maior, sicuti Trid. Syn. sess. 23. de refor. cap. 11. docuit, acreseat. VI. Ut, sicuti in tit. de cler. per sal. prom. & dist. 52. habetur, gradatim ordines suscipiat; nam, & si, dum contrā fit, ordo nihilominus suscipitur, ut in citatis iuribus à Glof. not. mortiferē tamen peccat, susceptique ordinis functionem exercere non potest; ac de materia sacramenti ordinis circa quam hætenus, ad materiam necessariam transeamus.

- IV.
- V.
- VI.

*De materia propria sacramenti ordinis necessaria; & de ijs, quę necessariō inesse ipsi debent, Cap. XVIII.*



**M**A T E R I A verō propria ex qua sacramenti ordinis necessaria res ipse, quarum traditione character imprimatur, sunt, uti Fab. Incarn. in scrut. in vers. Quę est materia sacramenti ordinis in generali; quod igitur ostentari clauibus, Lectori libro, Exorcistę exorcismorum libello, Acolythis vireolis, subdiacono calice, & patena inanibus, Diacono euangeliorum libro, sacerdoti patena cum pane, & calice cum vino harum, inquam, rerum traditione character imprimatur, uti Thom. dist. 24. quęst. 6. & Syl. eod. 2. num. 4. & Ros. eod. num. 3. & suppl. eod. 3. & Sot. dist. 24. quęst. 1. art. 3. & Ant. in 3. par. tit. 14. cap. 16. § 4. & Cat. eod. & Fab. Incarn. in scrut. vers. In quo actu imprimatur, asserunt; ob eam rem de eorundem sententia materia hæc erunt: Necessariō autē quod ad instrumēta huiuscemodi hæc requiruntur. Primum ut minister hæc ordinem suscepturo tradat; etenim sic & in alijs sacramentis administrandis, qui formam profert, idem & materiam admouere sacramentum suscepturo, quod iam vidimus, debet; alioquin sacramenti ratio nullo modo constare potest. II. Ab eodem, qui ordinem suscipit, tangantur; sicut enim sacramentum baptismi suscepturum tingi aqua omnino

- I.
- II.

omnino oportet, ita hic, quod character imprimatur, instrumēta hæc tangi, quod opinionem hanc, quam Fab. Incarn. eod. in vers. Quot sunt de substantia sequitur, tutiorem Ioseph. Angl. eodem asseruit, necesse est. III. Huiuscemodi sunt, ut ad functiones, quarum significandam gratia traduntur, accommodata sint; non igitur pro euangeliorum libro, exercismorumque alterius rei liber traderetur: atque de materia necessaria hætenus; materia verō non necessaria [quod res scilicet reliquę sunt, in Pontificali que adeo aperte, ut declaratione non egeant] omiſsa, ad formam ipsius, sed primō ad necessariam; itemque ad ea, quę eidem necessariō inesse debent, sibi que cum ceterorum sacramentorum formis communia sunt, transeamus.

*De forma sacramenti Ordinis necessaria; & de ijs, quę necessariō eidem inesse debent, sibi que cum ceterorum sacramentorum formis communia sunt, Cap. XIX.*



**F** O R M A igitur sacramenti Ordinis necessaria ea verba, quę à ministro, in instrumēti, quo character imprimatur, traditione proferuntur, sunt, uti Fab. Incarn. eod. in scrut. ac Thom. & Sot. eod. doctoresque vniuersi concludunt; quę autem singulorum ordinum sunt, & proximē vidimus, & suis locis explicabimus; inesse verō eidem, quę sibi cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt, hæc debent. Primum ut exprimat. II. Verbis. III. A causa efficiente, quę minister dicitur. IV. In tempore instanti. V. Sine eorum verborum, quę ipsius formę vim tollunt, adiectione. VI. Sine eorum verborum, quę eiusdem formę naturam deprauant, detractione. VII. Sine eorum verborum, ex quibus forma constat, huiuscemodi; unde forma tollatur, corruptione. VIII. Sine verborum quoque huiuscemodi traniectione. IX. Sine interpositione ea, quę consequentia formę verba eiusdem antecedentium partes esse desinant. X. Sine ea verborum formę mutatione, quę itidem ipsa forma tollatur. XI. Sine earum sex mutationū, quas proximē recensimus, etiam si formę natura, atque vis permaneat; sed hoc tamen animo fiat, ut noua introducat, ulla mutatione; de quibus quoniam generatim pertractauimus; ideo ad ea, quę eidem formę necessariō itidem inesse debent; sed propria ipsius sunt, veniamus.

- I.
- II.
- III.
- IV.
- V.
- VI.
- VII.
- VIII.
- IX.
- X.
- XI.

*De ijs, quę eidem formę necessariō itidem inesse debent; sed propria ipsius sunt, Cap. XX.*



**N** E S S E itidem eidem formę necessariō, quę propria tamē ipsius sunt, hæc debent. Primum ut verbum, quo potestatem in alium trāsferri intelligatur, enuntietur; nam, cum in singulis ordinibus potestas quedam tradatur, ut videbimus; meritō, quod per ea, quę extrinsecus geruntur, quid intrinsecus fiat, significetur, verbum huiuscemodi vsurpat. II. Ut illud uerbum in imperandi modo collocetur; sic enim in Cat. eod. cap. de forma probatur, sic ratio quoque id suadet; in singulis enim ordinibus minister ordinem suscepturo, ut id, quod porrigit, suscipiat; quod videbimus, imperat; quare ob eam rem imperandi modus necessariō requiritur: ac de ijs, quę formę ordinis necessariō inesse debent, hætenus; ad ea, quę eidem inesse, sed non necessariō, & primū ad ea, quę sibi cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt, veniamus.

- I.
- II.

De ijs, quae eidem formae inesse, sed non necessario debent; communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, Cap. XXI.

**N**ESSE autem eidem formae, quamuis non necessario, quae sibi cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt, haec debent.

- I. Primùm ne quid ei, etsi ipsius uis non tollitur, addatur.
- II. Sine verborum, etiam si ex ipsis forma non constet, detractio.
- III. Sine eadem interpositione, qua verborum formae connexio non adeo tollitur, quin eius formae sententia remaneat.
- IV. Sine huiusmodi quoque transpositione.
- V. Sine eiusdem formae verborum tandem mutatione:
  1. Ea igitur primùm forma, qua sua ecclesia utitur, adhibeatur.
  2. Eadem lingua enuntietur.
  3. Eiusdem linguae verbis, quibus proferri consuevit, proferatur.
  4. Eisdem personis itidem exprimat.
  5. Eodem in numero, & nomina, & verba, quibus contuenerunt, collocentur.
  6. Eisdem etiam casibus formae nomina, quibus efferri consueuerunt, efferantur.
  7. Rectò denique, emendatoque adhibito sermone: ac de forma satis dictum sit; ad formam non necessariam transeamus.

De forma non necessaria sacramenti ordinis Cap. XXII.

**F**ORMA denique non necessaria sacramenti Ordinis ritus, atque ceremoniae, quae in ipso ordine conferendo adhibentur, sunt: ut generatim tradidimus; quae autem propriae ordinis cuiusque sint, suis locis explicabimus: ac de forma satis dictum sit; ad accidentia, quae ab ipsis causis emanant, & primùm ad ea, quae à fine descendunt, veniamus.

De accidentibus, quae à fine sacramenti Ordinis proficiuntur, Cap. XXIII.

**F**INE igitur sacramenti Ordinis accidentia haec emanant. Primùm sacramenti huius institutionis necessitas; quae planè, si Christum Dominum, ut saepe iam diximus, si singulos itidem nostrum, ut generatim in huiusmodi loco tradidimus, spectemus, non fuit, neque est; vniuersè tamen necessarium ordinem esse cum ex ijs, quae de reliquis sacramentis haecenus à nobis disputata sunt; tum ex ijs, quae Catechismus eodem docuit, facile cognosci potest; Si quis, inquit enim ibi, aliorum sacramentorum naturam, & rationem diligenter considerauerit, facile perspiciet ea omnia ab ordinis sacramento ita pendere, ut sine illo partim confici, & administrari nullo modo queant, partim solemnem ceremoniam, & religiosum quodam ritu, ac cultu carere videantur. Haec ibi Catechismus; vniuersè igitur, quò scilicet, qui sacra mysteria administrant, adsint, non singulis, quòd nemo continentiae praecepto inuitus obligatur, ut aliàs probauimus, ordo necessarius est.

II. Propositum ipsius Christi in huius sacramenti institutione; quòd planè fuit, ut, qui sacra administrarent, conficerentque, semper praesto essent, argumento cap. primo eodem in Trident. Synod. sess. vigesima tertia; & si enim sacerdotij munera illa esse sancta Synodus assuet, quin tamen in functionibus illis reliqui ordines ipsi sacerdotio inferrent, non negauit.

III. Causa denique propositi huius, & necessitas, quam diximus, atque utilitas, fuit; quae cuiusmodi, quantaque sit, cum ex ipsis fructibus, quos recensimus generatim; tum ex ijs, quas paulò post speciatim explicabimus, optimè constabit: ac de accidentibus, quae à fine effluunt haecenus; ad ea, quae proficiuntur à materia, transeamus.

De ac-

De accidentibus, quae à materia ordinis emanant, Cap. XXIV.



**M**AERIA verò, & si ordo ratione finis sacramentum vnum est, quòd ad finem vnum in primis ad eucharistiã scilicet spectat, sicuti Tar. dist. 24. art. 3., & Anton. par. 3. tit. 14. cap. 16. §. 1., & Syl. eod. i. num. 2., & Tab. eod. i. num. 5., & Fab. Incar. in scrut. inquit; neque in sacramenta plura diuiditur; diuisio tamen ipsius graduum exoritur. I. Nam, vt in cap. perle-ctis dist. 25. dicitur, & Trid. Syn. eod. cap. 2., & Car. eod. cap. de varijs huius sacramenti ministris, diuinarumque rerum scriptores vniuersi concludunt, in Hostiarium, Exorcistam, Acolytum, Lectorem, Subdiaconum, Diaconum, ac Sacerdotem distribuitur; neque iniuria; hac etenim ordinum distributione admirabili, vt praeteream hinc quoque summam Dei sapientiam splendescere, nostris commodis consili [facilius enim, ac frequentius functiones huiusmodi exercentur] maiori dignitate sacra mysteria pertractari, quemadmodum Anton. eod. c. §. 2., & Thom. dist. 24. quaest. 4. art. 2., & Sot. dist. ead. art. 3. concl. 1., & Tart. ead. art. 3., & Baech. dist. 25. quaest. 1. art. 1. sentiunt, hac, inquam, distributione eucharistiae, cuius gratia in primis ordo institutus est, bellissimè inferuit; nam illa conficitur, en Subdiaconus, qui materiam ab Acolyto acceptam in sacris vasis preparat sacerdoti; sacerdos illam consecrat, en Diaconus, q. si quid opus esse Sacerdoti ea sacra facienti contingat, praesto adest; administratur verò confecta, en Hostiarius, qui autoritate sibi tradita tanto sacramento indignos ab ecclesia expellit; lector, qui rerum diuinarum ignorantia ad sacramenti huius susceptionem ineptos; Exorcista, qui à Dæmone oppressos, atque idcirco ad idem sacramentum minus habiles, en inquam hic exorcismis, ille doctrina aptos reddit; quare his de causis ordines huiusmodi septenario numero contineri diuinarum rerum scriptores asseuerarunt.

II. Quòd itidem hi partim, sacerdos scilicet, Diaconus, ac Subdiaconus res, vasaque ipsa sacra, vti maiora quaedam contrectant; partim, reliqui scilicet minora, quae videntur, efficiunt; ideo partim Hostiarius scilicet, Exorcista, ac Lector, atque Acolitus, minores, atque non sacros ordines suscepisse, reliqui sacros, ac maiores, sicuti Syl. eod. i. inquit, vulgoque receptum est, dicuntur: ac de his haecenus; ad accidentia, quae tandem à materia proficiuntur, transeamus.

De accidentibus, quae à forma sacramenti ordinis proficiuntur, Cap. XXV.



**F**ORMA tandem sacramenti ordinis accidentia haec oriuntur. Primùm ipsius institutionis tempus; quòd planè, cum postremam eum suis discipulis cenam habuit, fuisse, & Ioseph. Angl. art. 1. conclus. 2. docuit, & verisimile est; nam, quòd tunc sacerdotium instituit, sicuti probauimus, & eos, qui sacerdotio praeditis in his functionibus inferrent, instituisse credi par est arg. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. II. Eius efficacitas; quae statim atque institutus est, fuit.


III. Tempus promulgationis; quòd planè singulorum ordinum quando fuerit, ignoratur.

IV. Tempus obligationis, scilicet generatim; quòd non statim atque institutus est, fuit.


V. Ordo administrationis, atque susceptionis; qui planè, si, quòd post confirmationem quis illi initiatur, contemplerur, tertium locum obtinebit; si verò, quòd vniuersè, ac generatim ad ecclesiam pertinet, reliqua verò sacramenta eandem sigillatim respiciunt, ob eam rem, quòd genus ipsis singularibus posterius est, post reliqua, de quibus egimus, sacramenta ordinem meritò collocabimus.

2. Ordo itidem hic seruabitur, vt primò quis Hostiarius, Exorcista deinceps, Lector


Lector tertio, Acolytus deinde, Subdiaconus praeterea, Diaconus poſtea, Sacerdos poſtremo fiat; ſic enim in cap. 1. diſt. 77., & in cap. ſi officia d. 59 aſſeritur, vniuerſique, qui hac de re pie conſcripſere, comprobantur. VI. Aetas ſuſceptionis, quae quoniam non eadeſ ſingulis conuenit; ideo, quae cuique conueniat, ſuo loco explicabimus. VII. Locus adminiſtrationis, atque ſuſceptionis; qui ſacer eſſe debet; id enim tanti, ſacramenti amplitudo, atque dignitas poſtulat; eccleſia igitur vt ſit, requiritur. 1. Eaque eccleſia, quo maiori cu dignitate ordo adminiſtratur; in ſacrosancti ordinis praefertim adminiſtratione cathedralis erit; Ordinationes ſacrosancti ordinis, inquit. n. ſancta Syn. ſeſſ. 23. cap. 8., ſtatutis a iure temporibus, ac in cathedrali eccleſia, vocatis, praefentibusque ad id eccleſiae canonicis publice celebratur; ſi autem in alio dioceſis loco, praefente clero loci dignior, quantum fieri poteſt, eccleſia ſemper habeatur. Hac ibi ſancta Syn. docuit. 2. Hacque Eccleſia in ſua dioceſi fiet, de eorundem iurium, quae citauimus, autoritate. 3. Interdicto non ſubiecta; quae, & ſi minimè ſeruantur, quamuis ab vtroque grauiter offendatur, ordines tamen conferuntur. VIII. Modus, adminiſtrationis, atque ſuſceptionis; qui cuiuſmodi ſit, cum ex pontificali, quod cuique imprompta eſt; tum ex ijs, quae nos tradidimus, facile cognoſci poteſt. IX. Tempus adminiſtrationis, atque ſuſceptionis; id quod & ſi in Romano Pontifice non requiritur, quod iuri huic ſubiectus non eſt arg. cap. propoſuit de conceſ. praeb.; atque idcirco quocumque tempore adminiſtrare ordines poteſt; in reliquis tamen miniſtris id ſpectatur; nam minoribus ordinibus [qui ſingulis feſtis diebus, modo generalis ordinatio non fiat, vt in cap. de eo autem de temp. ord. dicitur, & Tab. eod. 2. num. 4. docuit, primaque tonsura, quae quouis die adminiſtrari poteſt, his, inquam, minoribus ordinibus exceptis, reliqui ordines in quarta, maiorisque hebdomade, quatuorque temporum ſabbato tantum, vt in dicto cap. de eo autem, & ibi not. Abb. de temp. ord., & in cap. ordinationes diſt. 85. iuncto cap. miramur de ſeru. non ord. habetur, ac Thom. diſt. 25., & Syl. eod. 2. num. 26. concludunt, conferuntur; atque ſi contra fiat, vt in cap. ſane, & in cap. cum quidam, & in cap. poen. de temp. ord. dicitur, quamuis ordinum characteres imprimantur, miniſter tamen ordinandi poteſtate, qui ordines ſuſceperunt, ordinis ſuſcepti exercendi facultate ad tempus priuantur: ſicut autem ſabbati die, quod ceſſationem ſignificat, ordines conferuntur; quod ijs, qui ſacramento huic inſtituantur, ceſſandum eſſe deinceps, ne vita huius negotijs interſint, ſed pijs tantum operibus ſtudeant, ac Deo inſeruiant, ſignificetur, arg. cap. fornicari diſt. 88., & tit. ne cler. ſecul. neg. ſe imiſ.; ita, ſicuti Cat. eod. cap. Quinam debeant ad dignitatem ſacerdotij admitti, docuit, ieiuniorum tempore ordinationes ſunt; vt ſcilicet fidelis populus eiuſmodi ſacrarum reru miniſtros pijs, & ſanctis preceſſionibus a Deo impetret, qui ad tanti miniſterij poteſtate rectè, & cum eccleſiae vtilitate gerendam aptiores eſſe videantur. X. Nomen, quod ordo eſt; nam, cum in hoc miniſterio multi ſint gradus, & varia ſunctiones; Omnia verò diſtributa ſint certa ratione, & collocata; vt Cat. eod. docuit; rectè, & commodè ordinis nomen ei impoſitum eſt; etenim & hac ratione rei dignitatem, atque excellentiam, cum nomen, quod latiffimè patet, huic praecipue tribuimus, declaramus; hinc, etſi poeta innumeri appè ſunt, apud graecos tamen Homerum, apud latinos Virgilium propter excellentem eoru in eo genere doctrinam, poeta nomine prolato, poetas agnoſcimus; hinc, quauis plures, qui de verbis, atque orationibus pertractent, artes ſunt, ratiocinandi tamen facultatem, quod inter ipſas principem locum obtinet, eadem ratione ſolam artem logicam nominamus: hac de ordine generatim, atque vniuerſè ſatis dicta ſunt, ad ſingulos iam ordines tranſeamus; de quibus quoniam pauca dicenda reliqua ſunt; ideo eorum tabulas tantum proponemus.




Tabula Lectoratus ordinis sacramenti ordinis noue legis.



Tabula Exorcistatus ordinis sacramenti ordinis noue legis. 113




Tabula Acolythatus ordinis sacramenti ordinis noua legis.



Subdiaconatus


Tabula Subdiaconatus ordinis sacramenti ordinis noua legis. 114



Eff


Diaconatus


*Tabula Diaconatus ordinis sacramenti ordinis nouæ legis.*



Sacerdotij

*Tabula Sacerdotij ordinis sacramenti ordinis nouæ legis. 115*






BARTHO-

BARTHOLOMAEI VGOLINI  
EX MONTE SCVTVLO IVRISCONSULTI  
AC MISANI ARCHIPRESBYTERI

De Matrimonio Sacramento nouæ legis Tabula.



De causa efficiente Matrimonij sacramenti nouæ legis; & de ijs, quæ necessariò illi inesse debent, sibiq; cum reliquorum sacramentorum eadem causa communia sunt, Cap. I.




VANTVM dignitatis, ac fructus ex matrimonij sacro in christianam reipublicam proficiat, nemo est, q. oculis propemodum hæc nõ cernat, si paulò diligētius ipsum intueatur; ut n. prætercã eius vi corporis voluptates, q. b. potissimũ armis nos demõn oppugnat, cõprimi, eodemq; Christi cõ ecclesia coniunctionẽ significari; ipsius sanè virtute efficitur, ut reliqua sacra & suscipiantur, & administrantur; hoibus n. ad Christi fidem proficendã, amplexandãq; non procreatis [si rem rectã cõsideremus] quis non videt sacra administratione, susceptioneq; frequentari nõ potuisse; quare sapientissimus Deus Christus dñs, sicuti ordinẽ, quo essent, qui sacra ex officio conficerent, confectaq; administrarent, instituit; ita, ut essent, qui liberos procrearet, idemq; procreati Christi fidẽ profiterentur, eamq; professi sacramētis administradis, suscipiendis ve excolerent, matrimonij sacrum esse uoluit; de quo, cum agendũ iam nobis de ipso hic fiet; ut institutũ nostrum teneamus; q. ipsius efficiens causa sit; quæq; ei necessariò inesse debent; sibiq; cum reliquorum sacrorum eadẽ causã cõia sunt, primò contẽplemur; efficiens igitur sacri huius causã, qd generatim tradidimus, Hoies sunt; non igitur demones matrimonij participes esse queunt; nam, præterq; quod corpore materia circa quam sacri huius carẽt, cum semen, vnde generatio efficit, id sit, quod nutriẽdi potẽtiã superest, quæ nutritio ex cibi, potusq; sumptione fit; ipsi verò neque cibũ, neque potũ, vnde nutriatur, summant, meritò, q. feminis causã illis deest, generandiq; potẽtiam non hnt, cuius gratia matrimonij in primis contrahitur, matrimonij contrahere nõ poterunt; nec, q. venereis rebus demonas ipsos, femina modò, viri modò partibus actis, operã dedisse, hæc; ratione hoies procreatos, Merlinumq; conceptũ esse annales testant, reperiamus, opinioni huic repugnat; id n. ab ipsis non suo, quo carent, sed hominũ semine, q. sumpsērunt, id factum ab ipsis cõiter à sanctis Patribus cõclusum esse Meng. in cõpend. art. Exorciz. lib. 1. c. 11. testatus est, pluribusq; idẽ probauit; de beatis verò, diuinisq; illis mētibus non est, q. quicq; huiusmodi suspicemur; reliquũ igitur erit, ut hoies sacri huius efficientem causã esse cõcludamus; necessariò aut, q. sibi cõ reliquorum sacrorum eadẽ causã cõia sunt, inesse illi. f. hoib. hæc dnt. Primũ ut vitã hanc viuãt; post huius n. vitę cursum [uisi q. a mortuis exciteẽ iterum moriturus] nuptijs, ac matrimonio huic locus nõ erit; neq; n. nubent, aut nubẽtur, ut sacrarũ literarum monimētis traditũ est; vel igitur in mortis articulo q. constitutus matrimonij cõtrahat, qd Abb. in c. cõmissum despons. inquit, ac de cõi sentẽtia las. in l. sed est quasitũ nu. 4., & Alex. 1. si q. posthumos fi. de lib., & posth. testant, uel senio cõfectus



cōfectus sit, matrimonium constabit, ut in l. fāncimus C. de nupt. hī, & Glos. in c. nuptiarū 27. quēst. 1. ac Mozz. qui matr. contr. poss. nu. 11. ac de natur. matr. num. 16. vers. 8. asserunt. II. Rationis usum habeat; nam, cum matrimonium contracturus contentire debeat, quod paulo post probabimus, qui rationis usu caret, ut in l. diem §. coram ff. de arb., & in l. 2. §. furiosus ff. de codicil., & in cap. dilectus de sponsal. habetur, ac per se constat, consentire non potest; quare à furioso neque sponsalia, neque matrimonium contrahitur; sicut in l. furor ff. de sponsal., & in cap. dilectus de sponsal., & in cap. neque furiosus 32. q. 7. probatur: sicut tamen matrimonium, quod, antequam in furorem incidere, contraxit, firmum est; quod in citata l. furor, & in l. patre furioso ff. de ijs, qui sunt sui, uel alic. iur., & in cap. ij, qui cum seq. 32. q. 8. habetur; ita, si furor cesset, rationisque usum is recuperet, eo temporis spatio matrimonium ab ipso contractum ualebit; sic enim Thom. ab Arg. dist. 84. art. 3. asseruit, sic in §. furiosi autem in inst. quibus non est permis. face. test. probatur; furiosus igitur, ob eamque rem, quod rationis usu careat, infans itidem, uti quoque Petr. Sot. eod. lect. 3. docuit, itemque vino obrutus adeo, ut consensus impediatur, uti Rip. in l. fin. C. de reuoc. don., & Dec. in consi. 112., & Socin. consi. 47. volum. 3., & Henr. Boich. in cap. dilectus de sponsal., nouissimèque Mozz. qui possint matrim. contrahere nu. 6. matrimonium contrahere non poterunt. III. Intelligat actum, quē gerūt; IV. quare natura sūrdū, qui quid esset matrimonium nunquam nouit, edoceriq; nō potest, matrimonium contrahere non posse Mozz. eod., q. matr. contr. poss. nu. 8. existimauit. V. Sacramentū hoc conficere sciāt. V. Illud idē p̄ficere possint. VI. Cōtrahere uelint. 1. Re 1. 2. 3. uera. 2. Re ipsa. 3. Saltem uirtute. 4. Ita, ut humana actio sit. 5. Vti rem diuinitus instituta: ac de ijs, quae sibi cū reliquorum sacrorum eadem causa cōmunia sunt, haecenus dictum sit; ad ea, quae itidē necessariō illi inesse debent, propria tamē ipsius sunt, trāleamus.

*De ijs, quae eidem causae efficiendi necessariō itidem inesse debent; propria tamen ipsius sunt, Cap. II.*

I.  NESSE quoque eidē causae necessariō, quae propria tamen ipsius sunt, haec debent. Primum ut duo, s. vir unus, & mulier una sint, uti Bacch. d. 17. art. 2. docuit; unus. n. per se, quicumq; sit [ut constat] nihil procreat; eiusdem quoq; sexus si uterque sit, nihil efficitur; ut id ēt non ignoratur; & duo igitur, & unus, & una necessariō esse debēt: hinc natura mutuū, ac praecipuū quendā hanc ob rem amorē inter mares, ac foeminas ingenuit; si ergo vel plures viri cū vna muliere, vel è cōtrariō plures mulieres cū uno viro matrimonio copulentur, sacrum hoc non constabit, uti Host. lib. 4. in rub. de sponsal. duorū, ac Thom. ab Arg. d. 39. cum seq. art. 2. concl. 1. cōcludunt; etenim & iuri natura, quocum diuinū coniungitur, repugnat; his. n. uerbis Erunt duo in carne una, & maritus adhærebit uxori suae, eo cautū est; & illi ēt Quod tibi nō vis, alij ne feceris, aduersatur [nam, q. uxorem tuā ab alio attingi non uis, hac eadem rōne, ne alterius ipse cōlectere, ius hoc, equumq; postulat; singularis quippe amor hic est, nemoq; hic socium sibi esse ex quo animo patit; quin ēt, si id uel suspicetur, grauiter affligitur] & coniugū denique tranquillitati, liberorumq; educationi obstat; nam, q. natura hoībus indictum est, non modō ut filios procreent, uerū ēt ut eos p̄creatos alant, ijsq; qbus decet, moribus imbuant, simul que trāquillo animo sint; planē, ubi mulier una pluribus uiris, pluribus uel mulierib. vnus uir hoc matrimonij uinculo coniungeret, uel nunq̄, uel rarō cōmoda liberorum hac institutio fieret, multoq; minus tranquillitas inter ipsos, atq; pax adesset; vnus igitur uiri vna uxor, & vnus uxoris maritus unus esse debet; quam ob rē Quia pagani circa plures in simul foeminas affectum diuidunt coniugalem, inquit enim Rom. Pont. in cap. gaudemus de diuor., utrum post conuersiones omnes, uel quam ex omnibus retinere ualeant, non immeritō dubitatur, & infra: uerūm absōnum hoc uidetur, & inimicum fidei christianae, cum ab initio una costa in unam foeminam sit cōuersa; & scriptura diuina testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne una; non plures, sed duo; nec dixit adhærebit uxoribus, sed uxori,

uxori, & infra: nec ulli unquam licuit simul plures habere uxores, nisi, cui fuit diuina reuelatione concessum. qui mos quandoque interdum esse fas censetur, per quem, sicuti Iacob. à mendacio, Israhelita à furto, & Sanson ab homicidio, sic & Patriarchae, & alij uiri iusti, qui plures leguntur simul habuisse uxores, ab adulterio excusantur; sanè ueridica hac sententia probatur, etiam de testimonio ueritatis in Euangelio, quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur; si ergo uxore dimissa duci alia de iure non potest, fortius & ipsa retenta, per quod euidenter apparet pluralitatem in utroque sexu, cum non ad imparia iudicentur circa matrimonium, reprobendam. Hæc ibi Romanus Pontifex; unum igitur uirum cum vna muliere matrimonio iungi posse constat; quare, etsi in gradu ab ecclesiæ prohibito matrimonium contraxerunt, cum à Christi fide alieni essent, si deinceps christiani fiant, cum illis uxori- bus ut sint, ipsis permittitur, ut in citato c. gaudemus probatur, qui tamē duas uxores duxerat, cum ea, quam prius duxit, sicut ibidem dicitur, uel cum altera, si eodem profusus tempore cum ambabus matrimonium contraxit, quod cum neutra ualuit, ut Host. lib. 4. in Rub. de sponsal., & Thom. ab Arg. dist. 33. cum sequen. quæst. 1. art. 2. conclus. prima inquirunt, esse, non cum utraque huic conceditur. II. Baptismum uterque susceperit; etsi enim inter eos, qui Christi fidem professi non sunt, matrimonium uerum est; ut in c. de infidelibus de cons., & aff., & in c. quanto de diuor., & in cap. si quis iudaica §. item illud 28. q. 1. dicitur; q. tamen inter illos repudij libello dato, dissolui potest; q. à Christi lege de eorum, quæ citauimus, iurium autoritate alienū est; ob eam rem neque ratū habebitur, neque sacramentum nominabitur. III. Ut, sicut in l. sponsalia ff. de sponsal., & in l. nuptias ff. de reg. iur., & in l. consensu C. de repud., & in §. nuptias itaq; in Auth. de nup., & in c. cum locum de sponsal., & in c. tua nos eodem, & in c. matrimonij cum seq. 27. q. 2. habetur, ac Thom. ab Arg. d. 27. cum seq. q. 1. art. 2. concl. prima, ac Petr. Sot. eod. lect. 3. inquirunt, cōsentiant; etenim matrimonij ut ab ipsis coniugibus mutua suorum corporū potestas sibi traditur, & hanc ob rē contractus imago etiā quadam ab eodē praefertur; uti Pet. Nicol. Mozz. in tractatu suo de nupt. in initio probauit; at ad cōtrahendū nemo cōpellitur; & id, quod nostrum est, nisi cōsentiamus, in alios non transtertur, ut in l. sicut. C. de act., & oblig., & in l. nec emere C. de iur. delib. probatur; ergo, ut consentiant necessariō requiritur; quare uir, qui uxorem ancillam duxit, modō, uel ipse seruus quoque non sit [tunc enim, & q. sua conditio deterior minimè redditur, & q. ut plus sibi à cōiuge tribuatur, quam ei ipse tribuit, postulare non debet] uel de coniugis seruitute antea; postea uel certior factus non contraxerit, contractum uel expresse, aut tacitō matrimonium non comprobauerit; hic enim cū coniuge necessariō esse cogitur, ut in c. p., & fin. de coniug. seru., & 29. q. 2. habetur, & Thom. d. 36. q. 1., & Thom. ab Arg. d. 35. cum seq. conclus. 2. art. 3., & Petr. Sot. lect. 3. de errore concludunt; quare, uir, inquam, qui uxorem ancillam duxit, ea repudiata, aliam ducere poterit; Ad nostram noueris audientiam peruenisse, inquit enim Rom. Pont. in citato c. 1. de coniug. seru., q. G. presbyter Card. Apost. sed. leg. R. militem à muliere quadam p̄ conditionis errorem separauit, ideoq; mandamus, quatenus si constiterit, q. miles ignoranter cōtraxit cum ancilla, ita quod, postquam intellexit cōditionem ipsius, nec factō, nec uerbo cōsenserit in eandem, p̄ quod per Cardinalem eundem ab eius fuerit consortio separatus, contrahendū cū alia liberam ipsi cōcedat autoritate Apostolica facultatē. Hæc ibi Rom. Pontifex, idem in c. 2. eod., & 29. q. 2. probatur; ac planē, cum hic per errorē lapsus sit; in errante, quod in l. cum resti cum seq. C. de iur., & fact. ign. habetur, & Phil. lib. 3. moral. in princ., & Scot. d. 30. vers. ad istam quæstionem tradunt, in errante, inquam, consensus esse nō potest; cum igitur ob eam rem, tum quod minimè ius, æquumq; postulat, ut, qui se liberū prebet, è contrario seruitute obligatam coniugē ipse recipiat, meritō matrimonium ab his contractū non ualebit. 1. Ipsimet consentiant; Sufficiat, dicitur. n. in c. 2. 27. q. 2., solus secundū leges consensus eorum, de quorum, quarumque consensu, & coniunctionibus agitur; qui solus si defuerit, cetera, etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Hæc ibi Summus Pontifex, idem in cap. 1. de desponsal. impub., & in cap. vn. §. fin. eod. in 6. probatur; atque Bacch. dist. 30. artic. 4. asseruit; etenim, cum ij, qui matrimonium cōtrahunt, graui iugo colla subijciant; iure, quorum res agitur, ne sibi, nisi uolentibus prauidicium fiat, ipsimet consentire omnino debent;



quare, quod idem in sponsalibus est; ob eam rem pater, qui alius iuravit se daturum vnam ex filiabus Titio, effi, quam det, in manu sua est; argu. l. in alternatiuis ff. de reg. iur. §. preterea instit. de nupt., & si vniuersè à vita decesserunt, excepta vna, eam dare cogit argum. l. 2. ff. de eo, quod certo loco, & una oblata, obligatione lenatus est l. si in emptione §. si emptio l. cum is ff. de contrah. empt., si tamen filia non consensit; sponsalia, sicuti Mozz. de substant. spons. num. 6. docuit, & infra probabimus, non valebunt. 2. Verè, id est ex animo consentiant; hac enim de re in cap. tua nos de spons. Rom. Pont. consultus sic respondit; Nos autem, quid iuris sit, rescribentes dicimus, quod, si res ira se habet, videlicet quod ille eam non proposuit ducere in uxorem, nec vnquam consensit in prædictam personam, non debet ex illo facto coniugium indicari; cum in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium, valeat inueniri; quoniam ex altera parte dolus solummodo affuit, & defuit omnino consensus; sine quo cetera nequeunt foedus perficere coniugale; non enim hic contrahendi matrimonium animus habet, sed potius decipiendi. Hac ibi Sum. Pont.; verè igitur ut consentiant, necessariò requiritur; id quod & Scot. dist. 30., & Bacch. dist. ead. art. secundo, & Thom. ab Arg. dist. 27. cum seq. artic. 2. conclus. prima, & Ioan. Nid. eod. cap. 7. in litera D, concludunt; si tamen cum ea viuat, mutataque voluntate in eam, uel tacito, effi non in facie ecclesiae, consentiat, modo coniux in voluntate permanserit, quod satis ecclesiae factum esse videtur, matrimonium hoc esse non inficiare; nam, & quando impedimento quoque matrimonium ritè contractum nullum esse deinceps reperitur, eo impedimento sublato, non, ut in facie ecclesiae iterum contrahatur, requirit, sed sicut esse quoquo modo contrahi Prius Quintum respondisse, atque sic frequentius seruari Nauar. in manual. cap. 22. nu. 70. testatur est. 3. Libère; Cum locum, dicitur enim in cap. cum locum de spons., non habeat consensus, ubi metus, uel coactio intercedit; necesse est, ut, ubi assensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur: matrimonium autem solo consensu contrahitur; & ubi de ipso queritur, plene debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus; ne per timorem dicat sibi placere, quod odit; & sequatur exitus, qui de iniuris solet nuptijs provenire. Hac Rom. Pontifex, idem in cap. veniens 1., & 2., & in cap. consultationi eod., & in cap. de illis, & in c. ex literis de desp. impub., & 25. q. 2. habetur, ac Mozz. eodem de substant. matr. nu. 4. docet; matrimonium igitur ui, metuue, qui in constantem virum cadat, mortis scilicet, cruciatus corporis, infamiae, seruitutis, atque huiusmodi, ut in l. interpositas C. de tranfact., & in l. si donationis C. de ijs, quae ui, met. caus. fiunt, dicitur, & Gloss. in c. cum dilectus extra de ijs, quae ui, met. caus. & Bon. dist. 29. q. 1. art. 1., & Thom. ab Arg. dist. ead. cum seq. q. 1. art. primo, & Scot. dist. ead. art. 1. inquirunt [quamuis, quod maior metus in viro, quam in muliere requiritur, quodque uis hac, aut metus, à quo, & ubi inferatur, animaduertitur, de eorundem, quos citauimus, sententia in iudicis arbitrio collocatur] matrimonium, inquam, igitur ui, metuue huiusmodi contractum, effi reliqui contractus metu facti ualent §. 1. in instit. de except.; quod tamen, quae Christo cum ecclesia est, coniunctione liberam significare non potest [cuius imaginem gerit, ut in cap. debitum de big. habetur, & Paul. his uerbis Magnum sacramentum hoc est, dico autem in Christo, & in ecclesia docuit] quod liberis [quorum procreatio matrimonij bonum dicitur] cum coniugem non diligat, minus operam dabit; quod denique fidem datam uiolabit [uxore sua enim cum non oblectetur, alienas concubatur] his, inquam, rationibus, uti Scot. dist. 29. art. 2., & Mozz. in colum. matrimonium nu. 5., & Thom. dist. ead. q. 4. art. 1. sentiunt; & in c. praesens 20. q. 2. habetur, & Abb. in citato cap. cum locum docuit, de communi que sententia Mozz. testatus est, matrimonium contractum nullum erit; esto enim & in illo metu verè, atque ex animo consenserit; esto sua culpa id factum sit, nisi de integro consentiat cap. veniens de spons., las. in l. si Titia ff. de verb. obliga., quod tamen hic consensus, idem que & liber postulat; nihilo magis, uti Scot. dist. ead. art. 2. inquit, de communi que sententia Petr. Sot. eod. lectione 3. testatur, ratum matrimonium habebitur; hinc mulieris raptori, in ipsius manu quamdiu mulier est, quod metu tunc consentire mulier existimatur, matrimonium ne contraheret, contractum uè ne ualeret, Trid. Synod. sess. 24. cap. 6. vetuit; Decernit, ait enim ibi sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium; quod si rapta à raptore

separata,

separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem, praebentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces; & si clerici sint, de proprio gradu decident; teneatur praeterea raptor mulierem raptam, siue eam uxorem duxerit, siue eam uxorem non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare. Hac sancta Syn.; hinc quoque, ne magistratus, terrarumque domini ad matrimonium contrahendum quempiam compellant ead. Syn. ead. sess. cap. 9. anathemate proposito prohibuit; Ita plerumque, dicitur enim ibi, temporalium dominorum, ac magistratum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excecant, ut viros, & mulieres sub eorum iurisdictione degentes maximè diuites, vel spem magnae hereditatis habentes minis, & poenis addigant cum ijs matrimonium inuitos contrahere, quos ipsi domini, uel magistratus illis praescripserunt; quare, cum maximè nefarium sit matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias nasci, à quibus iura spectantur, praecipit sancta Syn. omnibus cuiuscunque gradus dignitatis, & conditionis existant sub anathematis poena, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directe, vel indirectè subditos suos, vel quoscunque alios cogant, quò minus libère matrimonium contrahant. Hac sancta Syn.; libère igitur omnino consentire matrimonium contracturi debent; unde, quamuis parentibus in filios summam potestatem iura condonarunt, si tamen filij non consenserint, nec pro ipsis sponsalia contrahere ipsis permittitur, ut in cap. vn. §. fin. de despons. in pub. in 6., & in cap. 1. ubi Gloss., & Abb. id notant, habetur; quod enim filiorum conditio deterior sit; quòd vnus alterum potestati subiecti non sunt, his rationibus, ut not. Gloss. in citato cap. 1., & Thom. ab Arg. dist. 29. cum seq. quaest. 1. art. 2., & Scot. dist. 29. art. 2. asserunt, à patribus, quò uxores ducant, filij compelli non possunt. 4. De praesenti; Si inter virum, & mulierem, dfr. n. in cap. pen. de spons., legitimus consensus interueniat de praesenti, ita quòd vnus alterum mutuo consensu uerbis consuetis expresso recipiat, utroque dicente, Ego te in meam accipio, & Ego te accipio in meum; uel alia uerba consensum exprimentia de praesenti, siue sit iuramentum interpositum, siue non, non licet alteri ad alia vota transire; quod si fecerit, secundum matrimonium de facto contractum, etiam si sit carnalis copula subsecuta, separari debet, & primum in sua firmitate manere: haec ibi summus Pontifex; consensus igitur de praesenti, quòd matrimonium fiat, omnino requiritur, idem in cap. veniens 2., & in cap. sicut ex literis, & in cap. tua fraternitati, & in cap. fin. eod., & in tit. de spon. duor., & in cap. de illis de cond. appol., & in cap. cappellanus de fer. habetur, ac Mozz. eod. de substantialibus matrim. num. 4. asserauit; etenim, quip, qui promittit quippiam, non id iam facit, sed facturum se illud spondet, sponsalia tantum, ut in cap. penul. de spons., & in tit. eod. in 6. probatur, non matrimonium, etiam si iniurandum adhibeatur, efficiuntur. 5. Mutuò scilicet alter in alterum, uti Bon. dist. 17. quaest. 1. art. 1. docuit; etenim, si uel ego in hanc mulierem, ipsa uero in alium virum; uel ego in Titiam exempli gratia, quam hanc, quae praesens adest, esse existimo, cum non sit; illa uero in me consentiat; quòd in priori casu illa non in me, in posteriori ego in illam non contentio; uti Bacch. dist. 34. quaest. 1., & Bon. dist. 30. art. 1. quaest. 1., & Thom. ab Arg. dist. 29. cum seq. art. 3. quaest. 1. concl. 2., & Scot. dist. 30., & Petr. Sot. lect. 3. eod., ac Mozz. in 7. colum. num. 7. cum duobus seq. concludunt, nihil fiet; consensus quippe deest, quem necessarium esse antea asseruauimus; nanque in contractibus, qui onus in se continent, cuiusmodi matrimonium esse non ignoramus, si in re, de qua contractus fit, contrahentes non conueniant, uti exempli gratia, cum me fundum emere putarem cornelianum, tu mihi vendere sempronianum putasti, nihil efficitur, ut in leg. in uenditionibus cum seq. ff. de contr. empt. iureconsultus docuit, & de communi sententia las. in leg. si quis in fundi uocabulo num. 3. ff. de leg. 1. testatus est; quare, cum consentiam in Sciam, quam Socratis filiam, eandemque ditem esse existimo, cum neutrum verum fiet, matrimonium ualebit; cum consentio in Titiam, & Elisabeth est; quòd hic error in persona, ibi in qualitate intercedit, matrimonium de eorundem autorum sententia non constabit; nam, & hac ratione Iacob cum Elia matrimonium non ex priore, sed ex posteriore consensu ualuisse Tart. dist. 30. comprobauit. 6. In matrimonio id est in traditione mutua potestatis suorum corporum quò ad concubitum; uti Bon. dist. 28. quaest. 6. art. 1., & dist. 35. quaest. 1. art. 2.,

art. 2., & Thom. dist. 28. quaest. 4. concludunt; vt mutuo igitur alter alterius corporis potestatem quoad complexus venereos habeat, de eorum, quos citauimus, sententia consentiant; quare concubitus, qui praeterea consequitur, potestatis illius iam tradita effectus, vsusve potius eius quidam esse existimatur. 7. Perpetuo, id est vsque ad mortem; sic enim in cap. fin. de cond. appof. probatur, sic Bon. dist. 27. quaest. 1. art. 1. docuit; Quos etenim Deus coniunxit, homo ne separaret, hac de re agens Christus dominus sua lege cauit postremo matrimonium, quatenus sacramentum est, ipsius Christi cum ecclesia coniunctionem significat; sicuti ergo coniunctio illa perpetua est, ita matrimonij vinculum perpetuum, atque idcirco vsque ad mortem esse debet; quare, qui vxorem, conditione hac adiecta, donec aliam locupletiore inuenerit, duceret; quod vim, ac naturam sacramenti tollit, vt in citato cap. fin. probatur, nihil faceret; & matrimonium non constaret, sicuti Mozz. de substat. matr. num. 19. asseruit. 8. In facie ecclesiae, id est praesente parcho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij, licentia, & duobus, vel tribus testibus; Qui aliter, inquit enim Trid. Syn., quam praesente parcho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarij, licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Syn. ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit, & annullat. Hac sancta Syn. necessario igitur haec duo requiruntur, & vt parochus, de ipsiusve, aut ordinarij licentia alter, & duo, tresve testes interfint; copula enim illam Et utrunque postulare in §. pen. in inst. de hered. inst. probatur; quare, si personae huiusmodi non interfuerint; quod sancta Syn. si aliter matrimonium contraheretur, nullum esse uoluit; nihil fiet, atque idcirco sponsalia, etsi olim transibant, concubitu secuto, in matrimonium, hodie tamen Trid. Synodi sanctione hac, id quod Mozz. in 4. colum. de natural. sponsal. animaduertit, non transibunt; quare ex his constat, & quod matrimonium speciem contractus habet, contrahentesque causa efficiens contractus sunt, & quod olim clam matrimonia contracta ualere sacerdote nullo intercedente, sacerdotem efficientem causam matrimonij non esse: ac de ijs, quae necessario efficienti causa matrimonij inesse debent, haec tenent; ad ea, quae eidem inesse, sed non necessario; & primum ad illa, quae sibi cum reliquorum sacramentorum eadem causa communia sunt, transeamus.

*De ijs, qua causa efficienti inesse, quamuis non necessario debent; communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum eadem causa sunt, Cap. III.*

**I.** N E S S E quoque eidem efficienti causa, quae sibi cum reliquorum sacramentorum eadem causa communia sunt, quamuis non necessario, haec debent. Primum ne in mortiferi peccati culpa perseuerent; vt in cap. illud 95. dist. & in cap. per Iaiam 1. quaest. 1., probatur, & Nauar. in Manual. cap. 22. num. 3., & num. 81., & Ioan. Nid. eod. cap. in litera C, & Petr. Sot. eod. lect. 16., & Mozz. qui matri. contrahere poss. num. 22. inquit; alioquin, sicut, & Scot. dist. 26. eod. vers. De ministro ait, gratiam non consequetur; Dico enim, inquit ipse, quod duae gratiae in animabus contrahentium, & hoc, nisi sit obex peccati mortalis hinc, & inde; non enim sufficit ad gratiam percipiendam, quod contrahens non sit fictus respectu sacramenti, sed oportet, quod prius poenituerit; quia istud sacramentum non dat primam gratiam. Hac ibi Scot.; mortifera igitur peccata [si gratiam consequi velint] detestentur, eos oportet.

**II.** Ne censura ecclesiastica irretiti sint; vt igitur eos praeteream, qui de suo gradu re, verbisve deieci, quique suspensi sunt, quae ad clericos spectant, qui matrimonium ordinibus sacris initiati contrahere non possunt, vt deinceps probabimus; sicuti maioris excommunicationis vinculo illaqueatus a nuptijs se abstinere debet, quamuis, si fiant, irritae non sint, vt in c. significasti, vbi Abb. de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adul. probatur,

baris, & Glossin cap. illud dist. 95., & in cap. alma de sent. excom. in 6., & Felin. in Rub. de sponsal. & Mozz. e. in cap. qui possunt matrimonium contrah. num. 22., & Caiet. in sum. in verbo Matrimonium contractum quibus causis possit dirimi, & Petr. Sot. eod. lect. 16., & lect. 9. ait, de communione sententia Nauar. in Manual. cap. 27. num. 36. in fin., & Syl. de excom. 3.; & Tab. de excom. 1. num. 17. testantur; ita & minori excommunicatione irretitus, interdictum, ne matrimonium contrahat, prohibitus, vt in tit. de matr. contr. contra interd. ecclesia dicitur, & Mozz. eod. num. tradit, quamuis contractum & hic valeat, vt in cap. 1., & sequen. habetur, contrahere matrimonium iure non potest. III. Eius gratia, cuius institutum est, matrimonium contrahant, scilicet vt filios Christianae religionis amatores procreent, peccataque euitent; haec enim Deus, haec matrimonium postulant; vt Cat. in cap. Quibus causis est in eund. matr. & Petr. Sot. lect. 16., & Mozz. eod. de substat. matr. num. 31. inquit; etenim; si hoc animo in primis contrahatur, quamuis postea accedat ad haec haereditis, relinquendi desiderium, forma, diuitiae, generis splendor, morum similitudo, huiusmodi sane rationes, cum matrimonij sanctitati non repugnent, damnaeque non sunt; neque enim in sacris literis Iacob ille sanctissimus, quod Rachelem eius pulchritudine illectus Lia praetulerit, de eorundem Cat., & Petr. Sot. ibidem, & Mozz. sententia reprehenditur, quare matrimonio nihilominus, quod citati auctores; vniuersique concludunt, valebit. 1. Actum propositum huiusmodi habeat. 2. Libenter id habeant; haec de ijs, quae sibi cum reliquis sacramentis communia sunt, haec tenent dicta sunt; ad ea, quae ipsius causa magis propria sunt, quamuis non necessario inesse ei debeant, transeamus.

*De ijs, quae eidem causa efficienti inesse, quamuis non necessario, debent; propria tamen magis ipsius sunt, Cap. IV.*

**I.** N E S S E quoque eidem causa, quamuis non necessario, quae propria tamen magis ipsius sunt, haec debent. Primum, vt mortifera peccata, quibus, conficti tenebatur, confessi sint; praeterea enim quod de peccatorum venia certiores erunt, Trid. Syn. sess. 24. de reform. matr. cap. 1. ad id eos hortata est; Postremo sancta Syn. coniuges hortatur, dicunt enim ibi, vt, antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonij confirmationem, sua peccata diligenter confiteantur; & ad sanctissimum eucharistiae sacramentum pie accedant. Hac ibi sancta Syn., tantorum igitur patrum consilium non aspernabimur, etsi, vt generatim tradidimus, & Mozz. eod. de matrim. qui possunt contrahere num. 22. contra receptum esse testatus est, ac Did. Couar. in epit. de sponsal. in 2. par. cap. 6. inquit, si contra fiat, matrimonium valebit. II. Eucharistiam susceperint; sicuti sancta Syn. in citato loco nos admonuit; sic etenim fiet, vt cum Christo prius copulentur, cuius coniunctionis imaginem quandam matrimonium praesferre antea diximus; haec duo tamen, quod & post matrimonium contractum saltem vt fierent, sancta Syn. admonuit, ob eam rem necessaria non esse eadem indicauit. III. De parentum, eorumve consensu, sub quorum cura sunt, matrimonium contrahant; sic enim in cap. honorantur pariter 3 2. quaest. 2. probatur, sic Bacch. dist. 3 1. art. 4., & Tart. dist. 29., & Cat. eod. in fin. concludunt; Inter caetera autem maxime hortandi sunt filii familias, inquit enim Cat., vt parentibus, & ijs, in quorum fide, & potestate sunt, eum honorem tribuant, vt ipsis inscientibus, ne dum inuitis, & repugnantibus, matrimonium non ineant; nam in veteri testamento licet animaduertere filios a patribus semper in matrimonium collocatos esse; qua in re plurimum illorum voluntati deferendum esse apostolus etiam videtur ijs verbis indicare Qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit; & qui non iungit, melius facit. Hac ibi Cat.: si tamen contra ab ipsis fiat, quamuis eos peccare Petr. Sot. eod. lect. 3. asseueret, nihilominus, iure civili, quod contrarium uoluit, explorato; quia scilicet praecipua eorum res agitur, matrimonium ualebit, ut in cap. ueniens primo, & ibi not. de sponsal. habetur, & nouissimè Trid. Syn. eod. cap. 1. de reform. declarauit; Tametsi dubitandum non est, inquit enim ibi sancta Syn., clandestina matrimonia liberò contra-





maritū mortuū esse crederetur, in facie ecclesiae alterū duxit, statimq; atque priorem viue re nuntiatum est, posteriorem dimisit; in his enim casibus excusatur, uti in cap. 1. 24. quæst. 1. cum seq., & in cap. in lectum mariti 34. quæst. 2., & in cap. proposito 22. quæst. 5. habetur, quamuis, inquam, cum alter ipsorum adulterum commisit, alter verò aut illi dicitur in re assensus non est, aut ipse quoque non adulterauit, postvè adulterium debitum illi non reddidit, aut ab eo non exegit, ut in cap. significasti, & ibi not. Abb. cum seq. de diuor., & in cap. discretionum de eo, qui cogn. conf. vxor. sua: & in cap. 1. cum duobus seq. 32. quæst. 1. habetur; in hoc casu, sicut, & quando in hæresim lapsus est, ut in cap. quæsiuit, & ibi not. Abb. de diuor., probatur; non matrimonij quidem vinculum dissolui, ut de cõmuni sententia Petr. Sot. lect. 13. in 1. par. testatur, sed debitum illi per se negari [quæ totū separatio dicitur] iudicio verò ecclesiae, ne secum habitet, fieri quoque potest. II. Fides alterum matrimonij bonum, idest fidelitas quædam, qua mutuo vir vxori, & vxor viro, ita se obstringit, ut alter alteri sui corporis potestatem tradat, sanctumque illud coniugij fœdus nunquam se violaturū polliceatur, uti Thom. dist. 31. quæst. 2., & Sot. dist. ead. art. 2., & Scot. dist. ead., & Petr. Sot. lect. 15., & nouissimè Cat. eod. cap. de bonis matr. concludunt; quare ob eam rem, quod mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, sicuti alteri sui corporis potestatem facere non potest, ita, si mortiferi peccati culpam effugere velit, quod Caiet. in verbo Vfus matrimonij ait, communiterque receptum id esse Syl. in verbo Debitum coningale num. 10. testatur, coniugi nutibus, verbis, ratione uel alia debitum petenti, modo iure petatur, de eorum, quos citauimus, & Nauar. in Man. cap. 16. num. 25. sententia reddere debet; etenim, si vel corpori, animæ uel coniugum, vel fœtui detrimento esset, ratione uel alia impediretur, tunc liberè id negari potest, ac debet; non igitur in loco sacro si petatur, ut Caiet. eod., & Petr. Sot. eod. lect. 16., & Nauar. in Man. cap. 16. num. 32. inquit, quod & locum pollui, mortifereque peccari Gloss. in cap. 1., & in cap. ecclesia. dist. 68., & Nauar. in Man. cap. 27. num. 253., & Petr. Sot., & Caiet. ibidem concludunt; non in loco publico; natura enim hominibus infusus pudor id prohibet, oculi [modo impudici, in terperantisque omnino non sint, ut Caiet. ibidem, & Nauar. in cap. 16. num. 24. asserunt] ferre id nequeunt; non, si in adulterio perseveret, ut in cap. 1., & cap. si quis 32. quæst. 1. habetur, de communi sententia Nauar. eod. cap. num. 28. testatur; ea enim ratione assentiri ei videretur, quamuis, quod in muliere ratio hæc locum habere aut nunquam, aut raro potest, debitum ipsa reddens excusetur; non, si continentiam uouit; quod tunc huic, qui se voto huiusmodi obligauit, si petat, reddi non debet, etsi alter non eo obstrictus vinculo, etiam si uouenti consenserit, quod non idcirco se iure suo priuasse Innocentius in cap. primo de conuer. coniug. asseruit, communiterque Nauar. eod. cap. num. 32. receptū id esse testatur, petere, ut sibi reddatur, potest; atque idcirco, si ambo id uouissent, matrimonioque deinceps uterentur, sicuti in cap. quod Deo pari 33. quæst. 5. dicitur, ac Nauar. sensisse omnes fatetur, mortifere peccaret; in his casibus, inquam, iure debitum maritus uxori, & uxor marito negabit; & cum mortiferum peccatum intercedat, negare debebit. III. Coniunctionis Christi cum ecclesia significatio; Fratritati tuæ diximus respondendum, inquit enim summus Pontifex in cap. debitum de big., quod, cum duo sint in coniugio, uidelicet consensus animorum, & commissio corporum, quorum alterum significat charitatem, quæ consistit in spiritu inter Deum, & iustam animam, ad quod pertinet illud, quod dicit Apostolus, Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo; reliquum uerò designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum, & ecclesiam, ad quod pertinet illud, quod Euangelista testatur Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; profectò coniugium illud, quod non est ex commissio- ne corporum consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum, & ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum; iuxta quod Paul. exponens illud, quod prædixerat protoplastus Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; & propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit uxori suæ, & erunt duo in carne una, statim subiungit, hoc autem dico magnum sacramen- tum in Christo, & ecclesia. Hæc ibi Romanus Pontifex, idem Scot. distinct. trigesima- prima, & Thomas Elysius, & Goradius Cling. in locis communibus in capitulo 41., & Gloss.

& Gloss. in cap. ex publico de conuerf. coniug., & Mozz. eod. in columna inscripta Ma- trimoniū nu. 3., & de diuisione matrimonij nu. 3. inquit; quare hinc etiam fit, ut ma- trimonium à nobis consummatum dissolui nequeat, & ut inter eos, qui baptismo initiati non sunt, ratum non sit, uti Mozz. eod. num. 4. concludit; nam, quod matrimonium inter Christi fideles consummatum cõiunctionem Christi cum eccl. significat, sicut Chri- stus carnem semel indutam, atque naturam non dimisit, ita matrimonium huius- modi esse debet; inter infideles verò, quod id minus credunt, secus est. IV. Meritum dū debitum redditur, uti Thom. dist. 26. q. quarta, & in addit. 3. p. q. 41. art. 4., & Sot. dist. ead. quæst. 1. art. 3. concl. secunda, & Thom. ab Arg. dist. 31. quæst. 1. art. 3. sentiunt, si nel ut debitum reddat, quod iam diximus, uel, ut filios ad christianā fidem propagandam pro- creet, matrimonio utantur; sicut tamen, si, quod se oblectent, cõcubitu utantur, leuiter, uti de communi sententia Thom. ab Arg. dist. 31. q. 1. artic. 4. testatur, offendunt; ita, si ne in peccatum incidant, id fiat, peccatum nullum committunt, uti Mozz. de subst. matrim. docuit nu. 31.; huiusce nanque rei gratia à Deo institutum secundo loco fuisse matrimo- niū probabimus, quod cum ita sit, quæ fiat, ut remedia diuinitus cū peccato instituta esse assereremus? Propter infirmitatem, inquit enim Paul., unusquisque propriam vxorem habeat, & una quæque proprium virum; & Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex con- sensu ad tempus, ut uacet rationi, & iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet uos Sa- ranas propter incontinentiam, idem Apost. adiecit; quare opinionem hanc, quam, ut re- fert Sot. dist. 31. q. 1. art. 4., Allisiodorensis, Hug., Scot., Durand., Caiet., Syl. sequuntur, nouissimèq; Mozz. de subst. matr. num. 31. amplexatus est, probabiliorèq; Sot. ibi- dem existimauit, tanquam rationi consentaneam amplector, ac sequor: ac de effectibus per se sacramenti hætenus; ad effectus eiusdem, sed per accidens, transeamus.

## De effectibus sacramenti Matrimonij per accidens Cap. XI.



FFECTVVM denique sacramenti matrimonij per accidens. Primus I. quidem, ut Apost. illis uerbis Saluabitur mulier per filiorum generatio- nem docuit, in Catechismoque eodem cap. de tripl. bono refertur, piè, sancteque educandis liberis parentes plurimum merentur. II. Ob felices deinceps partus, qui ad Deum colendum in lucem eduntur, beatorum numerus in cœlesti patria augetur, beateq; illæ sedes magis, magisque frequentantur. III. Spirituum postremo iactura, quæ eorum superbia III. facta est, uti Scot. dist. 26., & Tart. dist. ead. inquit, tollitur: ac de effectibus matrimonij quatenus sacramentum est, hætenus; ad eos, qui eiusdem sunt, non quatenus sacra- menti rationem habet, sed ab eo iure hoc, illo uel proficiscitur, & primum quatenus iure diuino ante hominis casum, uti uetustiori, transeamus.

## De effectibus Matrimonij, qui ab eo iure diuino ante hominis casum emanant, Cap. XII.



FFECTVVM igitur matrimonij, qui ab eo, quatenus sacramentū non est, iure diuino ante hominis casum, emanant. Primus quidem, I. ut in cap. Deus masculinum 31. q. 1. habetur, & Sot. dist. 26. q. 1. art. 2., & Thom. ab Arg. dist. 31. q. 1. art. 1. concl. secunda, & Bacchi. dist. ead. art. 3., & Bonau. dist. 26. quæst. 2. art. primo, & Scot. dist. ead. q. prima, & Tart. dist. eadem, & Magist. eod. cap. primo, ac nouissimè Catech. cap. de matrim., quatenus est in offic., concludunt, hominum gene- ris ad veri Dei cultum propagatio, atque auctio, est; Crescite, & multiplicamini, & re- plete terram, iussit etenim in initio Deus; iure diuino igitur, quod Deus id præcepit; & quod, antequam homo in tantas erumnas incidisset, id imperauit, ante hominis casum effectus

II. effectus hic proficiscitur; quod itidem creauit Deus hominem, ut cognosceret summum bonum, cognoscendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur; id verò, si verum Deum non coleret, ac veneraretur, consequi non poterat; ideo iure ad veri Dei cultum quoque adiecimus. II. Ad veri Dei cultum liberorum procreatio, atque educatio; qui effectus, quoniam eo genus hominum augetur, ac conseruatur; ob eam rem ipse proximus appellatur: ac de effectibus hisce haec tenent; ad eos, qui eodem iure, sed post hominis casum proficiscuntur, veniamus.

*De effectu Matrimonij, qui ab eo iure diuino post hominis casum, emanat,*  
 Cap. XIII.



EFFECTVS itidem matrimonij, qui ab eo [quatenus sacramentum non est] iure diuino post hominis casum emanat, concupiscentiae; libidinisque compressio est; sic enim Mag. eod. cap. primo, & Thom. Elyf. quaest. 23. art. secundo, & Perr. Sot. lect. 16., & Bonau. dist. 26. art. primo quaest. prima, & Scot. dist. ead. quaest. prima, & dist. 33. art. 1. q. prima, & Tart. dist. ead. 26., & Sot. dist. ead. q. 1. art. 2. concl. prima, & Thom. ab Arg. dist. 31. quaest. 1. art. 1. conclus. secunda, & Bacch. dist. ead. quaest. 1. art. 3., & Ioan. Nid. eod. cap. 7., & Mozz. de matrim. num. 9., vniuersisque sentiunt, sic in §. his ita responderetur dist. 32. quaest. 2. probatur; His ita responderetur, dicitur enim ibi, prima institutio coniugij in paradiso facta est, ut esset immaculatus torus, & honorabiles nuptiae, ex quibus sine ardore concupiscentiae conciperent, sine dolore parentent; secunda propter illicitum motum eliminandum extra paradysum facta est, ut infirmitas proha in ruinam turpitudinis honestate exciperetur coniugij; vnde Apost. scribens ad Cor. ait, Propter fornicationem vnusquisque habeat uxorem suam, & vnaqueque habeat virum suum. Haec ibi habentur; post igitur hominis casum, ut libido comprimeretur, institutum esse matrimonium satis constat; etenim, dum suam libidinem virtute matrimonij quis satiauit, ne illicitos, foedosque, concubitus appetat, efficitur: quod tamen ad huiusmodi corporis voluptatem tollendam potiora haec remedia habemus, ieiunia scilicet, preces, in pauperesque largitates; ideo, uti Ioan. Nid. eodem, & Bonau. dist. 26. quaest. 2. artic. 2. inquit, ad matrimonium contrahendum non obligamur: ac de effectu huiusmodi satis dictum sit; ad eos, qui a matrimonio iure naturali proficiscuntur, veniamus.

*De effectibus Matrimonij, qui ab eo iure naturali proficiscuntur,*  
 Cap. XIV.

I. EFFECTVVM verò matrimonij, qui iure naturali ab eo proficiscuntur. Primus quidem, sed remotus; uti Pet. Sot. lect. 15., & Sot. dist. 26. quaest. 1. art. 1. conclus. secunda, & Marc. Cic. in offic. lib. 1. paulo post princ. inquit, & in l. 1. §. ius naturale ff. de iust. & iur., & in instit. de iure nat. gent., & ciuil., & in cap. ius naturale dist. prima probatur, humani generis conseruatio, atque propagatio est; quod enim id natura hoc, illoque homine, morte intercedente, fieri non poterat; ideo, uti Sot. ibidem docuit, & in l. liberorum ff. de verb. sign. innuitur, propagatione illud ut efficeret, conata est; ac plane quis est, qui naturam ut id fieri perneget? esto enim, Deus id minus iussisset; tamen, sicuti nullo monitore, sed natura solum impellente, cibum sumimus, quod vinamus; ita, & nulla institutione, quod hominum genus conseruaretur, eiusdem naturae uti edocui liberis operam dedissemus; quare hac ratione inter eos, qui a Christi fide alieni, baptismoque initiati non sunt, matrimonium esse Mozz., qui matrim. contr. poss.

II. poss. num. 25. declarauit. II. Liberorum procreatio; ad hoc enim natura impellitur, quod scilicet priorem effectum consequatur; Ius naturale est, dicitur enim in instit. de iur. nat. gent., & ciuil.; quod natura omnia animalia docuit; nam ius istud non solum humani generis proprium est, sed & omnium animalium, quae in caelo, quae in terra, quae in mari, nascuntur; hinc descendit maris, atque foeminae coniugatio, quam nos matrimonium appellamus; liberorum procreatio; & educatio; idem in citato cap. ius naturale, & in l. 1. §. ius naturale ff. de iust. & iur. habetur, ac Bonau. dist. 33. q. 2. art. primo, & Petr. Sot. eod. lect. 15. de bon. matr., & Mozz. de substant. matr. num. 29. concludunt; quare, & cum ceteris animantibus, quae eadem naturae uti ad prolis procreationem feruntur, commune nobis id est. III. Eorundem educatio, ut in citatis iuribus probatur; neque enim hominum genus, quod natura plurimum studet, conseruaretur, augeturque, nisi animantibus, quibus procreandi amorem quendam ingenuit, & partus in lucem editos educandi quoque desiderium quoddam ingenuisset; id quod, & si in vniuersis animantibus id fieri debuit, seruarique oculis ipsis cernimus [quandiu naque eorum fetus ad id auxilio eget, ab ipsis non deseruntur] multo magis in hominibus id fieri oportuit, ac custodiri videmus; non enim ut corpore tantum augeantur, corroborenturque homines, id requiritur, verum etiam, sicuti Sot. dist. 26. quaest. 1. art. 1. conclus. secunda declarauit, & Philos. lib. 8. mor. cap. 12. docuit, ut eorum animi excolantur, id postuletur; quare, quod sumus; quod nutrimur; quod instrumur, tria haec [quae summa sunt] parentibus accepta nos referre debere Philos. eod. in cap. existimauit; hinc filij quocumque concubitu parti a parentibus alendi sunt per cap. cum haberet de eo, qui dux. in matr. quam pol. per adult.; hinc Bart., Alex., Fel., Spec. in l. Si quis a liberis §. parens ff. de lib. agn. in l. si cum dorem §. 1. num. 9. ff. sol. matr., in cap. ex rescripto de iure iur., & in tit. qui filij sint legit. §. 1. nu. 12. ius alendi filios tolli pacto non posse concludunt. IV. Mutua obsequiorum, operarumque hac in re itidem praestatio; sic enim Sot. dist. 26. quaest. 1. artic. 1. conclus. secunda docuit; sic natura ipsa id declarauit, atque, ut id esset, effecit; nam, ut Philos. eod. in cap. asseruit, viris, ac mulieribus propria quaedam munera assignauit; hinc natura eadem magistra, ut foeminae foetus in corpore ad praescriptum quoddam tempus gerat, in lucem que editos ut lacte pascant, uel ut oua foueant, quod filios procreent, procreatosque nutrant indictum est; hinc eadem duce, ut mares his in rebus praesto sint, opemque ferant, est demonstratum: ac de fructibus hisce haec tenent; ad eos, qui ab eo iure gentium emanant, transeamus.

*De fructibus Matrimonij, qui ab eo iure gentium emanant,*  
 Cap. XV.

I. VRE gentium verò fructus huiusmodi ab eo enascuntur. Primus, uti Tart. dist. 28., & Petr. Sot. eodem lect. 12., & Scot. d. 26. in praemis. concl. 2. inquit, & in c. 3. de conuers. coniug., & in cap. non debet de consang., & affin., & in c. nosce desideras 30. q. 1. habetur, mutua corporis alterutrius [quatenus pertinet ad concubitum] dominij acquisitio est; quare vxor sui corporis potestatem non habet, sed uir, & uir potestatem sui corporis non habet, sed mulier, ut Apost. docuit: iure autem gentium id esse non est, quod quis inficietur; iuris enim huius uti agris termini positi, dominia distincta, & penè contractus vniuersi [quorum contractuum speciem quandam matrimonium gerit, in eorumque numero etiam habetur] inuenti sunt, ut in §. ius autem gentium in instit. de iur. nat. gent., & ciuil., & in l. ex hoc iure gentium ff. de iust. & iur., & in cap. ius gentium dist. 1. habetur; vnde, et si Scot. id factum esse a Deo asseuerat; quia tamen per ipsum regnat reges, & legum conditores iura decernunt, huic iuri effectum huic assignauimus. II. Ad mutuum sibi concubitus debitum reddendum obligatio; cum enim potestas corporis alterius in alterius potestatem, ac dominium iure gentium transferatur, merito, cum eo uti uolunt, ne inutile dominium illud fiet, praestari id debere eodem iure cauetur;

cauetur; hinc, quod & pluribus de natur. matrim. num. 14. Mozz. probauit, Nolite, ad Cor. cap. 7. scribens Paul. inquit, fraudare inuicē, nisi ex consensu ad tempus; & vir uxori debitum reddat, & vxor uiro; hinc & possessorio iudicio, uel si malit, peutorio, si dimiserit eam maritus, uxor agere potest, uti Mozzius Quae actio pro matrimonio detur declarauit. III. Amicitia itidem conciliatio; sic enim Philof. eod. cap. id indicauit, sic Trid. Syn. sess. 24. cap. 5. eod. innuit; In secundo enim gradu, inquit enim ibi sancta Syn., non dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam utilitatem; hanc autem publicam utilitatem in primis, ut inter sese concilientur, amicitiae fiant, esse Nauar. in man. cap. 23. num. 82., declarauit: quod autem effectus hic inter omnes homines matrimonij huius vinculo enasci conspicitur; ideo inter effectus, qui ab eo iure gentium emanant, merito illum collocauimus. IV. Affinitas; ut in l. non facile in §. sed quoniam credo ff. de grad., & in §. affinitatis, in instit. de nupt., & in tit. de consang., & affin. habetur: haec autem affinitas, quod nascatur; quod, ut matrimonium contractum sit, sicut citatis iuribus probatur, & in §. affinitatis cum seq. in instit. de nup. habetur, sin id minus, ut viri semen in mulieris aptum, praescriptumque à natura uas infusum sit, necessarium requiritur, sicut Thom. ab Arg. dist. 41. cum seq. quaest. 1. art. secundo, & Bacch. dist. 39. art. 2., ac Mozz. in 7. columna numero 41. inquit, de communi que sententia Syluest. eod. §. num. 15. testatur [eademque proxima ratione, sicuti Rosel. impedim. 14. num. 8. asseruit, & matrimonium consumatur; & ut vir & mulier una caro sint, efficitur; unde & viri consanguinitas mulieris esse existimatur, & quae mulieris ipsius viri esse contra censetur, ut in cap. fraternitatis 3. quaest. decima, & in cap. aequaliter 35. quaest. 3. probatur, & Bacch. eod. docuit] ideo, ne mariti consanguineus cum vxore post mortem mariti, & ne vxoris consanguinea cum marito post mortem vxoris matrimonium contrahat, prohibitum, contractumque ne ualeat, cautum quoque est; sic enim in citato §. affinitatis, & in tit. de consang., & affinit. probatur; neque iniuria, nam praeter quam quod amicitia matrimonij effectus longius, latiusque suos fines non producit [non enim noui amici conciliantur] libidini ampla fenestra, sicuti Thom. dist. 41. quaest. prima art. 1. ait, aperiretur; nam, cum vxor cum mariti consanguineis; & maritus cum uxoris simul esse, vitamque simul agere sapius necessarium cogantur; si inter ipsos nuptiae esse possent, non facile à concubitu, quasi extraneorum se abstinere, ac temperarent; non igitur maritus cum vxoris consanguinea, nec vxor cum mariti consanguineo unquam, si ascendentes sint, quod communiter receptum esse Mozz. in 7. colum. numero 43. testatur, usque ad quartum gradum, si alij, ut in citato §. affinitatis, iuncto §. ergo non omnes, & in cap. non debet de consanguin., & affinit. habetur [modò affinitas haec è matrimonio nascatur] matrimonio iungentur; ratione enim alia scilicet ex concubitu tantum huiuscemodi affinitas cum enascitur, angustioribus quasi cancellis duobus scilicet gradibus recentiori iure terminatur; Praeterea, inquit enim sancta Synodus, ut sess. eadem cap. 4. habetur, eisdem, & alijs grauissimis de causis adducta impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui primo, & secundo, gradu coniunguntur, restringit; in ulterioribus uero gradibus statuit huiuscemodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere: haec ibi sancta Synodus, quae & Mozz., quò soluantur sponf. numero 15. declarauit; ultra igitur duos gradus, cognatione hac non repugnante, matrimonium ualebit: quo quidem termino huiuscemodi quoque affinitates, quae ante Trident. Synod. ortae essent, coartari, coangustarique Romani Pontif. declararunt; non igitur iure hoc, qui in tertio gradu sunt, inter sese matrimonio iungi; sicuti iam diximus, prohibentur, sicuti nec consanguinei vxoris cum mariti consanguineis uentantur; ut in cap. super eo de consanguin., & affinit. probatur; Super eo igitur, dicitur enim ibi, quod pater, & filius cum matre, & filia; & duo cognati cum duabus cognatis; auunculus, & nepos cum duabus fororibus contrahunt matrimonia, taliter tibi duximus respondendum, quod licet omnes consanguineos tamen uxoris, & viri ex eorundem scilicet viri, & uxoris coniugio nulla prorsus est affinitas contracta, propter quam matrimonium inter eos debeat impediri. Haec ibi Summus Pontifex; inter hos igitur matrimonium constare posse probatur, idem in cap. sanè

cap. sanè 3. quaest. tertia, & in cap. porro eadem quaest. quinta habetur, ac Thomas dist. 41. quaest. prima artic. primo, & Thomas ab Argent. distinct. eadem cum sequen. quaest. prima art. secundo, & Bacch. dist. 89. q. 1. art. 2., diuinarumque rerum scriptores uniuersi concludunt: uerum, quod affinitas gradus non habet, sed à consanguinitate eos mutatur; ideo, quoto gradu mariti consanguineus à marito, vxorisque consanguineus ab ipsa vxore distat; totidē vxor à mariti consanguineis, maritusque ab vxoris distabunt: natura denique hoibus inditū esse, ne cum ipsa matrimonium fiat [quāuis gradus à potificio praesertim iure praescripti sint, ut in citato c. non debet probatur] nemo iure inficiabitur; nā, si priuignam, si nurum vxorem ducere non licet, quod loco filiae sunt; si socrum, ac nouercam, quod matris loco habentur, ut in §. affinitatis cum sequen. in instit. de nupt. probatur; quis neget cum filiabus, matribusque matrimonium, & natura, & diuino iure prohiberi? Propter hoc relinquet homo, ut iussit Deus, patrem, & matrem, & adhaerebit vxori suae. V. Consanguinitas; qui enim ab ijs, qui matrimonio iuncti sunt, oriuntur, hi cum inter se, tum eorum, à quibus orti sunt, consanguinei dicuntur; Consanguinitas nanque, uti Gloss. in decl. arboris consanguin. distinc. 75. quaest. quinta, & in titulo de cognat. spirit. in 6. docuit, quam communiter receptam esse Nauar. in manual. capit. 22. numero 41. recepit, duarum personarum, quarum una ex altera, ambavē ab eodem descendunt, propinquitas est: hanc autem cognationem, sicuti à iure gentium esse iure consultus in l. adoptiuus §. ferules quoque cognationes ff. de ritu nuptiarum indicauit, ita & ab ijs etiam enasci, qui matrimonio iuncti etiam non sunt in l. nihil interest ff. eod. docuit; Nihil interest, inquit enim ibi iureconsultus, ex iustis nuptijs cognatio descendat, an uero non; nam & vulgò quaesitam sororem quis ueratur vxorem ducere. Haec ibi iureconsultus ait; quare, quod cognatio haec, quò minus amicitia matrimonij fructus dilatetur, impedimento est; quodque, cum simul uiuere consanguinei cogantur, ne libidinum corruptelis se contaminent, uerendum esset; ne matrimonio inter se iungantur, iunctique ut dissoluantur, iure cautum est; nam ascendentes primò cum descendibus nuptias contrahere quocumque tempore prohibentur; Inter eas enim personas, inquit enim Imper. in instit. in §. ergo non omnes de nuptijs, quae parentum, liberorum uel locum inter se obtinent, contrahi nuptiae inter se non possunt, ueluti inter patrem, & filiam; uel auum, & neptem; uel matrem, & filium; uel auum, & neptem, & usque in infinitum. Haec ibi Imperat., idem in l. nuptiae 3. ff. de ritu nupt. habetur, iureque pontificio hocce perpetuò impediri, quò minus matrimonio copuletur, Abb. quamplurimos id asseruisse in c. non debet de cons., & affin. recenset, communiterque; id receptum esse Gloss. in citata declaratione arboris consang. 25. q. 5., & Mozz. in 7. col. num. 16. testatur; neque igitur Adamus nostrum omnium primus parens ullam mulierem, quae nunc est, fuit, aut erit, si uiueret, priore, quam habuit, mortua, vxorem ducere possit, ut Gloss. in cit. §. ergo non oēs, & Bacch. 38. q. 1. art. 2., & Mozz. eodem nu. concluderunt; etenim & à parentū honestate, à filiorumque uerecundia, ergaque; parentes obseruantia alienissimū hoc est, uti iureconsultus in l. adoptiuus in §. ferules de ritu nup. respondit; & à Dei praecocepto ualde abhorrens, qui propter hoc, ut relinqueret quis patrem, ac matrem, vxori que suae ut adhereret, imperauit; ascendentes igitur, cum descendibus ne nuptias contrahant, perpetuò impediuntur; eodem contractae nefariae, atque detestabiles existimantur; nulla que tandem ratione rate, firmaque habentur: ij quoque, qui ex latere coniuncti sunt, non tamen uniuersi, sed, qui quarto tantum gradu concluduntur, ne matrimonio coniungantur, coniunctique uti separentur, iure cautum est; Prohibitio quoque operę conjugalis, dicitur enim in capit. non debet de consanguinitate, & affinit., quartum consanguinitatis, & affinitatis, gradum de cetero non excedat; quoniam in vltioribus gradibus iam non potest absque graui dispendio huiuscemodi prohibitio generaliter obseruari. haec ibi habetur; qui igitur in quarto gradu sunt, non, qui in ulteriori, matrimonio iungi uentantur, atque merito; vltorius enim iam amicitiae memoria deposita est, in animisque hominum oblitterata; ergo recentibus matrimonijs renouari debuit; postremo, cum hodie hominum aetas breui curriculo circumscribatur, si in vltioribus gradibus contrahi nuptiae non possent; qui graduum huiuscemodi memoriam haberent, non facile inuenirentur; unde sapius, ut in citato capitulo non debet innuitur, in

prohibitis gradibus nuptiae fierent; ac planè, cum una quaeque persona ab altera descendens gradum faciat, quotus quisque est, qui abnepotes suos tempore nostra, atque idcirco eos, qui in quarto gradu sunt; cognoscat, & non multò ante potius moriatur? filius enim primum gradum, ex eo natus alterum, ab hoc procreatus [qui pronepos dicitur] tertium, à quo qui descendit, quartum denique locum abnepos dictus, tenet; merito igitur prohibitio hæc huiusmodi numero coarctata est: graduum autem ratio sic inibitur; si in eodem quidem enim gradu [qui matrimonio iungi uolunt] fuerint, quot gradibus ab eo, qui stipite dicitur, vnde consanguinitas exordium sumit, distant, stipite non numerato, & ita quot personæ, quarum gradatim hæc ab illa, ab hac alia, atque huiusmodi, descendit, intercedunt [hæc nanque, uti iam diximus, gradus faciunt] totidem inter se distabunt, uti Gloss. in declaratione eiusdem arboris 25. quæst. quinta, & Thom. ab Argen. distin. 39. cum sequen., & Scot. distin. 40. conclus. prima, & Bonau. distin. eadem art. primo quæst. prima, scriptoresque hæc de re vniuersi comprobant; si verò eorum alter in remotiori gradu fuerit, quot gradibus, qui remotior est, à stipite abest, totidem inter se aberunt; Vir enim, ut in cap. fin. de consang., & affinit. dicitur, qui à stipite quarto gradu, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundum regulam approbatam, qua dicitur, quoto gradu remotior distat à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendentium ex eodem, licet possunt matrimonialiter copulari. Hæc ibi Romanus Pontifex, neque iniuria; si enim stipite, ut ego tibi necessitudine coniunctus sim, causa est, nulla ratione coniunctior tibi, quam stipiti, esse possum; quare, qui in secundo gradu est, cum eo, qui in quinto, legitime, quod & communiter id receptum esse Mozzius in columna 7. numero 17. asserit, matrimonio copulabitur, atque hoc modo graduum ratio habebitur. VI. Parentum in senectute, atque ita ingrauescente iam eorum atate solatium, atque consolatio; leuantur enim admodum, plurimumque liberorum præsentia parentes consolantur; quare Euryali mater, cum id sibi de morte filij nuntio allato ereptum videret, Tobiaæ verò idem sibi contigisse, quod diutius filius aberat, existimaret; utraque profusus lachrymis, summo mæore suorum filiorum orbitates deplorabant; Heu, heu fili mi, aiebat Tobiaæ mater, ut quid te misimus peregrinari lumè oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? omnia simul in te uno habentes te non debuimus dimittere a nobis. Hæc ipsa; illa verò

VI.

Hunc, inquit, ego te Euryale aspicio: tu ne illa senectæ  
Sera mea requies potuisti linquere solam

Crudelis? satis igitur his exemplis [præterquam quòd ob oculos quotidie hæc nobis versantur] satis optimorum filiorum parentes plurimum consolari præsentia, contra verò eorundem absentia eosdem mestos viuere; explicatum, illustratumque est; hæc porrò vniuersis parentibus communia esse quis non intelligit? iure igitur inter hos effectus, VII. & hunc collocauimus. VII. Hereditatis, bonorumque omnium successores; hoc enim natura uolunt, oprantque parentes, ut in l. emancipato C. de legit. heredibus, & in l. scripto ff. vnde lib., & in l. fin. de bon. damnat., & in l. penult. ff. de bon. liber., & in l. nam, etsi parentibus ff. de inoffic. testam. habetur; hi, si sibi eripiantur, vehementer dolent, atque excruciantur; huius rei quoque gratia, quòd superstitibus filijs aliquid sit, ne egeant, ad labores sub eundis libenter impelluntur, ad idque à Catechismo eodem cap. de mut. viri, & vxor. offic. plurimùm admonentur, atque incitantur: ac de effectibus, quos matrimonium iuris gentium ut profert, satis dictum sit; ad eos, quos iure ciuili adiutum quoque profert, transeamus.

De effectibus Matrimonij, qui ab eo iure ciuili proficiuntur,

Cap. XVI.



**E**FFECTVVM autem matrimonij, qui ab eo iure ciuili proficiuntur. Primus quidem, quo die uir vxorem ducit, mulierque nubit, eo in ius vocari non possunt, ut in l. 2. §. præterea ff. de in ius voc. habetur. II. Filij nati post matrimonium legitimi sunt, §. 1. in instit. de patr. potest., immo, uel matrimonium nullum sit, modò in facie ecclesie, ab altero que saltem dolo non adhibito contractum sit, idem seruabitur, ut in cap. ex tenore, & in cap. peruenit, qui fil. sint leg., & in cap. cum inhibito §. primo de clan. depon. habetur, ac Petr. Nicol. Mozz. de natur. matrimo. versic. Immo filij, & versic. Vndecimo ampliatur, in tract. de matr., ac reliqui iuris interpretes concludunt. III. Filij ante contractum matrimonium nati, atque idcirco non legitimi contracto matrimonio legitimi fiunt, ut in §. fin. in instit. de nup., & in l. cum quis, & in l. sequen. C. de nat. lib. habetur: verum, quòd hac in re pontificio iuri parendum magis nobis est, ob eam rem, quid hac de re ab eo sancitum fuit, huc inseramus; qui ergo à parentibus nati sunt, antequam matrimonio iuncti essent, eo tamen tempore, quo concepti sunt, iungi potuerunt, in præsentique possunt, matrimonio statim contracto legitimi fiunt; Tanta, dicitur enim in cap. tanta, qui fil. sint legit., est uis matrimonij, ut, qui antea sunt geniti, post matrimonium legitimi habeantur. Hæc ibi Romanus Pontifex; sicut igitur eo tempore concepti filij, quo inter eorum parentes matrimonium esse non poterat, contracto deinceps matrimonio, posteaquam scilicet impedimentum cessauit, legitimi non fiunt; Si autem uir, additur nanque in citato cap. tanta, uiuente vxore sua aliam cognouit, & ex ea prolem suscepit, licet post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius, & ab hereditate repellendus. Hæc ibi, neque iniuria, etenim matrimonium legitime contractum ad id temporis, quo filius conceptus est, fictione duci non potest, ut in citato cap. tanta iuris pontificij interpretes, atque Abbas declarant; nam idcirco filij consecuto matrimonio concepti antea legitimi fiunt, quoniam illud eo tempore inter ipsos fuisse lex ipsa fingit; at, si tunc ratione quapiam matrimonium constare non poterat, utpote, quia mulier alterius vxor, baptismovè initiata non erat, quomodo fictio, quæ terminum, ad quem matrimonium proferre conatur, habilem non inuenit locum sibi, quemadmodum Abbas ibidem, atque iuris ciuilibus interpretes in l. si is, qui pro emptore ff. de usucap. tradidere, sibi vindicabit? sicut igitur, in quâ, conceptionis tpe si inter ipsorum parentes matrimonium esse non poterat, eo contracto legitimi non fiunt; ita è contrario, si tunc hoc vinculo alligari poterant, quamuis nec dotalia instrumenta conficiantur, nec mulier illa concubine loco haberetur, quæ duo ius ciuile postulabat, uel genere, ac fortuna minimè pares sint, uel in extremo vitæ spiritu, à senex matrimonium contrahatur, uel parentes, filijvè id nolint, uel post filios hosce natos uterque matrimonium aliud contraxerint, quod deinceps dissolurum omnino est, contracto tamen matrimonio, uti Abbas ibidem asseruit, communiterque id receptum esse cum ipse, tum Petrus Nicolaus Mozzius de contract. in tract. de matrimo. in capit. de natural. matrimo. numero 16. testantur, & legitimi ipsi filij, non tamen nepotes mortuorum ante matrimonium contractum, id quod communiter quoque comprobatum esse Mozzius eodem numero decimoseptimo inquit, legitimi statim erunt, & legitimorum filiorum tam in feudis, quam etiam in ecclesiasticis beneficijs de eorundem autorū sententia eisdem in locis ius consequentur. IV. Potestatem, quod & Mozzius eodem numero 17. adnotauit, in filios parentes consequuntur; hanc enim potestatem iuris ciuilibus uirtute à nuptijs enasci imperator instituit. de patr. potesta. docuit; hanc eandem, quatenus pertineat, idem quoque eodem adiecit; In potestate nostra sunt, ait enim imperator ibi, liberi nostri, quos ex iustis nuptijs procreauimus; vis autem

I.

II.

III.

IV.

De esse-

I i 2 potesta-



- potestatis, quod in liberos habemus, proprium est ciuium Romanorum; nulli enim alij sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus; qui igitur ex te, & uxore tua nascitur, in tua potestate est; item qui ex filio tuo, & uxore eius nascitur, idest nepos tuus, & neptis, aequè in tua sunt potestate; & pronepos, & proneptis, & deinceps ceteri omnes; qui tamen ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed patris eorum. Hæc ibi Iustinianus docuit: potestas autem huiusmodi, atque uniuersum denique ius, quod & parentes, & filij hac ratione consequuntur, cum iureconsulti suis responsis, quæ in l. si quis à liberis ff. de liber. agnos., & in l. in stiris ff. de liber., & posthum., & in l. quique litigandi §. prator ait ff. de in ius voc., & in l. milites agrum §. Paulus respondit ff. de re milit. habentur, declarauerunt; tum Romani Imperatores suis sanctionibus in §. primo instit. per quas pers. nob. acquir., & in l. cum oportet C. de bon., quæ lib., & in C. de patr. potest., & in C. de patr., qui fil. distrax., & in C. de alend. lib. tradiderunt; quare, cum locis his explicatis ea, quæ ad rem hanc pertinent, inuentu facilia sint, merito plura hoc in loco non collocabimus. V. Agnationis conseruatio, atque auctio, ut in l. isti quidem ff. quod met. cau. not., & Petr. Nicol. Mozz. de nat. matrimo. numero 16. docuit; liberis enim procreatis, & familiæ augentur, atque agnationes ob eam rem conseruantur; ciuili autem iure id fieri imperator in §. fin. in instit. de legit. agno. tut. declarauit. VI. Dotis fructus maritus lucatur; nam, quod matrimonij onera sustinet, dos ipsa, cuius fructibus utatur, idcirco ei tribuitur, ut in l. 3., & in l. dotis fructus, & in l. plerunque §. si serui ff. de iur. dot., & in l. si maritus ff. fam. hereditum., & in l. pro oneribus C. de iure dot. habetur: eiusdem uero dotis priuilegia quæ, quantaque sint, præterquam quod copiosè, abundèque Bald. Iun. in commentario sito de priuileg. dot. inscripto pertractauit, iuris ciuilibus interpretes in l. prima ff. solu. matrimo. enucleatè de ipsis disputarunt. VII. Mulier uiri torum consequitur, ibique, ubi maritus domicilium habet, quod in l. de iure ff. ad municip. habetur, atque Mozz. in uerbo matrimonium numero 8., & de natur. matrimo. numero 7. adnotauit, conuenienda est; nanque, & quocunque maritus proficiscatur, si id uxor non ignorabat, eum sequi debere idem Mozz. de doctorum sententia asseruit. VIII. De dote, ut in §. item si de dote, & ibi Gloss. instit. de act. habetur, maritus, quatenus facere potest, de ducto ne egeat, conueniri potest: atqui de his fructibus satis, ad eos, qui à matrimonio iure pontificio emanant, transeamus.

De fructibus, qui à matrimonio iure pontificio emanant,

Cap. XVII.

- P**ONTIFICIO denique iure à matrimonio fructus hi proficiscuntur.
- I. Primum irregularitas, quæ à bigamia enascitur, ut in titu. de biga. probatur.
  - II. Benedictionis mariti, atque coniugis in secundis nuptijs [modo in prioribus habita non sit] priuatio, ut in capit. uir autem de secund. nupt. probatur; de quorum duorum altero scilicet de irregularitate, quæ à bigamia enascitur, quoniam in commentario de ordine egimus, de altero autem de benedictione scilicet infra pertractabimus, his de causis hæc hoc in loco prætermittimus.
  - III. Amissio beneficii ecclesiastici; si enim quis minoribus ordinibus initiatus beneficium habens uxorem ducat, eo nulla iudicis sententia intercedente priuatus est, retinet tamen duo priuilegia, ut extra de cler. coniugat. probatur, ac Mozzius, qui matrimon. contract. poss. numero uigesimo, & de natur. matrimo. numero quarto docuit; quare, uel matrimonium ob consanguinitatem non ualeat, modò liberè consenserit, atque consentire potuerit, nihilominus beneficio hic statim, maioribus uero ordinibus initiatus iudicis sententia, id, quod Gloss. communiter recepta in capitulo primo de cler. coniugat. asserit, ac Petrus Nicolaus Mozzius eodem de natur. matrimo. pluribus hoc disputauit, priuatur.
  - IV. Secularis iudex matrimonij

matrimonij causam, etiam quò ad tori separationem, id quod receptum etiam esse communiter Mozz. eodem numero 19. testatur, cognoscere non potest. V. De matrimonio transigi, de ipso uero compromitti omnino nequit, contra uero patrefactis attestationibus, ac postquàm conclusum in causa est, testes produci possunt; summatum cognoscitur; sententia de eo lata in rem iudicatam non transit; ac demique, ut reliquos effectus, ac priuilegia, quæ ius pontificium in primis matrimonio elargitum est, præteream, quæ cum alij, tum nouissime idem Mozz. de natur. matrim. recensuit, eademque explicauit, in matrimonio potius ius pontificium, quàm ciuile spectatur, ut in cap. fin. de trans. & in cap. pen. de in integr. rest., & in cap. sicut ex literis de spons., & in clem. dispendiosam de iud., & in cap. lator, & in cap. consanguinei de re iud., & in cap. pen., & in cap. fin. de secund. nup. habetur: ac de effectibus satis, ad materiam, & primum ad eam, quæ ad genus spectat, transeamus.

De materia sacramenti matrimonij, quæ ad genus ipsius spectat,

Cap. XVIII.



**M**A T E R I A igitur sacramenti matrimonij, quæ ad ipsius genus spectat, uti Thom. dist. 26. quæst. 5. & Sor. dist. ead. quæst. 2. art. 2. conclus. 3. uniuersiq; doctores inquirunt, ac nouissime trid. Syn. de doctrina sac. matr. declarat, atq; asserit, hæc sacramentū scilicet nouæ legis est; etonim, præterquàm quòd gratiam confert, quod nouæ legis sacramentorum munus est, coniunctione hac uiri cum muliere sanctissima ea coniunctio, quæ Christo cū ecclesia est, significatur; quare eadem Synod. in can. 1. sess. ead. contrarium asseruerantes anathemate damnauit; Si quis, ait enim ibi, dixerit matrimonium non esse uerè, & propriè unum ex septem legis euangelicæ sacramētis à Christo domino institutum, sed ab hominibus in ecclesia inuentum, neque gratiam conferre, anathemast. Hæc sancta Syn.; ex quibus constat in sacramentorum numero matrimonium collocari. I. Iterabile, ut in C. de secund. nup., & extra eod. & in cap. quomodo 3. i. quæst. 1. cum sequen. probatur; mulier etenim, ut in cap. pen. de secund. nup. habetur, uiro suo mortuo soluta est à lege uiri, atque cui uult, quod Apostolus tradidit, in domino nubere potest; superstes igitur uir uxore mortua, maritum uero mortuo superstes coniux ad secundas nuptias liberè transibit, nec mulier infamiam, qua infra annum luctus nubens imperatorum sanctionibus notabatur, subibit, ut in citato cap. penul., & seq. habetur, receptumque communiter id esse Abbas ibi testatur, quamuis reliquas pœnas, quæ ad rem familiarem spectabant, eisdem autoribus non effugiat; nanque, quòd, mortuo coninge, sacramenti uis non adest, iurè sacramentum iterari posse debet; maritus igitur, uxore à mortuis excitetur, superstes secundas ab ipso contractas nuptias deserere, ad priorem uero maritum redire non cogitur, neque potest, ut glos. in cap. licet 32. quæst. 5. inquit, atque communiter receptum id esse Mozz. in 7. columnâ num. 4. testatur. 1. Toties, quoties coniugum alter è uita decesserit; uir. n. tunc uxore ducere, & mulier nubere non semel, atq; iterū, sed sæpius, uel sexcenties pot; quare matrimonium, quatenus sacramentū est, & si definitionem ab imperatore instit. de nup. traditam communiter receptam esse non ignoramus, quò tamen, quatenus sacramentum est, quid sit, aperiamus, sic definiemus Matrimonium est sacramentum nouæ legis iterabile, per quod coniugum mutua corporum potestas quo ad concubitum ad filios christianæ fidei cultores procreandos perpetuò transfertur: atqui de materia communi hæcenus, ad propriam, simulque ad ea, quæ necessariò illi inesse debent, transeamus.

De materia propria circa quam sacramenti matrimonij; & de  
ijs, qua necessariò illi inesse debent, Cap. XIX.

**M**ATERIA denique sacramenti matrimonij propria circa quam ipsorummet matrimonium contrahentium corpora sunt; nam, cum hoc sacramento quodam quasi contractu suorum corporum quò ad concubitum matrimonium contracturi mutuò potestatem sibi tradant, ut iam probauimus, ac his verbis Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, neque mulier sui, sed vir diuus Paulus significauit; sicut in venditionis contractu id, quod venditur, materia circa quam venditionis est, ita & contrahentium matrimonium corpora, quae quodammodo alienantur, matrimonij materia circa quam, & propria erunt, uti quoque Petr. Sot. eod. lect. 4., & lect. 12., & lect. 15., & lect. 16., ac Palud. asseuerarunt; neque enim eorum opinio veritati consentanea mihi esse videtur, qui consensum contrahentium matrimonij materiam esse existimarunt; tum quòd consensus ille, ut intentio quaedam matrimonij contrahendi, ipsis ut causae efficiendi inesse debet; Haec omnia sacramenta nouae legis, inquit enim Florentina Syn., tribus perficiuntur scilicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione. Haec ibi sancta Syn.; si ergo requiritur consensus ipse, atque intentio ut quid diuersum à materia in ministro, planè materiam consensum esse qua ratione asseuerabimus? tum quòd materiae proprium de Philosophorum sententia pati est, at consensus agit, atque operatur; postremò, si consensus materia esset, id, circa quod consensus est, quid esset? addo inficiari minus nos posse tractari de translatione mutua potestatis corporum quoad concubitum; sicut ergo in reliquis contractibus materia circa quam ipsorum res, de quibus contrahitur, sunt, eadem ratione, quòd & Paulus antea citatus significauit, contrahentium corpora, atque idcirco ipsos contrahentes, & materiam sacramenti huius esse concludemus; necessariò autem ipsis haec inesse debent. Primum ut re ipsa ad concubitum apta sint; nam, cum matrimonio mutua sibi corporum potestatem, quò ad functionem hanc in primis coniuges sibi tradant; planè, si vtriusque, alteriusve tantum corpus ad concubitum habile non fuerit, matrimonium minimè constabit; etenim & obligatio eius, quod re ipsa fieri non potest, & alienatio eius, quod alienari nequit, ut in instit. de inutil. stip. in prin. & §. sequen., & leg. impos. sibilium ff. de regul. iur. probatur, & Scot. dist. 34. docet, nulla est: habilia verò ratione hac contrahentium corpora existimabuntur, si mulieris vas ad concubitum functionem à natura conformatum ita parebit, uti penem in se viri recipiat; tunc enim, etsi aliàs sterilis est, matrimonium nihilominus, sicuti Mozz. Qui matr. contrah. post. communiter receptum id esse testatur, valebit; hinc quoque fit, ut mulier vni apta, alteri inepta sit; quid enim, si huius penis crassitudine ingredi eum locum nequeat, alterius verò tenuitate possit? sanè illi non nubere, huic verò nubere ea mulier poterit, quod & Mozz. eod. num. 12., & col. 7. num. 48. communiter receptum esse concludit; sic igitur mulier ad matrimonium apta existimabitur: vir autem, si eius penis adeo erigatur, ut vas mulieris ingrediatur; quorum alterum [si haec non affuerint] quòd mulier natura, maleficiove arctum nimis eum locum habet, arctatio nominatur; alterum scilicet impedimentum viri, quòd à frigiditate in primis, naturaque itidem, maleficiove nascitur, frigiditas dicitur; & sicut mulier sic affecta arcta appellatur, sic vir frigidus, seu castratus vocatur, ut in tit. de frigid., & malef. probatur; hac igitur ratione corpora si matrimonium contracturi habilia habuerint, quamuis semen non emittant, filiosque minus procreent, vir denique vtroque re ste careat, matrimonium contrahere poterunt; neque enim seminis emissionem, filiorumque procreationem necessariam esse, sed, ut eo modo cum viri, tum mulieris corpus affectum sit, necessariò requiri iura significarunt; nam si carnaliter commiseri, atque cognosci, si coire, si copula uti, si debitum reddere non possint, si potentiam coeundi non habeant, si cognoscibiles, si ad viriles complexus mulieres idoneae non sint, si earum refferari, si eadem de florari nequeant, hos viros, hasve mulieres ad matrimonium contrahendum minimè habiles esse, non si semen, non emittant, filiosque non procreent, Romani Pontifices in titulo de frigidis, & maleficiatis concluderunt; his autem nominibus simpliciter, non cum seminis effusione, filiorumque procreatione significatur; postremò matrimonium in initio, ut filij procrearentur, institutum fuit, post hominis verò casum contra libidinis corruptelas est confirmatum; id verò & sine seminis effusione, & sine filiorum procreatione fieri posse nemo non videt, ac Mozz. Qui post. matr. contra here num. 9. tradidit; sua enim vxore vir satius alienas, modò in temperantissimus non fiet, non sectabitur; quare diuus Paulus, ad fornicationem vitandam ut vnusquisque suam vxorem haberet, ad Corinth. scribens admonuit; nec, quòd mulier se matrem fieri vel le asserat, quod in cap. 1., & in cap. fin. de frigid., & malefic. habetur, quicquam opinioni huic repugnabit; nam non ea ratione, sed, quòd multos annos cum vir ille, ac mulier simul habitassent, carnaliterque commiseri, atque coire non potuissent, ipsos Romanus Pontifex (seu unxit; alioquin, quoties filij non procrearentur, matrimonium dissolui posset, & tamen senio confectos, in articulo mortis constitutos, mulieres steriles, ambobus testibus carètes [etsi in hoc postremo casu contraria opinio receptior est] Doctores, ac Mozz. Qui possint contrahere matrim. num. 11. cum seq., & num. 18. asseuerarunt; constat igitur iam ex his, sicuti ea contrahentium corpora, quae ad concubitum apta sunt, matrimonio copulari queunt, ita que ea ratione inepta, quò minus matrimonio iungantur, prohiberi; uel igitur virum frigiditas, uel mulierem, quò nimis arcta sit, aliudve huiusmodi vitium vtrunque impediatur, quòd nomine frigiditatis, atque arctationis comprehendendi DD. voluerunt; uel natura, uel maleficio haec accidant; vtroque enim modo eod. tit. de frigid., ac malefic. contingere posse probatur; si ante matrimonium contractum vitia, impedimenta que haec appareant, nuptiae inter eos non fient; & si haec ignoretur, atque idcirco fiant [postquam triennium simul habitauerint, fideliterque huic rei operam dederint, & se concubitum tamen eos uti non posse experti fuerint, iureiurando prius adhibito, quòd se ineptos ad id cognoscant, & personis fide dignis, atque hac in re expertis septem testantibus, nulla declarabunt, ipsi que; se iungent; quamuis, si, veluti frater, soror que simul esse velint, id queant, ut in cap. consultationis cum seq. eod. tit. probatur, & Romanus Pont. ibidem id velit, si scienter contraxerint; quo tempore, sicuti matrimonium tamen valet, si ab eo, qui habilis erat, contrahatur, uti Thom. ab Arg. d. 34. art. 2. par. 3. docuit, communiterque receptum id esse Abb. in citato cap. consultationis asseuerauit, ita si veneris rebus operam dederint [cum sororis, fratrisque loco habeantur, non verò maritus, coniuxque sint] mortiferè peccabunt, quamuis, inquam, si veluti frater, ac soror simul esse velint, id queant; uel si seiungantur, postea que aut alterius concubitu, aut ratione alia non diuina, sed humana ope absque corporis periculo habiles facti sint, etiam si vir vxorem aliam, mulier virum alium duxerit, illis dimissis, simul uti vir, & vxor erunt; nam sic in cap. fraternitatis eod. tit. habetur, sic DD. vniuersi concludunt; prius nanque matrimonium verum est, quamuis ecclesia decepta contrarium existimasset; non idem tamen, cum maleficio à concubitu prohibentur, atque idcirco ratione ha, separantur, si postea alias duxerint, & habiles reperiantur, ad pristinas nuptias redibunt; nam, maleficio sapius, ne cum hac, illave, non cum vniuersis, quò minus concubitu ipso utamur, ut doctores inquirunt, impedimur; quare, postquam triennium frustra simul habitauerint, precibusque, atque ieiunijs, alijsve pijs operibus malefici dissolutionem à Deo contenderint, tunc vtrique de Doctorum sententia ad alias nuptias transendi facultatem habebunt. II. Iure eadem corpora ad concubitum habilia quoque sint. I. Non igitur homines matrimonij contracturos consanguineos esse oportet. 2. Non affines, uti antea probauimus. 3. Non legis cognatione coniunctos; coniunctio enim & haec, quod Bon. dist. 42. art. 2., & Bacch., & Scot., & Thom. ab Arg. dist. ead. quaest. 1. art. 4. inquirunt, & in cap. 2. de cogn. leg., & in cap. 130. quaest. 3., & in leg. si qua mulier §. ad optiuam sororis ff. de rit. nup., & in leg. ad optiuam filius, & in l. per adoptionem ff. eod., & in §. ergo cum seq. in instit. de nup. probatur, ne matrimonium inter hos fiat, prohibet; hac, si factum fuerit, ne ipsum valeat, idque non iniuria operatur; nam, ut praeceam eadem domo, eisdemque focus eos uti necesse habere, unde, uti aliàs diximus, ingens aditus libidini

refferari, si eadem de florari nequeant, hos viros, hasve mulieres ad matrimonium contrahendum minimè habiles esse, non si semen, non emittant, filiosque non procreent, Romani Pontifices in titulo de frigidis, & maleficiatis concluderunt; his autem nominibus simpliciter, non cum seminis effusione, filiorumque procreatione significatur; postremò matrimonium in initio, ut filij procrearentur, institutum fuit, post hominis verò casum contra libidinis corruptelas est confirmatum; id verò & sine seminis effusione, & sine filiorum procreatione fieri posse nemo non videt, ac Mozz. Qui post. matr. contra here num. 9. tradidit; sua enim vxore vir satius alienas, modò in temperantissimus non fiet, non sectabitur; quare diuus Paulus, ad fornicationem vitandam ut vnusquisque suam vxorem haberet, ad Corinth. scribens admonuit; nec, quòd mulier se matrem fieri vel le asserat, quod in cap. 1., & in cap. fin. de frigid., & malefic. habetur, quicquam opinioni huic repugnabit; nam non ea ratione, sed, quòd multos annos cum vir ille, ac mulier simul habitassent, carnaliterque commiseri, atque coire non potuissent, ipsos Romanus Pontifex (seu unxit; alioquin, quoties filij non procrearentur, matrimonium dissolui posset, & tamen senio confectos, in articulo mortis constitutos, mulieres steriles, ambobus testibus carètes [etsi in hoc postremo casu contraria opinio receptior est] Doctores, ac Mozz. Qui possint contrahere matrim. num. 11. cum seq., & num. 18. asseuerarunt; constat igitur iam ex his, sicuti ea contrahentium corpora, quae ad concubitum apta sunt, matrimonio copulari queunt, ita que ea ratione inepta, quò minus matrimonio iungantur, prohiberi; uel igitur virum frigiditas, uel mulierem, quò nimis arcta sit, aliudve huiusmodi vitium vtrunque impediatur, quòd nomine frigiditatis, atque arctationis comprehendendi DD. voluerunt; uel natura, uel maleficio haec accidant; vtroque enim modo eod. tit. de frigid., ac malefic. contingere posse probatur; si ante matrimonium contractum vitia, impedimenta que haec appareant, nuptiae inter eos non fient; & si haec ignoretur, atque idcirco fiant [postquam triennium simul habitauerint, fideliterque huic rei operam dederint, & se concubitum tamen eos uti non posse experti fuerint, iureiurando prius adhibito, quòd se ineptos ad id cognoscant, & personis fide dignis, atque hac in re expertis septem testantibus, nulla declarabunt, ipsi que; se iungent; quamuis, si, veluti frater, soror que simul esse velint, id queant, ut in cap. consultationis cum seq. eod. tit. probatur, & Romanus Pont. ibidem id velit, si scienter contraxerint; quo tempore, sicuti matrimonium tamen valet, si ab eo, qui habilis erat, contrahatur, uti Thom. ab Arg. d. 34. art. 2. par. 3. docuit, communiterque receptum id esse Abb. in citato cap. consultationis asseuerauit, ita si veneris rebus operam dederint [cum sororis, fratrisque loco habeantur, non verò maritus, coniuxque sint] mortiferè peccabunt, quamuis, inquam, si veluti frater, ac soror simul esse velint, id queant; uel si seiungantur, postea que aut alterius concubitu, aut ratione alia non diuina, sed humana ope absque corporis periculo habiles facti sint, etiam si vir vxorem aliam, mulier virum alium duxerit, illis dimissis, simul uti vir, & vxor erunt; nam sic in cap. fraternitatis eod. tit. habetur, sic DD. vniuersi concludunt; prius nanque matrimonium verum est, quamuis ecclesia decepta contrarium existimasset; non idem tamen, cum maleficio à concubitu prohibentur, atque idcirco ratione ha, separantur, si postea alias duxerint, & habiles reperiantur, ad pristinas nuptias redibunt; nam, maleficio sapius, ne cum hac, illave, non cum vniuersis, quò minus concubitu ipso utamur, ut doctores inquirunt, impedimur; quare, postquam triennium frustra simul habitauerint, precibusque, atque ieiunijs, alijsve pijs operibus malefici dissolutionem à Deo contenderint, tunc vtrique de Doctorum sententia ad alias nuptias transendi facultatem habebunt. II. Iure eadem corpora ad concubitum habilia quoque sint. I. Non igitur homines matrimonij contracturos consanguineos esse oportet. 2. Non affines, uti antea probauimus. 3. Non legis cognatione coniunctos; coniunctio enim & haec, quod Bon. dist. 42. art. 2., & Bacch., & Scot., & Thom. ab Arg. dist. ead. quaest. 1. art. 4. inquirunt, & in cap. 2. de cogn. leg., & in cap. 130. quaest. 3., & in leg. si qua mulier §. ad optiuam sororis ff. de rit. nup., & in leg. ad optiuam filius, & in l. per adoptionem ff. eod., & in §. ergo cum seq. in instit. de nup. probatur, ne matrimonium inter hos fiat, prohibet; hac, si factum fuerit, ne ipsum valeat, idque non iniuria operatur; nam, ut praeceam eadem domo, eisdemque focus eos uti necesse habere, unde, uti aliàs diximus, ingens aditus libidini



libidini patefieret; quid ab honestate, pudoreque magis abhorrens, magisque alienum, quam quae mihi, vel filiae, vel sororis loco est, eandem uxorem esse? Inter ascendentes, ac descendentes quidem igitur perpetuo, sicuti in citato §. ergo in instit. de nup. probatur, nuptiae prohibitae sunt; cum enim ibi Iust. inter ascendentes, descendentesque consanguineorum nuptias perpetuo impediri declarasset, Et haec adeo vera sunt subiunxit, ut, quamuis per adoptionem liberorum, parentumve loco sibi esse ceperint, tamen inter se matrimonio iungi non possunt. Haec ibi Imper.; si igitur Et haec scilicet, quae proximè de consanguineis dicta sunt, in adoptiuis locum habent, quae scilicet erant, ut perpetuo, quas diximus, personam matrimonio iungi ne possent, adoptiui quoque ascendentes, ac descendentes perpetuo impediantur; atque ita Syluest. eod. §. num. 8. vers. Quia adoptas, ibi & ita deinceps idest perpetuo, & Tab. in verbo Impedimentum 7. num. 2. ibi & sic deinceps, & Rosel. imped. 7. nu. 3., & Thom. dist. 42. quaest. 6. ibi prima quaestio, & Bon. dist. 42. art. 2. par. 1. sensisse videntur; inter eos vero, qui à latere coniuncti sunt, matrimonium quidem constare itidem non potest, ut in §. sed si qua, & in §. ex mulieris in Inst. de nupt. habetur, citati quoque auctores concludunt, etiam si ij adoptati sint, qui in adoptantis potestatem non veniunt; sic nanque Rosel. in verbo Impedimentum 7. num. 4., & Syl. eod. §. vers. Quartum asserunt, de communiq; sententia Abb. testatur, sic ratio ipsa suadet; & si enim Imper. in l. in adoptiuis C. de adop. ne, qui ab extraneis adoptarentur, in eorum potestatem transfrent, fanciuit; quod tamen bonorum, rei que gratia id statuit; ergo eius sanctio his terminis conscribetur, argumento l. non omnis ff. si cert. petatur, & l. fancimus C. de appell., & l. iubemus C. de testam. at si extra quartum gradum egressi fuerint, uel adoptio emancipatione, ratione uel alia dissoluta sit, tunc planè poterit; quod enim extra quartum gradum non egrediatur in l. si qua mihi uxor §. & ea demum ff. de ritu nupt. habetur; Et ea demum cognationes [dicitur quippe ibi] contrahuntur in adoptionibus, quae legitime essent, idest quae adgnatorum ius haberent, haec ibi iureconsultus, si igitur adgnationis ius habet adoptio, sicut illa quarto gradu, ita & haec concludetur; quod verò, si dissoluta emancipatio fuerit, tunc impedimentum hoc cesset, ac matrimonium idcirco non impediat, quia scilicet ea dissoluta nullum ius remanet, & in l. in omni ff. de adop. habetur, in l. quin etiam, & in l. si quis tutor §. credendum ff. de ritu nupt., & in §. sed si qua per adoptionem in instit. de nup. probatur; quare, sicuti naturales fratres, itidemque adoptiui cum spiritualibus fratribus, qui hodie nec legitimis, ac naturalibus deuinciuntur, uti suo loco probauimus, matrimonio iungi non verantur, ita adoptiui cum naturalibus fratribus, quod nullo necessitudinis iure se attingunt, ut in §. fratres in instit. de nup. probatur, ac Bacch. dist. 42., & Rosel. imped. 7. nu. 8. inquirunt, de communi que sententia Syluest. eod. §. vers. 8. testatur, quemadmodum etiam ob eandem rationem cum alijs adoptiuis, ut Syluest. eod. §. art. 6., & Thom. ab Arg. dist. 42. art. 4., & Rosel. imped. 7. nu. 6., & Gloss. in citato cap. vn. de cogn. leg. asserunt, non prohibentur: haec autem cognatio quod ab adoptione legitime confecta enascitur, quae nihil aliud est, quam modus, quo filios nobis procreamus, si natura non sint, à lege inuentus; ideo, quod legitima fiet, praeterquam quod si is, qui sui iuris est, adoptretur, coram principe, eius uel ad id delegato, ac, si impubes sit, causa cognita, honesta scilicet an fiet, expediatque pupillo, fieri debet, & haec arrogatio dicitur; si uero is, qui in alterius potestate est, liber homo ad adoptandum detur, coram iudice, & haec adoptio nominatur, ut in §. primo, & in §. cum autem cum seq. in instit. de adop., & in l. 2. ff. eod. habetur [neque enim, ut cognatio hac nascatur, quem loco filij habere sat est, uti Bacch. dist. 42. docuit] haec itidem, quae utriusque adoptioni communia sunt, ut adoptantes praesentes ad sint, eos, quos adoptat, decem & octo annis antecant, castrati que non sint; qui uero adoptantur, praesentes itidem sient, simulque, ut contentiant, quemadmodum in §. minorem, & in §. sed & illud in instit. de adop., & in l. neque absens, & in l. post mortem §. fin., & in l. 2. §. illud utriusque ff. eod. iureconsulti inquirunt, haec, inquam, utriusque speciei, quod adoptio valeat, necessaria quoque sunt. 4. Non cognatione spirituali constrictos; nam haec itidem cognatio, uti Scot. dist. 41., & Bacch. dist. eadem, & Thom. ab Arg. dist. ead. cum sequen. art. 3., & Bonan. dist. 42. artic. 1. quaest. 2. asserunt, & in tit. de cogn. spir. in antiq., & in 6., & 30. q. 1. cum duabus seq. probatur, ne inter eos, qui necessitudine hac constringuntur, matrimonium fiat,

fiat, prohibet, ac, si fiat, ut nullum sit, operatur; neque iniuria, si enim [mitto munditiam, castitatemque spirituales id in primis postulare] ab ea cognatione, quae aut naturam uel, aut hominum constitutione emanat, matrimonium impedit, quia ratione ab ea, quae à spiritualibus enascitur, id fieri negabimus? quod autem baptismus, atque confirmatio generationis specimen quoddam inter sacramenta praefecerunt; baptismus enim spiritualiter nascimur, nati uero corroboramur confirmatione; ideo merito, sicuti à generatione, quae à carne fit, cognatio enascitur, ita ab hisce duobus sacramentis, & non aliunde, cognatio huiusmodi uel enascitur, atque extaret, sacrosancta ecclesia optimè factu iudicauit; quare, quod ob eam rem hominum, non diuino iure cognatio haec matrimonium impediens constat, summus Pontifex, ut cognatione hac constricti matrimonium nihilominus contrahere queant, id quod Trid. Syn., quae paternitatem ex parte, fraternitatem uero totam tollens [ut alibi docuimus] declarauit, permittere potest. 4. Non solemni uoto obligatos; tum hac ratione, uti Thom. ab Arg. dist. 37. cum seq. art. 3. in solut. concl. 3., & Bon. dist. 38. art. 2. quaest. 1. & in adict. 3. par. Thom. quaest. 53. art. 2. inquirunt, quamque communiter receptam esse dist. 38. quaest. 2. art. 2. concl. 1. Scot. testatur, quod huiusmodi uoto suorum corporum potestas in Deum omnino traslata, traditaque, non ut simplici uoto tantum promissa, quam rationem communiter et receptam esse Mozz. in columna 7. num. 11. ait, est; unde in alium trasferri non possunt, id quod in matrimonio fieri necessario antea probauimus; tum quod, cum Deo se prorsus dicant, ob eamque rem in seruire illi totos dies debeant, si matrimonio iungerentur, neque id facerent, neque etiam, si uelint, id commodè possent; Qui, ait enim diuus Paulus, sine uxore est, sollicitus est, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum uxore est, sollicitus est, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori; & mulier in nupta, & uirgo cogitat, quae Domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu, quae autem nupta est, cogitat, quae sunt mundi, quomodo placeat uiro; haec ibi diuus Paulus; non igitur cuiuspiam ordini sacro initatus, ut in cap. cum seq. extra qui cler. uel uouent., & in cap. 1., & in cap. de illo dist. 32. habetur, & Thom. ab Arg. dist. 37. cum seq. quaest. 1. art. 1. concl. 2., & Scot. dist. ead., & Bon. dist. ead. art. 1. quaest. 2. concludunt, uel de gradu eo re, uerbis uel deiectus, uel gratus sit, uti Mozz. eod. qui pos. contr. matr. num. 19. asserit [etsi enim gratus clericus contra to matrimonio uti potest, contrahere tamen non posse eodem num. Mozz. concludit] matrimonium contrahere poterit, contractum uel ualebit, non in religione quapiam à Romano Pontifice comprobata, in qua castitas uoueat, à professo, professum uel nuptia contracta ratae habebuntur; Respondemus, dicitur enim in cap. meminimus Qui clerici, uel uouentes, quod, si quisquam, qui se religioni deuouit, & habitu suscepto professionem fecit, postmodum sibi aliquam copulauerit, est cogendus ab ea recedere, & ad ecclesiam, cui se contulit, sine contradictione transire. Hoc ibi summus Pontifex tradidit, & in c. fin. eod. idem probatur, ac Thom. ab Arg. dist. ead. concl. 3., & Scot. dist. 38., & Bon. dist. ead. art. 2. quaest. 1. concludunt; hi etenim sunt, qui solemne uotum fecisse dicuntur, ut in cap. vn. de uoto, & uoti redemp. in 6. probatur; Quod uotum debeat dici solemne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, inquit enim ibi Romanus Pontifex, nos consulere uoluisti. Nos igitur attendentes, quod uoti solemnitas ex sola constitutione ecclesiae est inuenta, matrimonij uero uinculum ab ipso ecclesiae capite rerum omnium cognitorem ipsum in paradiso, & in statu innocentiae insti tuente, unionem, & indissolubilitatem acceperit, praesentis declarandum duximus oraculo sanctionis illud solum uotum debere dici solemne quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem facti ordinis, aut per professionem expressam, uel tacitam, factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, reliqua uero uota, & si quandoque matrimonium impediunt contrahendum, & quanto manifestius sunt emissa, tanto propter plurium scandalum, & exemplum durior poenitentia transgressionibus debeat; non tamen rescindere possunt matrimonia post contracta. Haec ibi summus Pontifex inquit; hi, qui, si contrarium conentur, excommunicatione statim constricti sunt; penisque alijs afficiuntur; Eos, dicitur enim in clem. vn. de consang., & affin., qui diuino timore postposito in suarum periculum animarum scientibus in gradibus consanguinitatis, & affinitatis constitutione canonica interdictus, aut cum monialibus contrahere ma-

trimonium aliter non verentur, nec non religiosos, & moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes refrenare metu pœnæ ab huiuscemodi eorum temeritatis audacia cupientes ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subiaccere. Hæc ibi quoque Romanus Pontifex sancit; hi sunt, quos qui matrimonio iungi posse asserunt, à Trid. Syn. sess. 24. eod. can. 9. anathemate damnantur; Si quis dixerit, inquit enim ibi sancta Syn., clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege ecclesiastica, vel voto, & oppositum nihil aliud esse, quam damnare matrimonium, postquam omnes contrahere, qui non sentiunt se castitatis, etiã si eam voverint, habere donum anathema sit; cum Deus id recte petentibus non denegeret, nec patiat nos supra id, quod possumus, tentari. Hæc ibi sancta Syn.; hi denique, quod impedimentum hoc ecclesiastica sanctione inuentum est, vt iam vidimus, qui, vti Aluar. Pel. de plantu ecclesiæ cap. 46. lib. 5. ait, atque Innoc., & Hof. asseruisse recenset, quã pluresque alios idem sensisse Mozz. in 7. colum. num. 12. commemorat, ac de communi sententia Petr. Sor. eod. lect. 5. in fin. testatur, si Romanus Pontifex id illis permittat, matrimonio iungi possunt. 6. Non à christiana fide aut vtrunque, aut alterum alienum; nam, si vterque alienus fuerit, matrimonium quidem, non tamen quatenus sacramentum est, constabit; neminem enim, qui baptismo initiatus non sit, sacramenti participare esse posse iam probauimus; si alter tantum, neque matrimonium valebit, vt Bon. dist. 39. art. 1. quæst. 1., & Thom. ab Arg. dist. ead. cum seq. quæst. 1. art. 1. conclus. 2., & Scot. dist. ead. in 2. art. vers. Sed de iure positiuo ecclesiæ, & Mozz. qui contrah. post. matr. num. 25. inquirunt, & in cap. caue 28. quæst. 1. probatur; Caue, dicitur enim ibi, Christiane Gentili, aut Iudæo filiam tuam tradere; Caue inquit, Gentilem, vel Iudæam, atque alienigenam, hoc est omnem hæreticam, & alienam à fide tua accipere tibi uxorem; prima coniugij fides castitatis gratia est, si Christiana sit [ id est Cathœcumena, vt ait ibi Gloss. ] non est factis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismi. Hæc ibi diuus Ambrosius; atque merito præterquam enim, quod Christi cum ecclesiâ coniunctio non significatur, & alterum matrimonij bonum fides propter Deum non seruatur, fieri possit, vt, qui christianus non est, christianum ad suam fidem traduceret, atque bonum prolis impediret, id quod Deus, cum Hebreis, ne cum Cananeis fœdus huiuscemodi facerent, iussit, factis aperte declarauit; Non inibis, aiebat Deus, cum eis fœdus; nec misceberis ipsorum; neque sociabis cum eis coniugia; filiam tuam non dabis filio eius; nec filiam eius accipies filio tuo, qui seducer filium tuum, ne sequat me, & vt magis seruiat Dijs alienis, hæc locutus est dominus; quare Apost. Cor. ab hac re deterrens, Nolite, inquit iugum ducere cum infidelibus; quæ participatio lucis ad tenebras? aut quæ pars fidelis cum infideli? hæc diuus Paul.; ambo igitur christiani esse debent de eorundem, quos citauimus, autoritate, alioquin grauius puniuntur, sicuti in cap. si quis iudaicæ prauitati 28. quæst. 1. probatur; si quis iudaicæ prauitati, dicitur enim ibi, coniugali societate iungitur, siue christiana iudæo, siue iudæo christiana mulier carnali confortio miscetur, quicumque eorum tantum nefas permisisse cognoscitur, à christiano catu, atque conuulso, & à communione ecclesiæ prorsus segregetur. Hæc ibi Vrbaniense concilium statuit; ius uero ciuile in l. ne quis christianum C. de iuda. capitis pœna eos afficit, quod Mozz. qui post. matr. contr. num. 25. quoque tradidit; nec, quod catechumenus alter sit, vti Gloss. in citato cap. caue asseruit, quam Gloss. communiter receptam Nauar. in Manuali capite 22. testatus est, factus erit; etenim idem matrimonium, quatenus ad eum, qui à Christi fide alienus, baptismoque initiatus non est, ne quaquam ratum, quatenus uero ad christianum pertinet, ratum esset, vt in capitulo finali 28. quæstione prima probatur, atque idcirco & dissolui, & non dissolui possit, quod absurdum est, argum. leg. iam hoc iure ff. de vulgari, & pupillari, & leg. eum, qui cedes ff. de usufruptionibus, ac Bonauentura distinct. 39. articulo primo quæstione 1. id indicauit: sicut tamen, sub conditione hæc Si christianus, christianam fieri velit, sponsalia contrahi cum his queunt, vt in capitulo non oportet 28. quæst. 1. habetur, atque in l. in tempus ff. de hæredibus institutis probatur, ubi, qui hæres institui nunc minime potest; cum hæreditatis capax erit, hunc institui posse iurisconsultus respondit, atque communiter id receptum esse Mozz. n. 26. e. recenset, ita Rom. Pont., quod ecclesiæ statuto prohibetur id est, atque idcirco matrimonia huius-

huiuscemodi contrahi consueuisse Thom. ab Arg. dist. 39. cum sequen. quæst. 1. art. 1. conclus. 2. inquit, quod matrimonium valeat, id quod, & Mozz. eod. Qui matrim. contrahere possit, quoque existimauit, non, quod sacramentum fiet permittere potest; etenim neque eum, qui baptismum non suscepit, sacri ordinis, ac reliquorum sacramentorum participem facere potest; valebit tamen, & quatenus sacramentum, si à Christiano cum ea, quæ baptismo initiata hæresi à fide Christiana defecit, matrimonium contrahatur, quamuis, si ad bonam frugim non redeat, eam dimitti posse Mozz. eod. num. 27. testetur; Christianus igitur cum Christiana matrimonio copulabitur; alioquin, vel existimem eam Christianam esse, quæ non est, quod scilicet, baptismo initiata cum est, baptismi suscipiendi propositum non habuisse parafactum est, matrimonium non constabit; etenim nec matrimonium ab eo, qui id ignorabat, cum consanguinea contractum valet, verum statim, atque id scitur, nullum esse declaratur. 7. Non publicæ honestatis iniuria illaqueatos; hæc nanque & contractum matrimonium tollit, vt in cap. iuuenis, & in cap. ad audientiam, & in cap. sponsam de sponsalibus, & matrim., & in cap. literas cum seq. de despons. impub., & in cap. duo pueri de spons., & matrim. in 6., & in cap. un. de despons. impub. in 6. probatur; unde autem impedimentum hoc nascatur, ac quousque pateat, paulo post declarabimus, si vnum hoc addiderimus ob honestatem, ex qua etiam nomen sibi vindicauit, matrimonium ratione hac impediri. 8. Non, priore marito uiuente, uxorem [ modo vterque id sciret ] hos antea matrimonium, sponsaliaue contraxisse, atque aut ante, aut post matrimonium, sponsaliaue contracta veneris rebus operam dedisse; quod enim, si id permitteretur, fieret, vt mariti coniugum mortes, & è contrario coniuges maritorum interitus auidè nonnunquam expectarent, ac vitæ infidias mutuò quandoque pararent, quæ inri contraria esse in leg. fin. C. de pactis, & in cap. 2. de concess. præb., & ibi notat Abbas, probatur; his de causis, est cum alijs matrimonio iungi queunt, inter se tamen, etiam post alterius coniugis, maritivè prioris mortem hac ratione iungi prohibentur; Si quis, dicitur enim in cap. fin. de eo, qui dux. in matrim., quam poll. per adult., uxore uiuente fide data promisit aliam se ducturum, vel cum ipsa de facto contraxit; si nec ante, nec post, legitima eius superstitite, cognouit eandem [ quamuis vtrique ipsorum pro eo, quod in hoc grauius deliquerint, sit pœnitentiâ iniungenda ] nõ est tamen matrimonium, quod cum ea contraxit, post uxoris obitum dissimendum; ceterum tollerari non debet, si prius, vel postea, dum vixerit vxor ipsius, illam adulterio polluisset. Hæc ibi Romanus Pontifex; ex quibus, quæ diximus, satis probari constat, eadem in capit. 1. eodem, & in cap. relatum vigesima prima quæst. prima habentur, atque Thomas ab Argenti. distinct. 37. cum sequen. quæst. prima artic. secundo in prima parte articuli, & Scot. dist. trigesima quinta, & Bacch. distinct. 34. quæst. prima, vers. quinto, & Abbas in citato cap. 1. eodem, & Mozz. in 7. colum. num. 25. vers. Secundum crimen concludunt; non igitur, vt se ducturos esse tantum inuituò polliciti fuerint, & eorundem iurium, autorumque sententia; non etiam, vt concubitu solum vti sint, quod in cap. significasti eod. probatur; Significasti nobis, dicitur enim ibi, quod, cum P. ciuis Spoletanus quendam M. mulierem duxisset legitime in uxorem, ea relicta, cuidam meretrici adhæsit, &c. verum, cum vxor ipsius esset viam uniuersæ carnis ingressa, meretricem, cui adhæserat, desponsauit. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod, nisi alter eorum in mortem uxoris defunctæ fuerit machinatus, uel ea uiuente sibi fidem dederit de matrimonio contrahendo, legitimum iudices matrimonium supradictum, non concubitus [ inquam ] solum; non denique, ut alter tantum alterius coniugem, maritum uel uiuere sciuerit, factus esse existimabitur [ modo is, qui id ignorauit, contractum matrimonium nouo intercedente consensu, quamuis in facie Ecclesiæ id minus fiat, si antea coram ea contractum esset, quod in cap. penultimo ubi Abbas, & in cap. primo eod. habetur, citati que autores asserunt, ratum habeat ] verum, & ut matrimonium, sponsaliaue contraxerint; & ut, priore marito, uxore uel superstitite, aut ante, aut post sponsalium, matrimoniuè contractum liberis operam dederint; ac denique, ut uterque priorem maritum uxorem uel uiuere non ignorauerit, necesse est. 9. Non communi consensu, hocque consilio, quod scilicet matrimonio ipsi iungerentur, aut maritum priorem uxorem, aut uxorem priorem maritum; aut alterum alterius, uirum, uxorem uel, aut simul alterum, uel utrunque necesse; Interrogasti, dicitur

nanque in cap. 1. de conuers. in fid., de faracenis, qui, dum in captiuitate essent, quarundam Christianarum viros earum insidijs, & machinationibus occiderunt, vtrum, quia postea per ipsas ad fidem Christianam conuersi sunt, eas de iure possunt accipere in vxores, vel, si duxerunt, coniugium teneat eorundem. Hic Tribur. concilij regula contenti sumus asserentis, quod, si in mortem ipsorum malitiosè fuerint machinatae, licet earum studio ad fidem accesserint, nec tamen eis adhaerere debent; nec sunt, si adhaeserint, etiam tollerandi; cum tale damnum tali lucro ecclesia compensare non velit. Hæc ibi Romanus Pontifex inquit, neque iniuria; tum quod huiuscemodi factum fidei matrimonij bono aduersatur, tum quod, si id permitteretur, ex delicto primum quis consequeretur, ac quodammodo ad malum iniuraretur; tria igitur, quod matrimonium inter hos impediat [et si cum alijs matrimonio iungi queunt] necessariò requiruntur, & vt communis consilio ab ipsismet, ab alijsvè de eorum mandato [non enim rati habitationi locum hic esse Glos. in cap. si quis viuent; 31. quæst. 1., quam Mozz. in 7. colum. num. 25. sequitur, adnotauit] id factum sit; quod illis item verbis Earum insidijs, & machinationibus significatur; & vt ob eam rem, quod illo verbo Malitiosè ostenditur; ac postremò vt re ipsa mors consequuta sit, quod illo verbo Occiderunt declaratur, atque ita Ioann. And., quæ Abb. in cap. 1. eod. sequitur, asserit, communiterque receptum id esse Nauar. in Man. cap. 22. num. 46. testatur; quare sicuti, exempli gratia si marito mulier venenum hoc animo de derit, mortuus tamen non fuerit, nuptiæ idcirco non prohibentur; ita cum alius suo nomine virum interfecisset [ipsius mulieris iussu, mandato vè non antecedente] si mortè ratã deinceps habuerit, ipsam matrimonio iungi cū eo viro, cuius gratia sine suo mādato alius maritum necauit, matrimonio, in quã, iungi gloss. in cap. si quis viuent; 31. quæst. 1., quam communiter receptam esse Nau. eod. num. ac Mozz. in 7. colum. eod. num. 25. testatur, posse asserit; Si verò post adulterium ab ipsis commissum vir tantum hoc animo aut suam vxorem, aut eius, qua cum matrimonio iungi vult, quamque adulterauit, maritum necauerit; vel è contrario mulier suum virum, eiusvè, cui nubere nunc optat, & quo cum adulterio polluta est, vxorem hoc consilio interfecerit, hi quoque, vt in cap. si quis viuent; 31. quæst. 1., & in cap. super hoc de eo, qui duxit in matrim., quam poll. per adult. habetur, & Abb. in cap. 1., & in cit. cap. super hoc eod. de Mozz. in 7. in colum. num. 25. vers. Sed stante asserunt, communiterque receptum id esse Nau. in Man. cap. 22. num. 46. testatur, matrimonio iungi prohibentur. 10. Non vtrumque, alterumvè solum aut vxorem aliã, aut maritum alium habere; tum quod vir plures vxores, & mulier plures viros eodem tempore habere nõ potest, vt in §. affinitatis in instit. de nupt., & extra de spons. duorum probatur, ac Thom. ab Arg. dist. 37. quæst. 1. art. 4., & Bacch. dist. 34. quæst. 1. num. 9., vniuersique concludunt; tum quod viua priorẽ coniuge, nisi ante matrimonium consummatum in religione quapiam castitatem vouerit, quod iam probauimus aliam vtorem ducere marito non licet, nec, priore marito superstiti, vxori nubere alteri, per cap. licet de spons. duorum permittitur; Quod si inter virum & mulierem, dicitur enim ibi, legitimus consensus interueniat de presenti, ita quidem quod vnus alterum in suo mutuo consensu verbis conuictis expressè recipiat, vtroque dicente Ego accipio te in meam, & Ego accipio te in meum, siue sit iuramentum interpositum, siue non, non licet mulieri alij nubere, et si nupserit [etiam si carnalis copula sit secuta] ab eo separari debet, & vt ad primum reddeat, Ecclesiastica districtione compelli. Hæc ibi Romanus Pontifex, immo, si maritus mortuus esset necne, dubitaretur, intetum nubere alteri mulier non potest, et si nupserit, quamuis debitum petenti reddere debeat, ne tamẽ ipsa illud exigat, prohibetur; Sanè, dicitur enim in cap. dominus de secund. nupt., super matrimonijs, quæ quidam ex vobis, nondum habita obeuntis coniugis certitudine, contraxerunt, id vobis respondemus, vt nullammodo ad secundas nuptias migrare præsummat, donec ei cõstet, quod ab hac vita migrauerit coniux eius; si vero aliquis, vel aliqua id hæctenus non seruauit, & de morte prioris coniugis adhuc existimet sibi dubitandum, ei, qui sibi nupsit; debitum non denegat postulant, q̄ a se tñ nouerit nullatenus exigendum; q̄ si post hoc de prioris coniugis vita cõstiterit, relicto adulterinis cõplexibus ad priorẽ coniugẽ reuertat. Hæc Rom. Pont. q̄ in 34. q. prima, & seq. habentur; antequam tamen matrimonium consummatum est, à Romano Pontifice ipsum dissolui posse, & ipsi sconjugibus consentiantibus nulla

etiam

etiam causa intercedente Abb. in cap. ex publico de conuers. in fid. inquit, ac Mozzius in 7. colum. eod. num. 38. communiter receptum id esse testatur; constat igitur iam ex his contrahentium corpora & re ipsa, & iure, quod matrimonium contractum valeat, ad concubitum habiliã esse oportere; hæc impedimenti, quo & matrimonium contractum tollitur, modò ipsum impedimentum antecedit, non verò consequatur, rationem habere; neque enim, quod vir honesto loco natus, mulier verò infamis, ac meretrix fiet, quam rem Mozz. Qui matrimo. contrahere poss. pluribus num. 15. disputauit, matrimonium idcirco tollitur; tum quod contraria opinio receptor est, tum quod in cap. inter opera de spons. hos, qui mulieres huiusmodi vxores ducunt, mereri Summus Pontifex asseruauit: sicut autem, ut viti, ac mulieres his impedimenti detenti matrimonio inter sese copulentur, permittere idem Summus Pontifex vnus potest argum. cap. non debet de consang., & affinitate, & cap. 2. cum duobus sequen., & can. 3. in Triden. Synod. sess. eadem, ita ut aut inter ascendentes, ac descendentes matrimonium constet [quod iure naturali diuino id prohibitum est; propter hoc, dixit enim Deus, relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit vxori suæ, quod ius Summus Pontifex argum. l. ille, à quo §. in tempestiuum ff. ad Treb., & argum. cap. inferior 21. dist. abrogare non potest] aut ij matrimonio iungantur, qui non consentiant, consensumvè non habent, sicuti Mozz. eodem de substantialibus matrim. num. primo docuit; aut, qui habiles ad concubitum re vera non sunt, coniugio copulentur [quod scilicet in priori casu consensum supplere, in posteriori materiam mutare non valet] aut vxores duas uir vnus, muliervè duos viros habeat [ut enim Deus sibi prioris casus concedendi facultatem reseruauit, ac cui voluit, quod in cap. gaudemus de diuortijs habetur, ipsemet impartitus est, ita posteriorem, ut mulier scilicet plures viros eodem tempore habeat; quod bonum prolis impedit, cuius rei meretrices argumento sunt, nemini vnquã concessit, sicuti Mozz. quoque in colum. matrimonium nu. 6. id notauit] aut denique matrimonium, quod consummatum est, dissoluatur [sicuti Mozz. in verbo matrimonium nu. 2. ait; quod iure itidem diuino, id ne fieret, cautum est; quos enim Deus coniunxit, homo non separet, Christus dominus ecclesiã imperauit] ita, inquam, Romanus Pontifex, ne inter hos matrimonium fieri permittat, prohibetur; quare tam, qui in his casibus, vbi Romanus Pontifex matrimonij contrahendi facultatem facere non potest, etiam si de ipsius licentiã id faciunt [modò ipsi matrimonium contrahenti Romano Pontificem id minus posse non ignorant] quam, qui in alijs casibus, in quibus permitti matrimonium potest, sine permisso matrimonium contraxerint, nihil facient, mortifereque peccabunt, posteriorum verò liberi legitimi non erunt, atque ipsi, ut in §. si aduersus in instit. de nupt., & in cap. cum haberet de eo, qui dux. in matrim., quam poll. per adult., & in cap. non debet de consanguin. & affin., & in cap. causa, & in c. referente Qui fil. sint legit. habetur, alijs poenis afficient, nisi & rem hanc alter, ambovè ignorent, & in facie ecclesiæ matrimonium contrahant, atque denique in eã incitiã conceptionis quoque tempore sine dolo perseuerent; tunc enim, vti Ioann. Andreas, quem Abb. in cap. ex tenore, qui fil. sint legitimi refert, ac sequitur, asseruauit, quodcunque impedimentum extet, à iure statutas, ac perscriptas penas effugiunt, filij legitimi nascuntur, ut in cap. secundo, & in cap. ex tenore, & in cap. perlatum cum sequen., & in cap. peruenit, qui fil. sint legit. probatur, ac denique mortifere non peccant: atqui de ijs, quæ necessariò huic materiæ inesse debent, iam satis egimus; de ijs, quæ eidem inesse, quamuis non necessariò, debent, iam agamus.

De ijs,

De ijs, quae eidem materia circa quam sacramenti Matrimonij inesse, quamuis non necessario, debent, Cap. XX.

**I.** **N** E S S E denique eidem materia, quamuis non necessario, haec debent Primū, sicuti Bacch. dist. 35. quaest. 1. art. primo, & Thom. ab Argē. dist. 37. cum sequen. quaest. 1. art. 2. in 2. parte, & Petr. Sot. eod. lect. 14. & Mozz. in 7. colum. num. 62. inquit, & in cap. primo, & in cap. ex literis, & in toto tit. de eo, qui cogn. conf. ux. suae, & in cap. si quis viduam; 2. quaest. 7. habetur, ne alter eorum, qui matrimonio iungendi sunt, incestum fecerit; etenim, cum legitime contracto matrimonio suam libidinem satiare potuerit, neque id uoluerit; equum est, cum velit, id illi denegari: quod tamen incestum matrimonij vim non tollit; ob eam rem, quod in cap. transmissae eodem tit. probatur, & Gloss. in cap. 1. eod. titulo, citatiq̄ue autores sentiunt, contractū matrimonium nihilominus valebit, immo uel dolo non adhibito incestum fecerit, ut in cap. in lectum 34. quaest. 1. probatur, atque Gloss. in cap. 1. de eo, qui dux. in matrim., quam poll. per adult. in verb. Scienter notat, uel ab Episcopo matrimonij contrahēdi licentiam impetrauerit, quod scilicet iuuenis sit, his de causis, ut in cap. adolescentia 33. q. secunda, & in cap. ex literis de eo, qui dux. in matrim., quam poll. per adult. habetur, & Gloss. ibidem, & in cap. 1. eod. inquit, hi neque peccabunt, neque, quod minus debitum petant, prohibebuntur. **II.** Ne coniugem suam maritus interfecerit; sic enim in cap. interfectores, & in cap. admonere 23. quaest. 2. iure cautum est, & Petr. Sot. eod. lect. 14, & Bonau. dist. 37. quaest. 3. art. secundo, & Thom. ab Arg. dist. eadem cum sequen. quaest. 1. art. 2. in 2. parte, & Nauar. in manual. cap. 22. num. 74. concludunt; beneficium namque amittere is meretur, qui eo abuti nō dubitauit; quare, quod eadem ratio in vxore locum habet, & ipsa maritum interficiens alteri nubendi, id quod & Palud. asseruisse Nauar. eodem nu. 74. recenset, ac sequitur, facultate priuabitur. **III.** Ne alterius sponsum uir, vxorem uel de eorundem autorum sententia rapuerit; Statutum est à sacro conuentu, dicitur enim in cap. statutum 27. quaest. secunda, ut, si quis sponsum alterius rapuerit, & publica poenitentia mulretur, & sine spe coniugij maneat. Haec ibi Tolet. Synod. sanciuit, neque iniuria; ins namque ipsum, aequumque postulat, ut, qui alterius vxorem, sponsum uel habere iniuria uoluit, quam iure potuisset, iam nunc habere illam ei non liceat. **IV.** Ne dolo proprium filium in baptismo, christum uel susceperint; Si coniuges legitimi, aut nāque Summus Pontifex in cap. de eo 30. q. prima, unus, aut ambo ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susceperent, si in nupti permanere uoluerint, bonum est; sin autem, gratis poenitentia insidiatori iungatur, & simul maneat; & si prauaricator coniugij superuixerit, acerrima poenitentia mulretur, & sine spe coniugij maneat. Haec ibi Summus Pontifex; quare, sicut hic, uenia non impetrata debitum reddere, non uero ipsum petere potest; ita è contrariò, si, cum necessitas adesset, baptismum filio administrauerit, iure hoc, quod Mozz. eod. in 7. colum. num. 64. tradidit, non priuabitur. **V.** Ne spirituali cognatione à Catechismo orta matrimonium contracturi se attingant, ut in c. per Catechismum de cogn. spirit. in 6., & in cap. contracto eod. in antiq. habetur, ac citati autores, uniuersiq̄ue sentiunt: huiusmodi autem cognatione matrimonium contractum non tolli, & eidem personis, quibus spiritualis cognatio, qua matrimonium contractum dissoluit, coartari Nauar. eod. cap. 22. num. 72. conclusit; quare, quod spiritualis cognatio, quae matrimonium contractum dirimit, à baptismo, confirmatione uel orta eisdem tantum personis, quas Trid. Syn. de reform. matrim. cap. 2. sess. 24. expressit, circumscribitur, ut in bulla Pij Quinti anno 1566. 4. Kal. Decembris Super declaratione decreti Concilij Trid. de cogn. spirit. in maritum, uel vxorem suscipientis, &c. edita declaratur; quod etiam eiusdem Syn. decretum ad cogn. ante ipsam Syn. ortam trahi, atque idcirco extra praescriptas personas matrimonium ibi quoque non prohiberi, ac perinde atque cognatio orta non esset, matrimonia contracta ualere, & contrahi deinceps posse matrimonij

monij fauore, idem Pius Quintus in declaratione Concilij Trid. de comparitate; & affinitate ex fornicatione, & Pius Quartus in bulla ab eod. Super declaratione Concilij Trid. de impedimento affinitatis ex fornicatione prouenientis anno 1564. 17. Kal. Nouemb. edita declaratur; quamobrem, qui uel ob affinitatem à fornicatione ortam in tertio gradu, uel ob cognationem à baptismo, confirmatione uel per parentes, maritum, coniugem uel acquisitam, olim, quod minus matrimonio iungerentur, prohibebantur, nunc, matrimonium ante Trid. Synod. post uel ab his contractum sit, simul esse possunt, ac, qui eo vinculo iuncti non sunt, liberè eo obligari de eorundem Pontificum eisdem in locis declaratione queunt; ita eisdem rationibus de cognatione hac, quae à Catechismo oritur, matrimoniumque contractum non dirimit, eod. Nauar. teste concluditur. **VI.** Ne sacerdotem necarint, ut doctores, ac Mozz. in 7. colum. num. 64. concludunt, atque in c. 2. de poenit. habetur; ac re uera, qui sacramento huius ministri vita priuauit, iure, quod minus sibi in hoc facto posthac adstet, priuatur. **VII.** Ne solēnem poenitentiam egerint; sic namque in cap. de his 33. quaest. 2. habetur, sic Gloss. ibidem notauit, etenim, cum huiusmodi poena pro grauissimis delictis infligatur, qui scelera huiusmodi conceperit, non rei vxoria, uoluptatibusque operam dare, sed in lachrymis, lordibusque uersari, quod eorum scelorum poenam linat, debet. **VIII.** Ne sciens cum moniali, & Deo dicata muliere matrimonium contraxerit; tum quod in cap. ij ergo 27. quaest. 1. id prohibetur, tum quod, si contra fiat, in clem. vn. de consang., & affin. excommunicationis poena statim, sicut qui sciens cum affine, consanguineum matrimonium contrahit, irretitus est. **IX.** Mulierem aliam uir, uirum alium mulier se ducturos ne sponderint; nam, ut in c. 1. de spons. duorum habetur, duobus modis dicitur fides pactiois; & consensus, si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactiois, non debet aliam ducere; etsi aliam duxerit; poenitentiam debet agere de fide mentita, maneat tamen cum illa, quam duxit; nō enim rescindi tantum debet sacramentum; idem in cap. secundo, & in cap. ex literis probatur; quare, nisi aut iudice autore id faciat [tunc enim ipse culpa caret, ut in cap. duo pueri de desponsal. impub. habetur, & in l. Gracch. C. de adulr., & in l. iust. possidet ff. de acquir. possess. probatur] aut mutuo fide data se liberauerint [quod posse in cap. 2. de spons. habetur, ac Nauar. in manual. cap. 22. num. 25., & Mozz. quomodo dissoluantur sponsalia nume. 3. etiam si iureiurando sponsalia confirmata sint, concludunt; etenim & Deus illud recipit, quatenus ipsis, qui iurauerunt, expedit; & iurandum hac ratione adiectum eius, cui adijcitur, naturam sequitur argum. cap. accessorium de reg. iur. in 6., & id Card. sensisse Nauar. eodem num. 25. recenset, ac sequitur. communiterque receptum id esse Mozz. eod. num. 4. restatur] aut in religione quapiam professus castitatem sit [quod in quacunque promissione principis autoribus excepta, multoque magis ipsius Dei intelligitur, uti Glos. in cap. quemadmodum de iureiurando asseruit, atque idcirco non modo fidem datam, quando Deus ad meliorem nos irugim uocat, fallere, uerum etiam contractum matrimonium non consummatum deserere, nulla eorum, quae mutuo data sunt, iactura facta Mozz. eod. num. 7. teste nobis licet; quare, & sacri ordinis susceptione, & simplicis castitatis voti emissionē, sponsalia licitè dissolui num. 8. Mozz. adnotauit] aut vxorem uir duxerit, mulier uel alteri nupterit [tunc enim, qui reliquus est, quod fidem seruare nec, si uelit, potest, culpa uacat] aut alter cum alio concubuerit [quod sponsalium iurata sint, non cogitur, uti Abb. in cit. cap. quemadmodum, & Mozz. eod. nu. 9. inquit, & in cap. frustra de reg. iuris in 6., & in l. cum proponas 2. C. de pactis probatur] aut in uitium quodpiam cum animi haereses scilicet, furoris, amentiaque, & huiusmodi, tum corporis, ut commitialis morbi, scabiei, alterius uel grauioris morbi sponsa, sponsus uel inciderit, quae uitia si sponsalium tempore affuissent, minimè ipsa data essent [quod id ratio per cit. c. quemadmodum actum uidetur] quare, inquam, his casibus exceptis, alias si sponsalibus alter non steterit; q̄ in re graui fidem datam fallit, & in c. secundo, & in c. ex literis de spons. ne fidem hanc frangat, censura ecclesiastica coercetur, ac denique, ut poenitentiam de hoc agat in cap. 1. eod. iubetur; his de causis quicquid Nauar. eod. cap. 22. num. 28. senserit, mortiferè, quod & Mozz. in 7. colum. num. 53. existimauit, mea sententia hic peccabit, quamuis pro sponsalibus contractis, quod scilicet matrimonia libera

- X. esse debent, in cap. Quae actio detur pro sponsi, nullum actionem dari concluderit. X. Ne continentiae simplex votum fecerint, ad religionemve aliquam se transiuros promiserint, ut in cap. vn. §. reliqua de voto, & vot. redem. in 6., & in cap. meminimus, & in cap. consuluit, & in cap. veniens cum seq. qui cler., uel vouen., & in cap. secundo, cum 3. sequen. dist. 27. probatur; uel igitur ad tempus votum hoc fecerint, intra illud, sicuti Nauar. eod. cap. 22. num. 73. asserit, & in l. quae de tota ff. de rei vind. probatur, à nuptijs se abstinebunt; alioquin, si ab ipsis matrimonium contrahatur, etsi illud valet, quemadmodum communiter receptum id esse Mozz. in 7. colum. num. 57. testatur, quoties tamē liberis operam dabunt [nisi Episcopus, quem id permittere posse communi doctorum sententia Mozz. in ead. colum. num. 55. inquit, licentiam concesserit] mortifero peccato, non semel tantum obuoluentur; etenim nec ratio, quamobrem deinceps non offendatur, reddi potest; & communiter receptum id esse Nauar. eodem cap. nu. 73. recenset; immo &, qui cum ea, quae continentiam vouisset, matrimonio iungitur, Gloss. in cap. non nouimus 17. quaest. secunda, quam Nauar. eod. cap. 22. num. 73., ac Mozz. eod. num. 75. sequuntur, sicuti, & eum, qui aliam, nullamve uxorem se ducturum promisit, iureiurandoque id confirmauit, grauiter offendere hunc existimauit. XI. Ne denique, quod impedimēta non nulla adesse existimantur, ratione uel alia; quod minus matrimonium contrahant, ab Ecclesia interdictum ipsis fiet, ut in tit. de matrim. contract. contra interd. Ecclesiae probatur: sicut autem in omnibus his casibus, qui contrarium fecerint, mortifere raro non peccant, quamuis contractum matrimonium ualere Thom. dist. 35. in expos. literę, & Caiet. in verbo Matrimonium de imped. non dirim., & Syl. in verbo Matrimonium 7., & Nauar. in man. cap. 22. nu. 68. cum multis sequen., & Tab. in verbo Impedimentum 7. num. primo, diuinarumque rerum scriptores, ac Mozz. Qui contrahere poss. matrimo. num. 24. concludant; ira de eorundem, quos citauimus, sententia, si de sui ordinarij antistitis licentia ab hisce matrimonium in his casibus contrahatur [voto enim castitatis, religionisq; excepto, quae duo sibi Romanus Pontifex reseruauit, facultatem matrimonij contrahendi in reliquis impedimentis facultatem dare, atque, ut maritus, qui cum sorore uxoris rem habuit, unde affinitas orta est, debitum petat, de Mozz. sententia in 7. colum. num. 43. vers. Sed quid si affinitas, Episcopus concedere potest] poenę culpam effugiunt: atq; de materia sacramenti matrimonij haecenus; ad eiusdem necessariam formam, item que ad ea, quae eidem necessario inesse debent, sibi que cum reliquis sacramentis communia sunt, transeamus.

*De forma sacramenti Matrimonij necessaria; & de ijs, quae necessario illi inesse debent, communiaq; sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, Cap. XXI.*



- F**ORMA igitur sacramenti matrimonij necessaria ea, quibus & à viro mulierem, & à muliere virum in matrimonium duci significatur, signa sunt; ut exempli gratia, cum vir Accipio te in meam uxorem, & mulier Accipio te in meum maritum, inquit; ut in cap. pen. de spons., & in c. licet de spons. duorum probatur; nota igitur illae, quibus mutus viri, ac mulieris in matrimonium consensus exprimitur, eae sacramenti huius forma sunt: necessario autem formae huic, quae sibi cum reliquorum sacramentorum formis communia esse dicimus, haec inesse debent. Primum, ut exprimat; sic enim in cap. licet de spons. duorum ibi Expressè recipiat, & in c. tuae fraternitati, eo in loco Sed necessaria sunt quantum ad ecclesiam uerba consensus exprimentia, & in c. apud sedem in illis uerbis Cum quod uerbis non potest, signis ualeat declarare, & in cap. pen. de spons. ibi Consensu uerbis consuetis expresso probatur; sic diuinarum rerum scriptores asserunt; forma autem, ait enim Scot. dist. 16. conclus. 4. hoc de sacramento agens, est aliquod signum sensibile, Requiritur uero hic consensus eodem lect. 3. Petr. Sot. inquit, per uerba, aut

aut scripturam, aut quocūque alio exteriori signo expressus, Concedendū est igitur, Bon. d. 28. q. 4. art. 1. p. 1. quoq; addit, qd Matrimonium non contrahitur, nisi cōsensus exterior exprimat, uel p uerba conueniētia, uel per nutus idē importantes, Ad hoc ut cōsensus efficiat matrimonium uerum, Thom. ab Arg., ne singulos prosequar, qd infinitum pro modo id esset, d. 27. cum seq. q. 1. art. 2. concl. 2., ac Mozz. de subst. matrim. nu. 2. inquit, necesse est, ut exprimat p uerba de praesenti, uel saltē per aliqua signa huiusmodi uerbis aequipolentia, sic tandē idem Arg. d. 27. q. 1. art. 3. concl. 1., & Rosel. in uerb. Matrimonium 3., & Mozz. eod. nu. 26. de communi sent. testatur; non igitur vir, qui omnino tacitus, animoq; tantum ita, ut extrinsecus id minus agnoscat, itidemq; mulier hoc animo praedira de Soti sententia dist. 27. quaest. 1. art. 3. concl. 1. matrimonio iungentur. II. A causa efficiēte, atque idcirco ab ijs, qui matrimonium contrahere uolunt; quod enim ipsorum consensus necessariō requiritur, merito, ratione quapiam eum ut exprimat, res ipsa postulare uidetur; quare, si pater in facie Ecclesiae praesente filia Hec mea filia accipit te Antoni uirum diceret, ipsaque taceret, satis consensus filiae huius expressus esse, quod in c. vn. in §. fin. de despons. impub. in 6. habetur, atque Gloss. in cap. honorantur parentes ait, de communique sententia Mozz. de subst. matrim. num. 22. testatur, expressus satis, inquam, intelligeretur. III. De praesenti, ut in citatis iuribus probatur, iidemq; doctores, quos recensuimus, & Catech. eod., ac Mozz. eod. nu. concludunt, neque iniuria; nam, cum sibi corporis potestas in alterum quo ad concubitum transferatur; planē, qui se factum id pollicetur, nondumque illud facit, uel iurandum adhibeat, non matrimonium, sed sponsalia erunt; si tamen de mente ipsorum ex antecedentibus signis, praesentibusue constaret ipsos, hac, illaue forma uerborum matrimonium contrahere uelle, tunc, qd forma à Christo domino, à cuius norma discere minus liceat, perscripta nobis non est, uel futurum tempus uerbis significatibus, formam proferant, matrimonium extabit; quare hisce uerborum formis, Nunquam te relinquam Volo tecum matrimonium contrahere, Non habeo aliam uxorem, nisi te, Nunquam deficiam tibi in uita mea, & id generis, planē matrimonium, quod in priori Mozz. de subst. matrim. nu. 24., in altero, & Card. in c. ex literis de spons. inquit, & in tertio doctorū receptior opinio, uti Mozz. eod. nu. 26. testatur, est, matrimonium, inquam, his uerborū formis habebitur; sicuti si de contraria eorundem uoluntate appareat, sine dubitatione non constabit; si uero dubitetur, qd uerba in matrimonio in eam sententiam nos trahere, interpretariq; debemus, quae recepta communiter est, ut in c. ex literis de spons. habetur, & in l. Labeo ff. de sup. leg. probatur, tunc à uerborum forma nō recedemus, atque idcirco per ea uerba Volo ducere te in uxorem [quoniam uerbum uolo in his, quae à sola uoluntate loquentis pendent, si adiungatur ad infinituum designans initium actus, ut pendeat, facit] sponsalia tantum contracta, sicuti de magis communi sent. Mozz. de subst. matrim. num. 24. testatur, intelliguntur; per illa uero uerba Volo te tenere, uel habere uxorem [quod haec, matrimonio non contracto, esse nequeunt] ob eam rem matrimonium contractum esse, id quod communiter receptum quoque Mozz., eod. nu. 25. recenset, existimabitur, quemadmodum illis uerbis Non habeo aliam uxorem, nisi te DD. concludunt, uti Mozz. eod. num. 26. IV. Sine eorum, quae coniugū uoluntatem, ac consensum hunc praesentem tollunt, adiectione; non igitur conditio adijci debet, alioquin, nisi aut natura inest, ut Accipio te uxore, si Deo libuerit [haec enim, qd tacito inest, nihil operatur, ut in l. 3., ibiq; iuris interpretes id explicarunt ff. de leg. 1. hī, ac Sot. d. 29. q. 2. concl. 1. asserunt] aut necessario inesse debeat, ut, exempli gratia Accipio te in uxore, si baptismo initiata es, nihil uel aliud, quod matrimonium tollat, inter nos adsit, sicuti Suppl. eod. §. notauit [etenim conditio haec, quod & Mozz. eod. de diuis. matr. nu. 10. animaduertit, ac Syl. eod. §. nu. 3. de cōi testatur, ne actus pendeat, sicut in l. haec uerba testatoris ff. de leg. 1., & in l. conditiones ff. de condit. probatur, efficit] aut futura conditio omnino sit, ut Si cras Sol oriatur [non enim hac quoque ratione expressa conditio actui, ne statim sit, obest argō l. si pupillus §. qui sub conditione ff. de nouat., ac Sot. d. ead. q. 2. art. 1. concl. 2., & Bonau. dist. 28. q. 3. art. 1. p. prima, & Suppl. eod. §. sentiunt, modo solem oriri tunc non intelligant, cum ab ipsis oculis cernitur, aut id temporis expectare uelint; etsi enim conditionem id non facit, in diem tamen contractum esse matrimonium Mozz. eod. de diuisione matrimonij num. 10. existimauit] aut de re praesenti, praeteritave

conditio adijciatur [quod enim verè conditionis vim non habet, vt alibi probauimus, ob eam rem matrimonium vel nullum statim esset, uel, modò contrahentium voluntas non repugnet, quemadmodum Sot., Bonau., & Mozz. eod. num. 10. inquit, illico ualet] aut ea sit, quæ re ipsa, ut Si digito Coelum attigeris, iure uerè, ut Si furatus fueris, fieri nequeat [tunc enim, nisi aliter ipsorum contrahentium consensus postulet, ea conditione explosa matrimonium constabit; Licet alia conditiones, dicitur enim in c. fin. de cond. app. habetur, appositæ in matrimonio; si turpes, aut impossibiles fuerint, debeant propter eius sanorem pro non adiectis haberi. Hæc ibi Summus Pontifex tradidit; si ergo pro non adiectis habentur, matrimonium ualebit; alioquin, quem fauorem, cuius gratia conditiones huiuscemodi pro non adiectis habentur, referret, si nullum quoque ipsum esset? postremò dictio illa Licet, quæ, ut in diction. in verbo Licet habetur, antecedentibus aduersatur, satis id declarat, quasi Romanus Pont. dicat, conditiones contra substantiam matrimonij ipsum tollunt; licet, id est quamuis alia conditiones, quæ substantiæ matrimonij non aduersantur, etsi turpes, impossibilesque sunt, non idem efficiant, sed contra potius matrimonio rato, ac firmiter extante ipsæ tollantur; quare, quicquid Sot. d. 29. quæst. 2. art. 2. vers. Mens igitur, senserit, in hoc casu cum Gloss. in citato cap. fin., & cum Suppl. eod. vers. Quinta, matrimonium ualere opinor, atque concludo] aut cōditio adimpleri nequeat, nisi matrimonio contracto, ut duco te uxorem si filios honestè, ac probè educaueris [esto enim hæc postea non præstentur, quòd tamen matrimonium rectè, ac legitime contractum est, neque hac, neque alia ratione Mozz. teste de diuis. matrim. num. 12. dissolui potest] non igitur, inquam, conditio adijci debet; alioquin his, quos recensuimus, exceptis casibus, uel sponsalia erunt, ut in c. super eo de cond. app. probatur, quamuis uerba tempus præsens, ut Si pater meus uoluerit, decem uerè mihi dederis duco te in uxorem, significant; adimpleta uerò conditione, nouoque consensu, uel tacitò intercedente, uti communiter receptum id esse Mozz. eod. nu. 10. testatur, matrimonium erit; uel, si contra matrimonij naturam fuerit, ipsum nullum reddet; Si conditiones, dicitur enim in cap. fin. de cond. app., contra substantiam coniugij inserantur, puta si alter dicat alteri, contraho tecum, si generationem prolis euites, uel donec inueniam aliam honore, uel facultatibus ditiozem, aut si pro quaestu adulterandam te tradas, matrimonialis contractus, quantumcunque sit fauorabilis, caret effectu. Hæc ibi Summus Pontifex, idem in cap. inter cetera 22. q. 4., & in cap. aliquando 32. q. 2. probatur; secus autem, si animo conditionem inclusam huiuscemodi habeant, alter uerè eam exprimente, alter aut taceat, aut repugnet; tunc enim matrimonium ualere Innocentius in cit. c. fin., ac Mozz. de diuisione matrimonij num. 10. inquit: quid autem cōditione hac adiecta Si te uirginè reperiam, duco te uxorem, fiet? si, quod in dubio existimatur, honesta ratione per mulieres scilicet inspiciatur, conditio operabitur, sin minus, nihil efficiet, uti communiter receptum id esse Mozz. de diuis. matrim. num. 13. asseruit; conditiones igitur partim matrimonium nihil impediunt, partim, quòd ipsum pendeat, efficiunt, partim nullum reddunt; modi uerò adiectione matrimonium, aut statim constat, aut nullum est; nam modo adiecto, qui aut minus honestus fiet, quivè esse nequeat, aut quiet honestus sit, & fieri possit, quasi non adiecto matrimonium illico ualet; at modo contra matrimonij naturam addito nullum de Palud., ac Mozz. eod. num. 14. sent. erit; quare, sicuti matrimonium huiuscemodi adiectione contractum ualet Accipio te uxorem, uel ut digito celum attingas, uel ut moriaris, uel ut furtum facias, uel ut centum des; ita illo addito Accipio te, ut filios ne procrees, de eorundem, atque reliquorum doctorum sententia nullum est, causa quoque, demonstratioque idem efficiunt; nam, si causa necessariò inesse debet, ut Accipio te, quia non ancilla, non affinis mea es, uel quia Francisci filia es, tunc, si hæc nõ affuerint, matrimonium, quod aliàs ualeret, nullum Mozz. eod. num. 14. teste erit; non igitur conditio huic formæ ab utroque coniuge inseri expressè debet, secus autem si animo inclusam, aut ambo eam habeant, aut altero eam exprimente, alter uel taceat, uel repugnet uti Mozz. eod. num. 10. conclusit: atqui de his hactenus; ad ea, quæ eidem formæ necessariò inesse itidem debent, sed propria ipsius sunt, transeamus.

De ijs,


De ijs, quæ eidem formæ necessariò quoque inesse debent, propria tamen ipsius sunt, Cap. XXII.



**I** N E S S E quoque eidem formæ necessariò, quæ tamen propria ipsius sunt, hæc debent. Primum, ut formæ huius pars, quæ ad uirum pertinet, quæ scilicet suum consensum exprimit, ex parte uiri explicetur; quæ uerò ad mulierem, ex eius parte itidem exprimat. II. Ut uiri mulier, mulieris uir, consensum hunc expressum ratione quapiam sentiat, atque intelligat, uti Bacch. dist. 32. quæst. 1. vers. Item, si unus loquatur, & Tart. dist. 26. concl. 4. asserunt; quare, si linguam alterius alter non nouerit, consensus hic per interpretem declarabitur: ac de ijs, quæ necessariò formæ inesse debent, satis dictum sit; ad ea, quæ eidem inesse, non tamen necessariò, primumque ad illa, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt, transeamus.

I.  
II.

De ijs, quæ eidem formæ sacramenti matrimonij inesse, quamuis non necessariò debent; communia tamen sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, Cap. XXIII.



**I** N E S S E autem eidem formæ, quæ sibi cum reliquorum sacramentorum formis communia sunt, quamuis non necessariò, hæc debent. Primum ne quid formæ, & si eius uel matrimonium non tollitur, omnino addatur; non igitur causam, cur hanc uxorem ducamus, nõ modum, non cōditionem, nõ denique demonstrationem, uti Suppl. eod. 5. num. 4., & Rosel. eod. 5. num. 9., & Sot. dist. 29. q. 2. artic. 1. concludunt, ne aut matrimonium nullum reddi, aut certe penderet cōtingat, sicuti generatim, proximeque probatum est, addamus. II. Sine eorum etiam, etsi consensus dignoscitur, detractione. III. Sine huiuscemodi etiam transpositione. IV. Sine eiusdem formæ tandem ulla huiuscemodi mutatione: ac de ijs, quæ eidem formæ inesse, sed non necessariò debent, communiaque sibi cum reliquorum sacramentorum formis sunt, hactenus; ad ea, quæ eidem inesse, quamuis non necessariò debent, propria uerò ipsius sunt, transeamus.

I.  
II.  
III.  
IV.

De ijs, quæ eidem formæ inesse, quamuis non necessariò debent; propria uerò ipsius sunt, Cap. XXIV.



**I** N E S S E denique eidem formæ, quamuis nõ necessariò, quæ propria ipsius sunt, hæc debent. Primum ut uerbis exprimat; sic enim in cap. pen. & in cap. tuæ fraternitati habetur, sic Sot. dist. 27. quæst. prima artic. 3. conclus. prima, & Thom. ab Argen. dist. ead. cum sequen. quæst. 1. art. 2. conclus. secunda, & Bonau. dist. 28. artic. 1. quæst. 4. par. prima, & Bacch. dist. 37. q. 1. concludunt; etenim, quòd nulla re dilucidius, illustriusque; animi nostri conceptus, quàm uerbis, exprimimus; quã ob rem, & huius rei gratia inueta esse uerba in libello de interpretatione Phil. docuit, merito, quoniam animi nostri sensum explicare nos oportet, uerba adhibemus: uerum, quòd, qua ratione hic animi nostri sententiam patefaciamus, nihil interest, ut in cap. tuæ fraternitati, & in cap. apud sedem de spons. habetur, & Carech. eod., & Thom. dist. 27. quæst. 2. art. 2., & Sot. dist. ead. quæst. prima artic. 3. conclus. prima, & Bonau. dist. 28. quæst. 4. artic. 1.

I.

Ll 2 p. prima,



p. prima, & Bacch. eod. q. prima, & Thom. ab Arg. eod. concl. 2. inquit, ob eam rem, uel nutibus, quid in animo nobis sit, significemus, ad matrimonium, sponsaliuē contrahenda id sufficit, uti communiter id receptum esse Mozz. de sponsalium substant. nu. 4., & de matr. substant. nu. 2. testatur; atque hinc, & de eorundem, quos citauimus, sententia muti, qui uel ratione alia impediuntur, quod minus uerbis utantur, si modo nutibus, alia uel re consentium significant, matrimonium contrahere poterunt; immo uel ipsa taciturnitate [qua tamē à vi, metue sibi illato, qui in consuetudinem uirum cadat, non proficiatur] satis animus hic noster, ut in c. honoratur 3. q. 2., & in c. vn. §. fin. de despons. impub. in 6., & in l. in sponsalibus ff. de spons. dicitur, & Cat. eod., & Sor. dist. 27. q. 1. art. 3. concl. 2., & Thom. ab Arg. dist. 28. in respons. ad 5. argumētum, & Mozz. de matrim. substant. nu. 2., & nu. 22. asserunt, satis, inquam, animus noster significatur, atque ad matrimonium contrahendum sat est; neque iniuria, quod nanque repugnando matrimonium ne fiat, impedire possumus, ob eam rem per l. saepe ff. de re iud., tacendo consentire existimamur.

II. Sine interpositione; statim igitur atque ex ijs, qui matrimonio iungendi sunt, utpote uir se accipere Titiam uxorem professus est, & illico mulier eundem uirum se maritum accipere profiteatur; quod tamen in re, in qua alter consentit, & post multum temporis consentire alter potest; ideo, si uir, qui in matrimonium cuiusdam mulieris consenserat, in sententia permanferit, mulier uero longum post tempus consenserit, matrimonium tamen, uti Sor. dist. 27. q. 1. art. 3. docuit, & in c. fin. de procur. in 6. probatur, ac Hoff. in c. ex literis 2. despons., & Abb. in c. cum inter canonicos, de elect. inquit, de communi que sententia Mozz. eod. de substant. matrim. num. 3. recenset, constabit: ac de forma necessaria haecenus; ad non necessariam transeamus.

### De forma sacramenti matrimonij non necessaria Cap. XXV.



I.

NONIAM denique sacramenti matrimonij forma non necessaria tripartita est; partim enim matrimonium antecedit, partim consequitur, partim autem, dum contrahitur, adhibetur; ideo de priori prius quoque agamus. Primum igitur sponsalia sunt; nullum enim matrimonium, id quod res ipsa, per uetusque consuetudo declarat, ac docet, constat, quod sponsalia non antecedant: quae sponsalia, quod à uerbo spondeo ducto nomine appellatur, ut in l. 3. ff. de spons. habetur; [stipulari enim, & spondere sibi uxores futuras teste Vlp. in l. 2. ff. eod. ueteres consueuerunt] ob eam rem futurarum nuptiarum promissionem esse in l. 1. ff. eod. iureconsultus respondit, & à iuris Romani, Pontificij que, ac diuinarum literarum interpretibus communiter receptam esse definitionem hanc Thom. ab Arg. dist. 27. cum sequen. quaest. 1. art. 1. testatus est; quare non modo, ne impedimento illorum quopiam, quibus & contractum matrimonium dirimitur, detineatur, oportet, id quod Mozz. de substantialib. spons. num. 1. asseruit [si enim matrimonium, quod ipsis sponsalibus firmitus est argu. c. pen. de spons., & c. 1. de spons. duorum, & cap. duo pueri de despons. impub. tollitur, multo magis sponsalia ab eisdem tolli debere par est, cum prohibito matrimonio, & sponsalia prohibita esse iureconsultus in l. oratio ff. de spons. responderit] uerum etiam ob easdem rationes, ne impedimentis implicati sint, quae, quod minus matrimonium contrahatur, tantum impediunt, hic quoque requiritur: ad haec autem sponsalia contrahenda, quoniam rationis uis, quod consentiant, ipsorum contrahentium postulatur, non autem ut ad concubitum habiles sint, quae duo, cum aut septem annos quis iam natus est, in esse Bonauen. dist. 36. quaest. secunda, & in l. in spons. iureconsultus ff. de sponsa. tradunt, aut illi aetati proximus est, uti Gloss. in cap. sponsam de spons., & Bacch. dist. 28. quaest. 1. artic. 3., & Nauar. in man. cap. 22. num. 29. inquit; ideo septena aetas, eae, quae ipsi proxima est, modo rem, quam agunt, sponsalia contrahenti intelligant, iure apta esse existimatur; nanque sic in cap. literas de desponsat. impub. in antiq., & in cap. seq. eodem, & in cap. vn. eod. in 6., & in l. in spons. ff. de spons. habetur, atque Bacch. dist. 28. quaest. 1. art. 3., & Thom. ab Arg. dist. 37. cum seq. quaest. 1. art. 4.,

art. 4., & Bonau. dist. 36. q. 2. art. secundo; & Rosel. imped. 13. num. 9. sentiunt, de communique sententia eod. lect. 18. Petr. Sor., ac Mozz. Qui poss. spons. contr. num. 3. testatur; non igitur si id aetatis sint, ut rem, quam agunt, minus intelligant, sponsalia ab his contracta ualebunt, sicut in cap. 1. de desponsat. impub. in 6., & in c. fin. 30. quaest. 2., habetur, & Bacch. eodem, & Thom. ab Arg. eod. art. 4. in 2. parte asserunt; atque idcirco, nisi deinceps, adulta iam aetate, ea ipsimet comprobauerint, licite, quod Mozz. quomodo sponsalia dissoluantur, declarauit, deseruntur: quod itidem à sponsalibus iustitia publicae honestatis, modo ualida sint, enascitur, uti sancta Syn. de reform. matrim. sess. 28. cap. 13. sancit, sponsalia uero, quae conditione adiecta fiunt, etiam si fieri queant argum. c. vn. de despons. impub. in 6., & in l. quinta, & in l. fin. ff. eod. ante conditionem non sunt, sicuti neque cum quis se sponsalia cum quapiam contracturum pollicetur, uti Mozz. de substant. spons. nu. 8. docuit; neque cum incerta fiunt, quoniam non ualent, atque ob eam rem, si uxorem simpliciter me ducturum spondeam, vnam uel ex pluribus filiabus, quas Titius habet, nulla ratione, quam ipsorum sit, perscripta, me non obligari Hoff., & Palud., quos Rosel. eod. 3. nu. 9. refert, concludunt; his de causis iustitia publicae honestatis, quod sancta Syn. itidem statuit, hinc non nascetur; nanque neque latius, ut olim, patere, sed uno gradu ipsam concludi eadem Syn. eod. c. 3. uoluit; Iustitiae publicae honestatis impedimentum, dicitur enim eo in loco, ubi sponsalia quacunque ratione ualida non erunt, sancta Syn. prorsus tollit; ubi autem ualida fuerint, primum gradum non excedant; quoniam in ueterioribus gradibus iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispendio obseruari. Haec sancta Syn.; non idcirco tamē in matrimonio per uerba de presenti, ut aiunt, contracto, nondum tamen consummato, quod matrimonium sponsalia quandoque dicitur, constitutio haec locum habebit; nam, praeterquam quod de correctione iuris agitur, quo casu restrictior interpretatio fieri debet, Pius V. in bulla 1568. idibus Nonembris in lucem edita sic rem hanc declarauit; non igitur meus frater, minus pater cum ea, quacum militi sponsalia intercesserant, non ego, ipse uel cum eius sorore, matrem matrimonium contrahemus; etenim nullum erit, ut in c. iuuenis cum seq. despons., & in c. vn. eod. in 6., & in c. si quis vnam 27. q. 2., & in c. literas, & in c. accessit de spons. impub. in antiquis habetur, ac Thom. ab Arg. dist. 41. cum seq. q. 1. art. 1., & Bacch. dist. 28. q. 1. art. 4. concludit; quare sic eam describemus Iustitia publicae honestatis est propinquitas à sponsalibus orta, quae, matrimonium ne fiat in primo gradu, omnino prohibet; sicut denique facta sponsalia modo iureiurando adhibito, modo arhis datis, modo annuli in digitu mulieris missione confirmari consueuerunt, ut in c. ex literis, & in c. de illis, & in c. fin. de despons. impub. habetur, & in l. arhas C. de spons. probatur; ita, si aut sponsus, sponsa uel in graue corporis deformitatem, in morbum perpetuum, haeresim uel incidat; aut impedimentum quodpiam, quod matrimonium nullum reddat, nascatur; aut ad dictam diem matrimonium non contraxerit, modo sua culpa id factum non sit; aut peregrinationem longiorem suscipiat, aut ad uerterio se polluat, aut alter maior factus sponsalia facta rata esse nolit, mutuanue fide uerque liberat, his, inquam, casibus, ut in c. quemadmodum de iureiur., & in c. ex publico de conuers. coniug., & in c. vn. de voto in 6., & in c. si inter de spons., & in c. 2., & in c. de illis eod. habet; ac Bacch. d. 28. q. 1. art. 6., & Thom. ab Arg. d. 27. cum seq. q. 1. art. 4. asserunt, licite sponsalia tolluntur; atque, sicut ex his iam constat & pure, & adiecto die, conditione uel sponsalia contrahi posse; ita ad ea contracta perficienda, quoniam matrimonium liberum esse debet, Mozz. de spons. Quae actio detur, etsi hic peccat, censuraque; eccl. quandoque; ad id compellitur, actionem non dari, conclusit. II. Eorundemque, qui matrimonio iungendi sunt, quae multa sunt, quae matrimonium uel contractum tollunt, & sepius haec ignorantur, dolose uel tacentur, denuntiatio fiat; id etenim Pontifices Rom. ueteres in c. cum in prohibitio de clandest. despons. constituerunt; Praedecessorum nostrorum uestigij inhaerendo, dicitur. n. ibi, clandest. coniugia penitus inhihemus, prohibentes etiam, ne quis sacerdos talibus interesse praestemat; quare specialem quorundam locorum consuetudinem, ad alia generaliter prorogadam statuimus, ut, cum matrimonia fuerint contrahenda, in ecclesijs per presbyteros publicè proponantur competentem termino praefinito, ut intra illum, qui uoluerit, & ualuerit legitimum impedimentum opponat, & ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, utrum aliquod obstat impedimentum; cum apparuerit probabilis coniectura contra

II.

copulam contrahendam, contractus interdicitur expresse, donec, quid fieri debeat super eo manifestis constiterit documentis. Hæc ibi Summus Pontifex tradidit; idem sancta Synod. sess. eadem cap. 1. renouavit, auxit, ac declarauit; tribus enim festis diebus continentibus denuntiationes huiusmodi fieri iussit; festis ergo diebus, quod tunc ecclesie frequentantur, eo que conuenire; qui impedimenta hæc nouere, facile possunt, fieri debent: quod itidem ad missam accedere eo tempore Christi fideles, qui possunt, ecclesie præcepto obligantur, fierique vix queat, ut tribus festis diebus perpetuis quisquam tam immemor salutis suæ fiet, ut sacra templa non visat, in sua parochia, ibique diuinis, quæ sunt, non interstet; ideo non solum ut festis diebus, sed ut & tribus, eisdemque continentibus diebus, & inter missarum solemnias denuntiationes hæc fierent, eadem sancta Synod. ibidem cauit; non igitur feriatis diebus, non vespertinis horis, quamuis festus dies sit [ nisi frequens adeo populus adit, ut festis diebus, atque in missis esse solet ] denuntiationes huiusmodi fiant, quod enim tunc sancta Synodo satisfiat, & de hoc rogata id permisisset; ob eam rem, uti Gloss. communiter à iuris interpretibus comprobata in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. asseruit, perinde habebitur, atque si id expressisset; & idcirco his quoque temporibus fieri non prohibebuntur; neque enim denuntiationes hæc adeo necessariae sunt, ut ipsis prætermisissis, matrimonium non constet; immo, si expedire id ordinario videatur, de sancta Synodi concessu prætermittuntur; Quod si aliquando, inquit enim sancta Synodus eodem cap. primo, probabiles fuerit suspicio matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes; tunc uel vna tantum denuntiatio fiat, uel saltem parochus, & duobus, uel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur; deinde ante illius consummationem denuntiationes in ecclesia fiant; ut, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, ut prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio sancta Synod. relinquit. Hæc ibi Trid. Synod.; constat igitur his sine causa prætermisissis grauius offendi, ac necessariae tamen denuntiationes huiusmodi omnino non esse. III. Si denique vir, mulierve, qui matrimonio iungendi sunt, ex aliena diocesi sit, parochi an maritum, vxoremve alibi habeant, inuestigent; ab eorumque ordinarijs, parochisve id inquirant; & nisi, potestare à suo antistite sibi tradita, horum matrimonium non interstet; hoc enim eadem sancta Syn. quoque sess. ead. cap. 7. sancit; Multi sunt, inquit enim ipsa, qui vagantur, & incertus habent sedes, & ut improbi sunt ingenij, prima vxore relicta aliã, & plerumque plures illa viuente diuersis in locis ducant; cui morbo cupiens sancta Syn. occurrere omnes, ad quos spectat, paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facile recipiant; magistratus etiam seculares hortatur, ut eos seuerè coerceant; parochis autem præcipit, ne illorum matrimonijs interstent, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad ordinarium delata ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. Hæc sancta Syn. statuit, quæ Mozz. eod. cap., qui matrim. contrah. poss. num. 23. itidem declarauit: ac de ijs, quæ matrimonium antecedunt, hæcenus; ad ea, quæ sunt, dum contrahitur, transeamus.

De ijs, qua dum matrimonium contrahitur, fiunt, Cap. XXVI.

- I. **D**VM autem matrimonium contrahitur, hæc quoque non aspernabimur; Primum parochus, qui virum, ac mulierem matrimonio copulabit, sicuti Trid. Syn., atque Catech. præcipiunt, de sacramenti huius præstantia, ac dignitate, qua animi pietate eo uti, quaque ratione inter sese habere debeant, ipsos admonet; hæc enim ratione fiet, ut non [ sicuti reliquæ animantes ] ad libidinem præcipites ferantur; verum [ quod Christi fideles decet ] p. e. sanctèq; matrimonio utentes carnis corruptelas euitent, filios religiosè alant, ac denique post huiusce vitæ cursum æterno æuo in cœlis perfruantur. II. Mulier uelato capite fiet; quod enim suo viro subiecta esse debet, humilitateque prædita; Mulieres, diuus enim Paulus inquit, viris suis subditæ sint, sicut Domino; ob eam rem, ut in cap. fœ-

cap. fœminæ 30. quæst. 5. dicitur, velantur. III. Parochus, eiusve delegatus viro, & muliere, quorum de matrimonio agitur, interrogatis, eorumque mutuo consensu percepto, uti sancta Syn. eod. cap. docuit, vel dicat Ego vos in matrimonium coniugo in nomine, patris, & filij, & spiritus sancti, vel alijs vtatur verbis, uti cuiusque loci consuetudo postulat; neque enim forma necessaria hæc est; nam & antequam proferatur, per interrogationem, responsonemque coniugum antecedentem matrimonium contractum est; quæ ratione ducti, & quod matrimonia clandestina, quæ parochis non intercedentibus fierent, olim valebant, uti sancta Syn. eod. cap. 1. asserauit, postremo, quod contractus speciem quandam habet, & contractus efficiens causa contrahentes ipsi sunt, quodq; ita Ioann. Nid. eod. cap. 7. in litera C., & Petr. Sot. eod. lect. 12. sensisse reperij, ob eas, inquam, rationes, non sacerdotem parochum sacramenti huius efficientem causam, sed solum ceremonyarum, quæ in sacramento hoc conficiendo adhibentur, administratorem, verum ipsos matrimonium contracturos esse conclusi. IV. Annulo demum sinistrae manus mulieris quartum digitum vir induat; Item, quod in primis nuptijs annulus à sponso sponse datur, dicitur namque in citato cap. fœminæ; fit hoc nimirum vel propter mutua dilectionis signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda iungantur; unde & quarto annulus digito inseritur; ideo, quia in eo vena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor vique perueniat. Hæc ibi habentur: ac de his hæcenus; ad ea, quæ contracto matrimonio ante ipsius consummationem fieri debent, veniamus.


De ijs, qua matrimonio contracto ante ipsius consummationem fiunt, Cap. XXVII.




**C**ONTRACTO denique matrimonio. I. Ipse vir, ac mulier à proprio parochus, eiusve delegatus benedictionem suscipient, ut in eod. c. i. sancta Syn. tradidit; Præterea eadem sancta Syn. dicitur enim ibi, hortatur, ut coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent; statuitque benedictionem à proprio parochus fieri, neque à quoquam, nisi ab ipso parochus, vel ab ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij sacerdoti concedi posse, quacunque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio non obstante; quod, si quis parochus, vel alius sacerdos, siue regularis, siue secularis sit, etiam si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contēdat, alterius parochie sponso sine illorum parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluitur. Hæc ibi sancta Syn.; et enim, uti Petr. Sot. eod. lect. 14. de benedic., & Ioann. Nid. eod. cap. 7. in litera D inquit, hæc benedictione sterilitas aufertur, paupertas, mariti, atque coniugis discordia tollitur; demones effugantur, simulque facilius libido comprimitur; sponsus igitur, ac sponsa à suo parochus, eiusve delegatus benedictionem hanc in ecclesia in missa, quæ ad functionem hanc præstituta est, sument; non ergo, qui parochus non est, ab eove, aut ab ordinario non delegatus [ nisi penam à Trid. Syn. constitutam, & si religiosus sit, excommunicatione quoque irretiti malit, ut in Clem. 1. de priuilegio habetur ] benedictionem hanc præstet; sicut autem benedictionem hanc aspernari, qui alias eam consecuti non sunt, minus debent, ita, qui alias eam habuerunt, si iterum matrimonium contrahant, suscipere eam minus possunt, ut in cap. 3. de secund. nup. probatur; etenim nec aqua, quæ semel consecrata est, eadem iterum consecratur; quare & minister, qui huiusmodi sponsis, quorum vel alter rem hanc in alijs nuptijs habuit, administraret, ut in cap. 1. eod. de secund. nup. dicitur, puniretur. II. Præterea, quod nihil in ecclesia institutum est, quod in ipsius susceptione, atque vsu pietatem non postulet; ideo, si ante contractum matrimonium hæc non fecerint, ante tamen ipsius consummationem sua peccata confitebuntur, ac denique quò, purius, castiusque, ac sanctius matrimonio vtatur, triduo ante eucharistiã suscipient; Postremo

Postremò, sancta Syn. inquit eod. cap. 1., coniuges hortatur, vt, antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonij consummationē sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimæ eucharistię sacramentum piè accedant; ad hæc igitur Trid. Syn. sponsū, ac sponsam, hortatur; atque idcirco, si hæc omittantur, sicuti, & Benedictio de Mozz. quoque sententia de natur. matr. num. 14. vers. In hoc tamen, non offendit. III. Si dæmum consuetudines quæpiam non improbandę alicubi reperiantur, vel ceremoniæ, hæc quoque, quò sanctę Synodo eod. cap. morem gerant, quę ad eas seruandas nos hortatur, feruentur: ac de omnibus causis sacramenti matrimonij hæcenus; ad accidentia, quæ ab ipsis emanant, & primū ad ea, quę à fine, instituto nostro transeamus.

*De accidentibus, quæ à fine sacramenti matrimonij emanant,*  
Cap. XXVIII.

- I.  Fine igitur accidentia hæc oriuntur. Primū institutionis necessitas; quæ, si Christum inspicimus, vt omnino non fuit [alia enim ratione, vt essent, qui Christianam fidem excolerent, efficere potuit] ita commodius id fuisse nemo negabit; nouum enim gratiæ genus nobis condonatur, cuius virtute matrimonij onera facilius sustinemus, libidinēq; refrenamus; quatenus verò ad nos spectat, etsi vniuersè necessarium est; alioquin huiusce generis homines esse desinerent, sigillatim tamen sacramentum hoc suscipi non oportet; etsi enim præceptum illud diuinum Crescite, & multiplicamini, & replete terram, quòd ab initio hominibus Deus dedit, ac deinceps post vniuersum terrarum orbem aquarum eluione purgatum renouauit, vt Sor. dist. 26. quæst. 1. art. 2. concl. 2., & Scot. dist. ead. quæst. 1., & Tart. dist. ead. præp. finē, & Thom. dist. ead. quæst. 2., & in addict. 3. par. quæst. 41. art. 2., inquit, abrogatum non est, quòd tamen affirmans præceptum esse constat, neque necessitas adest, cum non desint, qui matrimonium contrahant, non modò eo non obligamur, sed contra, qui pudicè, castęque viuunt, quòd perfectior illo status hic est, vt sancta Syn. sess. ead. can. 1. assēuerauit, plurimū commendatur; quare, vel matrimonio contracto quampiam, ne pudicitiam profecturam haberet, sibi uel ne manus inferret, prohibere possem; q; alijs remedijs sibi subuenire potest, nō idcirco ad matrimonij contrahendum obligabor. II. Christi propositū in huius sacramenti institutione; quòd planè fuit, vt essent, qui christianam fidem susciperent, susceptamq; excolerent, sicut alibi id quoque probauimus. III. Causa ipsius propositi, quę fuit, & commoditas, & utilitas; quæ, cuiusmodi, quantaq; sit, ex his, quæ iam diximus, satis iam constat; ac de accidentibus, quę à fine nascuntur, hæcenus; ad ea, quæ à materia effluunt, veniamus.
- II.
- III.

*De accidente, quòd à materia effluit,* Cap. XXIX.

 Materia verò diuisio matrimonij enascitur, quæ, quatenus sacramentum est, hic locum non habet; etsi enim matrimonium aliud clandestinum, aliud non clandestinum; & hoc consummatum [scilicet cum animorum coniunctionem corporum coniunctio secuta est, vt Mozz. de diuis. matrimonij num. 5. tradidit] & illud non consummatum; & hoc legitimum, sed non ratum [quòd ab ijs, qui Christi fidem non norunt, legibus suis seruatis contrahitur, sed, quòd eidem dissolui potest, quandoquidem Christi cum Ecclesia coniunctionem, quam ipsi pernegant, non significat, ob eam rem ratum non est] illud legitimum & ratum, tertium ratum tantum dicitur [quòd, cum in facie ecclesiæ nō contraheretur, fieri in cap. si quis iudicæ 28. quæst. 1. habetur, & Petr. Sor. eod. lect. 12. docuit] & hoc matrimonium per verba de presenti, illud per verba de futuro contrahi vulgò dicitur; & hoc verum, illud præsumptum appellatur [quòd præsumptum cōtingebat, cum

cum post sponsalia concubitus intercessisset; tunc enim matrimonium esse contractum existimabatur, vt in cap. commissum de spons. & in cap. ad infra de cond. apposs. habetur] ac denique aliud putatum, quòd inter eos, qui matrimonio iungi nequeunt, contrahitur, quāuis posse existimeretur; ex quo quidem matrimonio, uel ab altero ipsorum coniugum id ignoretur, filij legitimi nascuntur, vt quoque Mozz. de diuis. matr. num. 7. tradidit; quòd tamen hodie Trid. Syn. sanctione, nec clandestinum, nec præsumptum, nec ratum tantum, quòd hæc duo clandestini naturam sapiunt, valent; putatum verò, cum id scitur, nullum esse declaratur; consummatum, & nō consummatū diuersas species nō efficiunt; legitimum tantum sacramentum non est; matrimonium verò per verba de futuro sponsalia sunt; his de causis, quòd legitimum, ratumque est, ac per verba de presenti contractum sacramentum erit, atque ob eam rem, quia vnū est, diuisionem non patietur: ac de hoc satis; ad ea tandem, quæ à forma proficiscuntur, transeamus.

*De accidentibus, quæ à forma sacramenti matrimonij emanant,*  
Cap. XXX.



Forma tandem sacramenti matrimonij accidentia hæc emanant. I. Primū ipsius institutionis, tempus; quòd sicuti, quatenus ad prolem procreandam, hominumq; genus propagandum pertinet, in amenissimis illis hortis, in felicissimo illo vitæ statu, ubi peccatum ignorabatur, vndeque mors exulabat, vt in cap. vn. de voto in 6., & in cap. gaudemus de diuort. in antiq., & in §. his ita; 2. quæst. 2. habetur, ac Scot. dist. 26. vers. Sed quòd communiter, & Petr. Nicol. Mozz. de matrimonio num. 9. assēruunt, institutum est, quatenusque contra libidinem remedium est, postquam è felicissimo illo statu homo deiectus fuit, ac peccauit, vt in citato §. his ita habetur, & Scot. dist. ead. quæst. 1. vers. Per hoc patet, docuit, quamuis, quò potissimum tempore eodem Scoto teste, id ignoretur; ita, quatenus nouæ legis sacramentum est, Christum dominum, antequam mortem pateretur, illis verbis Quos Deus coniunxit, homo non separet, illud comprobādo instituisse Scot. dist. ead., & Tart. dist. ead. in 4. concl., & Thom. ab. Arg. dist. 2. q. 1. art. 3., & Thom. Elyf. quæst. 20. art. 2. inquit, nouissimeque Trid. Syn. sess. 24. in princ. declarauit. II. Eius efficacia; quæ, statim atque institutum est, fuit. III. Tempus promulgationis, quòd, cum Christus illud instituit, esse capit. IV. Tempus obligationis; quòd planè in presenti non est; quamuis, quoniam præceptum affirmans illud est Crescite, & multiplicamini, neque abrogatum esse reperitur, vt antea probauimus, si genus hominum ad paucos redigeretur, ne periret, tunc, qui viuerent, eius præcepti obseruatione, vt in initio, obligarentur. V. Ordo administrationis, atque susceptionis; qui planè post baptismi susceptionem vt sacramenti vim habeat, necessarius est, quāuis, si ea consideremus, ad quæ sancta Syn. nos hortata est, post confessionis, eucharistięque sacramenta hoc suscipi deberet. VI. Aetas susceptionis; quæ, vt in inst. de nup., & in cap. attestaciones de despons. impub. habetur, in viro decimus quartus annus, in femina duodecimus est; etenim, cum id ætatis homines vt posse matrimonio; atque concubitu incipiant, quòd necessariò requiri antea probauimus; merito, iureque ætas illa apta esse concluditur; quare, qui prius matrimonium contraherent, modò concubitu vt nequeant, quia scilicet neque mulier menstrua patitur, neque vir semen emittit; tunc enim, si hæc adessent, simulque reliqua ad id necessaria nō desiderarentur, etiam si ætas illa non adesset, matrimonium ab his contractum valeret, vt in §. 1. de despons. impub. in 6. cap. 1., & in cap. de illis, & in cap. fin. eod. in antiq. habetur, & Scot. dist. 3. 6. quæst. 2., & Rosel. in verbo Matrimonium 2. num. 2. concludunt; quare, inquam, qui prius matrimonium contraherent, nō matrimonium ab hisce, verum sponsalia, modò ætas idonea esset, vt in cap. 1. §. primo de despons. impub. in 6. probatur, contraherentur: an autem ætate, sed non ad concubitu habiles possint matrimonio contrahere? planè, vt Syl. in verb. matrimonio niū 5. num. 7. ait, atque de cōmuni sententia Mozz. Qui poss. matr. contr. num. 4. testatur, poterunt

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII. poterunt; quamuis postea decem, & octo annos nati, si minus habiles ad id reperiantur, ad alias nuptias transire queant; etenim, sicut in superiori casu de perpetuo impedimento non constat, ita in posteriori, uti Mozz. eod. num. 4. docuit, ipsum non ignoratur. VII. Modus administrationis, atque susceptionis; quem, cuiusmodi requireretur, abunde antea tradidimus. VIII. Locus administrationis, atque contractus ipsius; qui sacer locus est: ubicunque tamen ipsum contrahatur, valebit. IX. Tempus administrationis, atque susceptionis; quod planè, quatenus pertinet ad contractum ipsius, quoduis tempus aptum est; quacunque enim die vel sponsalia, vel matrimonium iure contrahitur; uti Caiet. in sum. in verbo Nuptia, & in verbo Matrimonium par. 2., & Nauar. in Man. c. 22. num. 71. asserunt, & consuetudine id receptum esse Petr. Sot. lect. 14. testatur; atque ob eam rem & denuntiationes, quas diximus, publicè fieri de more possunt argumento l. 2. ff. de iurisd. omni. iud., & l. illud ff. de acq. hered. 3. at solennes nuptiae, id est benedictio sponsae, in domù solemnis tractatio, & conuiuium, quae tria solemnum nuptiarum nomine significari citati autores, ac Petr. Nicolai. Mozz. de naturalibus matr. num. 9., & in septima columna num. 51. inquit, & Serafin. Raz. in libello inscripto Cento casi, de communi sententia testatur, hæc inquam, solennes nuptiae fieri semper nequeant; Ab adventu domini nostri Iesu Christi, inquit enim Trid. Syn. sess. ead. cap. 10., usque in diem Epiphaniae; & à feria quarta cinerum usque in octauam paschalis inclusivè, antiquas solemnum nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari sancta Syn. præcipit; in alijs verò temporibus nuptias solemniter celebrari permittit. Hæc ibi sancta Syn.; non igitur nuptia, sed solennes nuptiae, ut sancta quoque Syn. id ibidè significavit, his temporibus prohibita sunt, neque iniuria; etenim, cum ipsis diebus ieiunijs, precibus, pijsq; alijs operibus, operam dare, eucharistiam quoque sumere nos deceat, illis rebus hæc impediri nemo non videt: an autem matrimonium consummare tunc liceat? & hoc posse Caiet., Nauar., ac Seraf. citati autores asserunt, atque idcirco mortiferè nequaquam peccabitur, quoniam iure prohibitum id minimè reperitur. X. Nomen, quod multiplex est; nam, sicut rei familiaris studium, atque cura, quod ad viros imprimis spectat, patrimonium ipse dicitur; ita sacramentum hoc, cuius virtute liberi procreantur, quorum cura, atque educatio ad mulieres in primis spectat, argum. cap. 2. de conuers. infid., matrimonium appellatur, sicuti quoque Thom. ab Arg. dist. 27. cum seq. quest. 1. art. 1. vers. Ad sextum, & Bon. d. ead. quest. 2. art. 1., & Mozz. in tractatu de matrimonio num. 1., & in colum. inscripta Matrimonium num. 1. inquit; quod itidem vir, ac mulier artissimo quodam vinculo iunguntur, quo constricti perpetuò simul esse debent; ideo, quasi iugo quodam reuincti sint, coniugium quoque dicitur; quod denique pudoris gratia, quovè se viris subditas esse debere agnoscant, puellæ caput ob nubunt, dum matrimonium contrahitur, ob has quoque rationes, uti Cat. eod. cap. 1., ac Bon., & Mozz. eod. num. 2., & 3., & in citat. col. nu. 1. ibidè asserunt, & nuptiae, & connubium non minatur: atque de sacramento matrimonij, reliquisque non est legis sacramentis hæctenus.

Hæc habui, quæ de sacramentis novæ legis in medium proferrem; in quibus etsi nihil, quod christiana religioni aduersetur, sciens, prudensq; dixi; si quid tamen huiusmodi, quæ ingenij hominum infirmitas est, huc obrepit; & Sacrosanctæ Matris Ecclesie iudicio, quod & hæctenus feci, id subijcio, & à me pro non dicto haberi prorsus volo.

F I N I S.



Registrum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.  
A a B b C c D d E e F f G g H h I i K k L l.

Omnes sunt duerniones præter †, & L l qui est ternio.



A R I M I N I.

Apud Ioannem Simbeneum. M. D. LXXXVII.

Curia Episc., & S. Inquisitionis concessu.

